This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

351
Sey
RBS

302227727W

~~D. V~~ C

BEITRAEGE ZUR KENNTNISS

DER

LITERATUR, KUNST, MYTHOLOGIE

UND

GESCHICHTE

DES ALTEN AEGYPTEN

VON

GUSTAV SEYFFARTH,

MAG. D. FR. K., DOCT. D. PHIL., A. PROF. D. ARCHAEOL. A. D. UNIV. LEIPZIG, COR. MITGL. D. KOENIGL. ACAD. D. W. ZU TURIN, AUSW. MITGL. D. KOENIGL. ASIAT. GESELLSCH. ZU LONDON. OR. MITGL. D. DEUTSCH. GESELLSCH. Z. ERFORSCH. VATERL. SPR. U. ALTERTH., D. HIST. THEOL. GESELLSCH., D. OECON. SOCIETAET, DER NAT. HIST. GESELLSCH. ZU LEIPZIG.

ZWEITES, DRITTES, VIERTES, FÜNFTES HEFT.

MIT

X LITHOGRAPHISCHEN TAFELN UND I KOLORIRTEN TITELKUPFER.

Niels Lindberg
Litr. D. 7. 6. 29
Nr. 331.

LEIPZIG
VERLAG VON JOH. AMBROS. BARTH.
1833.

351
Sey

RBS

302227727W

351
Sey

RBS

302227727W

~~D. V. C~~

BEITRAEGE ZUR KENNTNISS

DER

LITERATUR, KUNST, MYTHOLOGIE

UND

GESCHICHTE

DES ALTEN AEGYPTEN

VON

GUSTAV SEYFFARTH,

MAG. D. FR. K., DOCT. D. PHIL., A. PROF. D. ARCHAEOL. A. D. UNIV. LEIPZIG, COR. MITGL. D. KOENIGL. ACAD. D. W. ZU TURIN, AUSW. MITGL. D. KOENIGL. ASIAT. GESELLSCH. ZU LONDON. OR. MITGL. D. DEUTSCH. GESELLSCH. Z. ERFORSCH. VATERL. SPR. U. ALTERTH., D. HIST. THEOL. GESELLSCH., D. OECON. SOCIETAET, DER NAT. HIST. GESELLSCH. ZU LEIPZIG.

ZWEITES, DRITTES, VIERTES, FÜNFTES HEFT.

MIT

X LITHOGRAPHISCHEN TAFELN UND I KOLORIRTEN TITELKUPFER.

Niels Lindberg
Litr. D. 7. 6. 29
Nr. 331.

LEIPZIG
VERLAG VON JOH. AMBROS. BARTH.
1833.

ASHMOLEAN MUSEUM
EX LIBRIS
F. LL. GRIFFITH
ET
N.C.C. GRIFFITH
1937
OXFORD

ASHMOLEAN MUSEUM
EX LIBRIS
F. LL. GRIFFITH
ET
N.C.C. GRIFFITH
1937
OXFORD

Animalia aliaeque res Aegyptiorum mythologico-astronomicae de papyro satyrico R. Musei Taurinensis.



SYSTEMA
ASTRONOMIAE AEGYPTIACAE
QUADRIPARTITUM

CONSPECTUS ASTRONOMIAE AEGYPTIORUM
MATHEMATICAE ET APOTELESMATICAE.

PANTHEON AEGYPTIACUM
SIVE
SYMBOLICE AEGYPTIORUM ASTRONOMICA.

OBSERVATIONES AEGYPTIORUM ASTRONOMICAE
HIEROGLYPHICE DESCRIPTAE
IN ZODIACO TENTYRITICO, TABULA ISIACA SIVE BEMBINA, MONOLITHO AMOSIS PARISINO, SARCOPHAGO SETHI LONDINENSI, SARCOPHAGO RAMESSIS PARISINO PAPYRISQUE FUNERALIBUS
ANNIS 1832, 1693, 1631, 1104 A. CH.; 37, 54, 137 P. CH.
CUM
COROLLARIIS CHRONOLOGICIS, HISTORICIS, MYTHOLOGICIS, PHILOLOGICIS, EXEGETICIS, ASTRONOMICIS ET PALAEOGRAPHICIS.

LEXICON ASTRONOMICO-HIEROGLYPHICUM
CUM
PERMULTIS FIGURIS HIEROGLYPHICIS IMPRESSIS.
ACCEDUNT
INDEX VNIUERSALIS
ATQUE
TABULAE X LITHOGRAPHICAE CUM COLORATA TITULI.

LIPSIAE 1833.
SUMTIBUS JOH. AMBROS. BARTH.

PRINCIPI SERENISSIMO

AC

DOMINO

ANTONIO

REGI SAXONIAE POTENTISSIMO

PATRI PATRIAE

CET. CET. CET.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

HUNC LIBRUM

D. D. D.

PIETAS AC DEUOTIO

AUCTORIS.

PRAEFATIO.

Licet libri astronomici ac mathematici, quum insolita studia requirant, legi non soleant a philologis atque archaeologis; vellem tamen, non pauci examinarent ac pertractarent has meas quaestiones tum ob varietatem fructuum inde pendentium, tum eorum ob grauitatem. Profecto astronomia antiquissima, qualem cognoui ipse laboribus quidem difficillimis iisque per quadriennium paene tenentibus, comparata est ita, vt plurimas omnis scientiae nostrae historicae partes, alias instruere, alias corrigere, alias confirmare posse videatur. Quod cadit praecipue in chronologiam, historiam, mythologiam, philologiam, exegeticam V. T., astronomiam et cosmologiam atque palaeographiam, maxime Aegyptiacam, siue hieroglyphicen.

Quod primum chronologiam attinet, iam Newton vidit, eam correctum non iri, nisi astronomicis obseruationibus inuentis. Chronologia enim, aetate Christi iamiam dubia passim, eo incertior euadit, quo magis ad Diluuii tempora recedimus. Nescimus etiamnum post tot opera Newtonis, Salmasii, Marshami, Vsheri, Larcheri, Rollini, Des Vignoles, Gattereri, Silberschlagii, Walchii, Frankii, Vphagenii, Champollionis aliorumque permultorum, num pleraeque historiae epochae citius 10, 30, 100, 500, quin 1000 annis, an serius acciderint, quam vulgo docetur. Vtique omnes viae tentatae, omnes fontes exhausti. Nihil fragilius numeris Codicum. Licuit cuiuis scribae errare, cuivis critico aliena sigla ingerere. Chronologia sacra solummodo ad certam historiae profanae epocham processit, quae ipsa varie definiri deberet in tanta fontium perturbatione. Qua de re, quum astronomicae obseruationes certissimae sint, sane ab astronomia pendet temporum emendatio. Vix vero ac ne vix quidem Newton, vir immortalis memoriae, praeuidit animo, fore vt centum annis post tam

antiquae, tam multae tamque aptae inuenirentur astronomicae inscriptiones. Circiter 2000 et quod excurrit Aegyptiorum obseruationes ad nostram aetatem peruenerunt, quae ab aetate Abrahami, Josephi, Mosis vsque ad Constantinum M. vno quasi tenore sese excipiunt. Quibus in monumentis praeter septem planetarum loca simul obseruata commemorantur historiae epochae, maxime regum natalitiae, quibus astra obseruata essent. Longitudo planetarum accuratissime describitur, adeo vt nullo de gradu, quin passim nulla de minuta atque secunda dubitare possimus. Constat autem, qualemcunque constellationem septem planetarum (☉ ♄ ♃ ♂ ♀ ☿ ☽) per 215000 annorum, accuratius per plura centies centena millia semel tantum accidere, quin in tanto temporum spatio nonnisi vnum esse diem, quo obseruari possit. Facillimum vero est et certissimum, eruere diem, quo tales astrorum obseruationes exstiterint, ope tabularum nostrarum astronomicarum. Qua de causa illis 2000 astronomicis inscriptionibus totidem historiae epochae mirum in modum accurate, quippe non solum pro anno, mense et septimana, sed etiam pro die et hora definiuntur. Sane nemo haec talia exspectare potuit. Ceterum regum Aegyptiorum aliorumque populorum dynastiae deinceps magna ex parte enumerantur apud historicos atque in Tabula Abydica a Bankes reperta a Diluuio inde vsque ad Caesarem. Item inscriptio a Burton et Wilkinson inuenta continet catalogum regum antiquissimorum duarum dynastiarum. Historia Aegyptiaca cohaeret cum Hebraica, Graeca, Aethiopica, Persica, Indica. Quae nationes itidem cum aliis res nexas et coniunctas habent et sic porro. Constat de regibus variorum populorum coaeuis. Hinc paucissimae iam obseruationes astrorum ad certos reges relatae, siquidem satis antiquae, sufficerent ad omnem chronologiam corrigendam. Tales vtique sunt inscriptiones nostrae annis 1832, 1693, 1631 a. Ch. confectae (Tab. VII. VI. V.). Duo sunt in chronologia antiqua omnino grauissima: Exodus Israelitarum ex Aegypto atque finis belli Troiani. Aetatem Mosis chronologi posuerunt alii anno 1487, alii 1854, alii 1491, alii 1835, alii 1571, alii 1821, alii 1731, plerumque 1500 a. Ch. Mira sane discrepantia 367 annorum. Bellum Troianum dicunt finitum alii anno 854, alii 1270, alii 1180, alii 1209, alii aliis a. Ch. Jam ex obseruationibus tribus nostris antiquissimis longe certioribus fide Codicum, quum inuicem sese confirment atque cum Tabula Abydica vetustissima conueniant, sequitur, Mosen anno 1908 ex Aegypto excessisse, Troiam anno 1555 a. Ch. expugnatam esse (p. 339.). Ergo chronologi, numerorum et Codicum erroribus decepti, partim 400, quin 700 annis aberrarunt a vero. Solus Syncellus, qui Exodum ad annum 1954 a. Ch. retulit, siquidem initium dynastiae XVIII., haud multum differt ab astrorum testimoniis. Quodsi venerandum ecclesiae

patrem, praesertim quum aliis etiam auxiliis instructus fuerit nunc perditis, minus promte neglexissent, melius nunc se haberet omnis historiae ratio, qualis mille in libris scholisque enarratur. Vtique haec grauia sunt. Patet enim nunc, omnem historiam 400 annis antiquiorem esse, quam vulgo creditur. Hinc omnes rerum gestarum euentus tum antiquiores Mose, tum posteriores, ad alia, quam docetur, referri debent tempora. Hinc in successione veterum regum et dynastiarum apud Graecos, Hebraeos, Persas, Chaldaeos aliosque sunt interualla. Hinc multorum regna inter se sunt consequentia, non aequalia tempore. Hinc disiungenda, quae in rerum gestarum enarratione coniunxerunt. Hinc alii reges, aliae res gestae sunt aequales, quam putarunt, eiusque generis alia. Quae omnia, quemadmodum nunc in vniuersum corriguntur, ita subinde accuratissime definientur monumentis Aegyptiorum historico-astronomicis fere innumeris omnium aetatum, partim antiquioribus, partim iunioribus Monolitho Amosis, Sarcophago Ramessis Meiamuni, Sarcophago Sethi vel Thueris Menelai. Hinc vero etiam claret, Versionem LXX. minus librariorum corruptelis obnoxiam fuisse, quam putarunt.

Quum historia arctissime cum chronologia cohaereat; per se claret, quanto ipsi sit incremento astronomia Aegyptiaca in vniuersum. Sunt vero et singularia, quae hic commemorentur. Dynastiae Aegyptiacae apud Manethonem aetatem Diluuii antevertunt 1600 annis. Hinc potissimum orta est illa decantata inter Scripturam Sacram atque historiam Aegyptiacam discrepantia. Quae nulla est, cognita astronomiae antiquissimae ratione. Docet enim, primos apud Manethonem reges non esse veros, sed suppositios, quippe planetas septem cum terra, siue Cabiros, ordine vulgari (☽ ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄ ♅ p. 83.). Manetho in historia sua reges recenset, qui desiderentur apud reliquos historicos, praecipue in Tabula Abydica. Hinc Champollion putauit, Tabulam Abydicam, licet 1400 annis antiquiorem Manethone, minorem fidem mereri. Contra docent astronomicae obseruationes, Manethonem principes fecisse aliorum successores, qui essent aetate aequales, vt Lagidarum tempore accidit. Desiderantur apud Manethonem et reliquos historicos non solum reges singuli, sed dynastiae quoque integrae. Hinc difficile esset multorum regum historias enarrare, si eorundem in monumentis non adiunctae essent ipsorum natiuitates. Hinc multos reges iuniores fecerunt, aut antiquiores iusto. Inprimis vero artium literarumque historia mirum in modum instrui et corrigi posse videtur astronomicis Aegyptiorum obseruationibus. Quaeritur, qua aetate orta sint, quotquot exstant, artium literarumque monumenta apud Aegyptios; quo tempore floruerint artes, quo defloruerint; qualis fuerit stylus singulorum saeculorum singularumque regionum. Quibus in rebus

quam facile sit errare, sexcenta exempla demonstrant. Ipse Winckelmannus, licet immortaliter meritus, passim se falli passus est. Quum maxima monumentorum pars contineat obseruationes astronomicas certo loco institutas; inde omnium fere monumentorum aetas accuratissime definietur, ita vt ne vno quidem de anno patriaque artificum dubitare possis. Certe Graecarum aliarumue artium historia eo quidem nondum peruenit, nec vnquam peruenerit. Ex monumentis nostris iam patet, aetate Mosis artes literasque Aegyptiacas quam maxime floruisse, subinde (1908) magis magisque defloruisse singulis saeculis. Monolithus Amosis Parisinus atque Obeliscus Lateranus adeo excellunt pulcritudine, vt cum Graeca elegantia comparari possint. Sarcophagus Sethi Londinensis, quem modo ad Alexandrum, modo ad annum 1200 retulerunt, stylum saeculi XVII a. Ch. prae se fert. Recentissima sunt, vt Tabula Isiaca (54 p. Ch.) atque famosus Zodiacus Tentyriticus (37 p. Ch.), quae pro antiquissimis artium monumentis atque antediluuianis habuerunt.

Grauissimum est, quod eadem astronomiae antiquissimae ope initium omnis historiae mathematico modo definitur, quippe Diluuium. Quaeritur quando et quo modo ortus sit Zodiacus noster. Sane mira et inaudita de hoc tradita leguntur. Res sic se habet secundum scriptores antiquissimos. Ex philosophia primaeua omnes res in sensus humanos cadentes inter septem planetas diuidebantur, diuisae certoque planetae tributae exprimebantur imaginibus eidem planetae sacris. Hinc Signa Zodiaci quoque planetis adscripserunt atque singulis Signis ea animalia inscripserunt, quae planetis singulorum Signorum praepositis conuenirent. Jam constat ex astronomia atque inscriptionibus Aegyptiorum astronomicis antiquissimis, primum Signum post solstitium hibernum adscriptum fuisse ♄, secundum ♃, tertium ♂ et sic porro; item pisces pertinuisse ad ♄, arietem ad ♃, tauri anteriora ad ♂ et sic porro. Haec itaque est vera ratio, qua ortus sit Zodiacus. Quaeritur, quando. Quum respicimus ad Zodiacum, qualis nunc est; patet, stellas pisces (♓), arietem (♈), taurum (♉) exprimentes, propter recessum punctorum aequinoctialium siue processum stellarum nunc 74° dissitos apparere genuinis suis a locis. Ergo Zodiacus noster ortus est, quo tempore animalia zodiacalia eorumque stellae iis Signis continerentur, quae eundem atque animalia haberent patronum. Sin prius momentum statueres aut posterius, omni veterum rationi scriptorumque testimoniis contradiceres. Itaque Zodiacus noster ortus est, quum Pisces, Aries, Taurus, quippe animalia ♄ ♃ ♂, essent in Signis primo, secundo, tertio a solstitio hiberno, quippe ♄ ♃ ♂ Signis et sic porro. Quod, quo tempore acciderit, facillime computatur. Scimus enim, puncta aequinoctialia annis 100 recedere 1° 23′ 40″. Ergo Zodiacus noster constitutus est anno

5314 ante hunc diem siue 3482 a. Ch., siue 1574 ante Mosen (1908). Hicce annus itaque initium est omnis historiae. In hunc enim cadit Diluuium generale, si certissima testimonia audimus. Apud omnes enim nationes reperitur memoria Diluuii idque iisdem omnes adscribunt temporibus. Scriptura Sacra a Mose (1908) ad Diluuium numerat 1574 annos; quare haec epocha secundum Mosen cadit eundem in annum (3482 a. Ch.), quo Zodiacus est ortus. Omnes nationes eundem Zodiacum arbitrio humano factum acceperunt, Latini, Graeci, Aegyptii, Arabes, Chaldaei, Persae, Indi, Sinenses, Americani. Sin certi populi antiquiores fuissent Diluuio, non accepissent Zodiacum nostrum, qui, quum omnes se antiquissimos fecerint, ipsos fecisset iuniores; sed, quum nullae gentes, siue venatores, siue pastores, siue agricolae, decem annos sine Zodiaco, quippe calendario suo ac tabulis lunaribus, constare possint, antiquum suum Zodiacum retinuissent. Ergo Zodiacus noster oriundus est, quo tempore omnium gentium stirpes adhuc vnitae essent, nimirum breui post Diluuium. Quod confirmant Aegyptii. Quum Typhon (aquae), aiunt, deleret Osiridem (autumnum, seu fructus ☉ in ♎ ♏ ♐ p. 19.), omnes Dii (potentiae mundanae) a terra ad coelum fugerunt, vbi in animalia (Zodiaci) mutata sunt. Dies, quo Aegyptii Osiridis mortem antiquitus celebrabant, idem est atque Diluuii initium, quippe XVII. Adyr vel Ijar (♏). Item Graeci. Quum Saturnus (Typhon) regnaret (periodus Sothica prima esset 4245—2784 a. Ch.), aiunt, ipse (aquae) filios suos (prouentus aetatis suae) deuorauit, postea denuo in lucem edidit (terrarum orbem derelinquerunt). Auream aetatem (vitam patriarchalem) secuta est secunda. Antiquissimas vrbes, vt Olympiam, ortas dicunt ante Iouis (♃) regnum (2784 a. Ch., 700 post Diluuium). Teste Herodoto, Zodiacus ortus est 17000 annis (mensibus) ante Amosin (1908), siue 1417 ante Mosen, ergo eodem fere tempore. Manetho veram historiam incipit a dynastia XII. Prioribus enim Deos regnasse dicit. Inter primos dynastiae XII. reges numerat Sesostridem, Sethum, Sesoosin; atque Chaldaei narrant, primum post Diluuium principem ac patriarcham audiuisse Sisustros, Sisugros, Xisuthros. Manetho a principio dynastiae XII, a qua nouum historiae suae librum incepit, ad Mosen atque Amosin I. totidem fere annos numerat, quot Scriptura Sacra a Noah ad Mosen. Item primis regibus, quos libro primo enumerat, totidem annos tribuit, quot ab Adamo vsque ad Noah elapsi sunt. Totidem libro primo enumerat dynastias, quarum astronomicam rationem indicauimus, quot Scriptura Sacra principes ac patriarchas ab Adamo vsque ad Noah. Ergo Menes apud Aegyptios respondet Adamo, Sesostris vero Noae. Indi et Sinenses, vt apud accuratos criticos constat, diluuium eodem fere tempore ponunt. Vnde demum tanta chronologiarum conuenientia, si

non omnes gentes ex vna sola post Diluuium prima prodiissent? Consentiunt de Diluuio in rebus quoque maxime singularibus omnes gentes, vt Graeci, Aegyptii, Phoenices, Chaldaei, Arabes, Persae, Armeni, Indi, Sinenses, Japanenses, Mexicani, Peruani, Mitechi, Zapotechi, Cubani, Micuocanesi, alii. Cista sepulcralis Osiridem includens spectat ad archam Noachicam. Non absonum, primos post Diluuium homines narrasse nepotibus et pronepotibus suis de horrenda profecto et inaudita rerum omnium catastropha. Philologia iam eo peruenit, vt demonstrare possit, quamlibet linguam cum aliis cohaerere, omnes ex vna sola prodiisse. Omnium gentium literae vno eodemque principio nituntur. Eadem hieroglyphica reperiuntur apud Americanos atque Aegyptios. Quid? quod Sinenses et Indi eandem scalam musicam quinque sonorum sequuntur, omisso quarto et septimo, atque Angli antiqui. Omnes omnium populorum mythologiae et religiones, praeter reuelatas, inter se cohaerent eodemque ex principio prodierunt, nimirum astronomico. Quo etiam spectat Zodiacus. Veteres ipsi testantur, Noam factitasse astronomiam et geometriam (Jos. An. I. III. 9.). Antiquissimae nationes ipsae profitentur, primam hominum post Diluvium sedem fuisse Asiam mediam. Narrant libri Sinensium, incolas Sinae venisse ab occidente; Indi Persaeque testantur, se processisse a septemtrione. Nationes occidentes orientem agnoscunt patriam, septemtrionales meridiem. Huc spectant sepulcra Germanorum origine Asiatica. Itaque vix ac ne vix quidem sane negari potest, Diluuium, cuius vestigia in vallibus et montibus reperiuntur, fuisse vniuersale. Annus vero, a quo omnis omnium populorum historia certa incipi debeat, nunc demum accuratius definitur, cognita Aegyptiorum astronomia, scilicet annus 5314 ante hunc, quo quidem Zodiacus noster est oriundus. Forte nemini nunc in mentem venit, existere adhuc testem Diluuii manifestum, quippe coelum ipsum, siue Zodiacum ideo a veteribus sic constitutum. Ceterum hoc nouo exemplo confirmatur, philosophiam, si accuratius mysteria disquirat, non discrepare a veritatibus aeternis, imo potius dissipare tenebras.

Quod mythologiam attinet, tanta in eam est vi Aegyptiorum astronomia, vt itidem noua ratione pertractari debeat. Quaeritur, quae summa fuerit veterum religionum; quomodo cohaereant cum gentilibus hodiernis; quid significent tot Dii Deaeque; quid sibi velint numinum stemmata et ordines; quid valeant animalia sacra et vegetabilia; quomodo singula numina sint orta; cur sic appellata, sic expressa, sic ornata, sic culta, certis in locis habita fuerint; quo modo tot mythi et fabulae explicari debeant; num prodierit omnis religio ex Fetischismo, an ex Monotheismo. Haec vero omnia pendent a principio mythologiae, vel religionis antiquae.

Quot principia diuersa, tot systemata mythologica diuersa, tot historiae religionis. Jam diuersissima mythologiae principia commendarunt mythologi, alii morale, alii astronomicum, alii physicum, alii metaphysicum, alii philologicum, alii adeo politicum, alii historicum, quod nullum est proprie. Licet in his omnibus sint vera; certum tamen, alia fallere passim, alia non sufficere ad systema mythologiae rite constituendum. De principio mythologiae facillimo et proximo, quippe astrologico, nemodum cogitasse videtur. Cuius haec est ratio secundum astrologos veteres atque inscriptiones astronomicas antiquissimas. Natura et virtutes Dei O. M., ait ratio humana philosophis, cognoscendae sunt ex operibus diuinis, nimirum ex coelo et orbe terrarum. Omnibus in rebus humanos in sensus cadentibus, si certas in classes diuiduntur, efficaces sunt variae numinis supremi virtutes. Quaeritur, quot classes rerum naturalium constitui debeant et quosnam ad archetypos. Claret, quum partes variae coeli cum ☉ ☽ ceterisque planetis coniunctae vim exerceant in rerum naturam, terrarum orbem suis cum partibus pendere ab astris. Septem planetae, proprietatibus plane inter se diuersi, totidem classes requirunt rerum terrestrium, ita vt quaeuis res ad eum planetam pertineat, cui maxime affinis sit indole sua. Itaque totus mundus, tum coelum tum terra, partim visibilia partim inuisibilia, partim corporalia partim spiritualia atque temporalia diuidi debebant septem in partes, vt astrologi veteres ipsi testantur. Quot classes rerum ac partes mundi, tot virtutes diuinae singulis in classibus patefactae. Hinc veteres, vt iisdem ex astrologis illectis et neglectis constat, venerabantur augustum ☉ et quaecunque ei astrologice conuenirent, leonem, taurum, quercum, palmam, helianthum, principem, tonitru, tamquam symbola maiestatis diuinae. Hinc significabant ☽ benigna eiusque possessiones benignitatem diuinam, ☿ discurrens cogitationem et sapientiam, ♀ amabilis amorem diuinum, ♂ violenti impetu astra discurrens fortitudinem et potentiam, ♃ grauis grauitatem et constantiam, ♄ lentus longanimitatem et vltionem diuinam. Mox, quum viderent symbola virtutum diuinarum inter se pugnare; concluserunt, vires illas diuinas singulis in planetis eorumque patrociniis efficaces non esse singulares Dei O. M. proprietates, sed personas diuinas. Sic orti sunt septem Cabiri (fortes), Elohim (fortes), Cosmocratores, Kuah (prouidentiae seu sortes). Quum certi planetae vires quasdam et proprietates haberent communes, accidit, vt certa numina certis rationibus inter se confunderentur, v. c. ☉ ♃, ☽ ♀, testibus astrologis. Hinc, quum ☉ et ☽ plena, licet vbique habitu aequali, alias vires exsererent aliis in Signis; concluserunt, effectus Signorum quoque prodire a personis diuinis singularibus. Sic orti sunt XII Dii Magni, partim masculini, partim feminini, secundum

sexus humanos. Vtique pusilli Cabiri seu planetae, quos Kambyses risit, tanto differunt magnitudine a Signorum extensione, quanto pumiliones a gigantibus. Hinc, quum varias Zodiaci partes variis temporibus cooperari viderent cum ☉ et ☽; distinxerunt per anni decursum ☉ trimestrem a quadrimestre et semestri, ita vt noua numina, Dyas, Trias, Quaternitas orirentur. Itaque ventum est a monotheismo ad polytheismum, pantheismum et fetischismum. Vbi enim non exstiterunt magistri, qui ciues ad meliorem rationem reuocarent, ibi gentes subinde magis magisque seiunxerunt inter se res in rerum natura efficaces, tamquam numina. Hinc diuiserunt Deos, vel facultates coelestes a terrestribus, anthropologicas a physicis et sic porro. Hinc cultus rerum vilium, amuletorum aliorumque arte factorum obtinuit, amissis notionibus sublimioribus. Haec ratio est gentium serieri demum tempore repertarum, vt Americanorum et Insulanorum. Jam claret hoc ex principio aliter pertractari debere omnes veterum gentium mythologias. Veterum Dii Deaeque enim non significant homines bene meritos, aut virtutes morales, aut ideas metaphysicas, aut personas politicas, aut stellas, aut physicas vires; sed vires diuinas partim sidericas partim terrestres astrologica ratione diuisas et coniunctas. Sic Osiris, Dionysus valent ♃ planetam, eius Signa (♐ ♓), mensem (Choeac), Quadrantem (♎ ♏ ♐), autumnum, periodum Sothicam, aetatem virilem, fructus autumnales, vitem, vinum, sacerdotem, dignitatem atque omnes res ♃ adscriptas. Contextus docet, quo sensu singulis in locis Osiris appellatus accipi debeat. Sic mors Osiridis, Thammuz, Attis, Adonidis, Laocoonis significat physica ratione nunc introitum ☉ in solstitium hibernum, nunc hiemem inde ab aequinoctio autumnali, nunc naturam hiberno frigore pereuntem. Sic famosa Trias Graeca, Aegyptiaca, Indica (Brama, Vischnu, Siua), quam adeo cum Christiana comparare non dubitarunt, significat Solem annuum (vernum ♈ ♉ ♊ ♋, aestiuum ♌ ♍ ♏ ♎, autumnalem ♏ ♐ ♑ ♒). Quid? quod Indi indicant ipsi, quibus in Signis tria illa numina vigere incipiant. Et primo quidem demonstratum et euictum est, hoc esse verum Aegyptiacae mythologiae principium. Omnia enim Aegyptiorum numina, animalia, vegetabilia, arte facta et alia sacra, a veteribus commemorata, significant nunc planetas, nunc varias Zodiaci diuisiones (Tab. II—IX.). Cuius generis sunt Osiris, Isis, Amun, Typhon, Phtha, Horus, Harpocrates, Athor, Nephthys, reliqua. Hinc idem valeat de Graecis necesse est. Ipse enim Herodotus aliique testantur, Graecorum Deas Deosque non diuersos fuisse ab Aegyptiacis. Vtraque natio eosdem habuit numinum ordines, eadem aut idem significantia nomina et cognomina, idola, animalia, vegetabilia, festa eiusque generis alia. Idem cadit in Indos, vt monumenta, praesertim Zodiacus, nuper edita testantur.

Milites Indi, quum in Aegyptum venissent, tantopere correpti sunt imaginibus templorum spectatis, vt protinus genua flecterent easque tamquam suos Deos adorarent. Sin Aegyptiorum, Graecorum Indorumque nomina prodierunt ex astrologia; non dubium est, quin omnis religio inde originem duxerit. Omnes enim apud populos, quemadmodum apud Aegyptios, Graecos Latinosque et Indos, ita apud Phoenices, Syros, Chaldaeos, Asianos, Persas, Slauos, Germanos, Sinenses, Japanenses, Americanos, Groenlandenses, Mexicanos, Peruanos aliosque reperiuntur eaedem numinum (3. 7. 12. 28. 36.) classes, eadem animalia eorundem numinum sacra, eadem idola, eadem idemque significantia nomina, eadem attributa, eadem festa, eaedem fabulae, eaedem temporum et terrarum diuisiones astronomicae eiusque generis alia. Quae omnia, quum ab arbitrio humano pependerint, non sunt fortuita aut missionariis propagata. Non enim suffecissent ad id millia annorum. Multas inter gentes maxime sibi religione et artibus affines, vt Aegyptios et Mexicanos, Sinenses et Europaeos antiquos, nullum fuit post antiquissima tempora commercium. Neque tot gentes religionem peregrinam, quum non melior esset sua naturali, accepissent. Imo haec communi ex fonte prodierunt, quo tempore Zodiacus fuit ortus. Ceterum hocce veterum religionum principium astrologicum non est nouum et inauditum; sed vetustissimis in libris aurea idololatriae aetate propositum clareque traditum (Deuter. IV. 16.), licet neglectum hactenus et reiectum.

Quid valeat ad philologiam maxime Aegyptiacam promouendam interior astronomiae antiquissimae cognitio, per se intelligitur. Tota enim literarum Aegyptiacarum classis atque innumerae fere inscriptiones hactenus obscurissimae inde illustrantur. Omnia Aegyptiorum scripta, quotquot in Aegypto aut Europaeis in Museis exstant, sunt quadruplicia: demotica siue epistolographica siue enchoria; hieratica, hieroglyphica, typica. Diserte Herodotus distinguit typicas templorum inscriptiones a reliquis atque Clemens Al. discernit hieroglyphica cyriologica atque symbolica, quae sunt typica Herodoti. Ex hoc genere sunt innumerae inscriptiones templorum, palatiorum, sarcophagorum, monolithorum, stelarum atque omnium papyrorum, quas pro liturgicis habuerunt. Jam certa ad maximam literarum Aegyptiacarum partem clauis, quam in metaphysica atque mythologia Graeca quaesiuerunt, latuit in astronomia antiqua. Quodsi enim figurae illae astronomice accipiuntur; innumerae inscriptiones intelliguntur sensumque commodum praebent. Praeter 2000 inscriptiones mere astronomicas, nulla fere est, quin hieroglyphicas figuras astronomicas contineat. Huc spectant illa typica, aenigmatica, allegorica hieroglyphica apud Clementem (V. 4.). Quam ob rem innumera, quae ante studuerunt coniectura assequi, nunc facile certis

rationibus explicantur. Sic Nomen Sethi, vt astronomice legitur, in Sarcophago Britannico, Champollion legit Arthout. Huc spectant pleraque nomina regum et priuatorum, quae sine astronomia perperam, aut ex parte tantum recte explicantur, vt Amenophthep pro Amenophis. Hinc eadem nomina paullo aliter scripta diuersas ad personas retulerunt. Praenomina regia non meros titulos continent, sed astronomica sunt. Nomina apud Manethonem et Eratosthenem, licet diuersissima, inter se congruunt, si astronomice examinantur. Ceterum, quum a typicis hieroglyphicis pendeant reliqua, literae etiam hieroglyphicae proprie sic dictae, atque hieraticae nec non demoticae inde illustrabuntur. Neque vero Aegyptiacam tantum philologiam egregie iuuare videtur antiqua astronomia, sed etiam Graecam aliasque. Sic Horusapollo, quem pro absurdo habuerunt, continet catalogum vtilissimum earum rerum, quae planetis astrologice conuenerint. Innumera sunt loca apud Homerum, Hesiodum, Orpheum, Tragicos aliosque, qui, quum non grammatice solum sed archaeologice etiam explicari velint, lucem accipiant, sacratioribus veterum ideis cognitis. Hinc patebit, quid sit id, quod veteres narrant, Homerum et Orpheum, quoniam mysteria tradidissent, in Orco suspensos fuisse. Huc spectat geographia antiqua. Quemadmodum Aegyptus, ita et Graecia, Canaan, Asia minor, Syria, India, Sina aliaeque terrae astronomice diuisae Diisque instructae fuerunt (Tab. II.). Praeterea maxime probabile est, etiam Persarum inscriptiones cuneoformes atque vasa Etrusca esse argumento astronomica. Quare profecto magnopere dolendum, hac nostra aetate, quum sepulcra Etrusca cum variis vasibus (VII. XII. XIX.) certo ordine compositis reperiuntur, ea protinus in disordinem diripi. Sic nescio quis, quum inscriptionem antiquam inuenisset, literas eruit atque domum portauit.

Quum Israelitae ab antiquissimis inde temporibus coniuncti fuerint cum Aegyptiis aliisque gentilibus; non mirum, multa esse in Codice Sacro solis harum gentium antiquitatibus explicabilia. Moses, quum auctoritate diuina gentem suam a perniciosa fide ad meliorem rationem reduceret, certa dogmata, certos vsus impugnauit, alia siquidem adiaphora retinuit atque emendauit. Quare instituta Mosaica eo rectius intelliguntur, quo magis veterum maxime Aegyptiorum religio vitaque communis perspiciantur, quarum clauis est astronomia antiqua. Innumera sunt loca V. T., quae inde illustrentur. Sic nunc clarius apparet, cur Hebraei etiamnum abstineant ab animalibus Typhonicis, cur vitulum (☉) adorauerint, tabernaculum Molochi (Domum ♂ ♏), atque astrum Kiun (Typhonem) portauerint, mortem Thammuz (☉) deplorauerint, vbi terra Gosen (Decuria ♂) sita fuerit, quid sibi velit benedictio prophetica Jacobi, crux interpretum (Gen. 49.), et id genus alia. Grauius est, quod

denuo per eandem astronomiam confirmatur authentia Geneseos. Offensioni fuit, duo Dei O. M. nomina vsurpari, quum vnum suffecisset, vnde duo archetypa Mosaica statuere non dubitarunt. At vero Moses vocabula Elohim atque Jehoua, tamquam Dei nationalis et particularis nomen, non inuenit; sed antiquitus inuenta ac vulgaria retinuit. Etenim Elohim (potentes), Cabiri (fortes) Cosmocratores primis post Diluuium hominibus significarunt facultates septem diuinas, hinc symbola facultatum augustissima; Jehouah vero pariter atque Jeuo, Jao Aegyptiorum, Ja Sinensium denotauit naturam Diuinam genuinam ac substantiam procreatricem, hinc symbolum annuae procreationis. Itaque Moses antiqua Dei O. M. nomina retinuit, non quidem astrologico, sed, quemadmodum ipse eorum definitionem exhibuit, monotheistico atque sancto sensu. Videsis, quam facile fieri possit, vt, quae vel maxime vera sunt et certa, sine ratione idonea in suspicionem vocentur.

In astronomiam quoque et Cosmologiam commoda redundant ex astronomicis Aegyptiorum monumentis. Primum per se memoria dignum, quod, quum 100 tantummodo astrorum obseruationes antiquae adhuc cognitae fuerint, nouarum 14000 et quod excurrit in illis reperiuntur. Ipsae nostrae tabulae (II—IX.) incognitas 42 obseruationes astronomicas exhibent. Huc accedit, quod rarissime simul obseruatae sunt septem planetarum constellationes, quarum plures quam 2000 Aegyptus ad nos transmisit. Obseruationum Aegyptiacarum nonnullae 1500, quin 2000 annis antiquiores sunt antiquissimis hactenus cognitis. Praeterea e constellationibus antiquissimis et frequentibus cognoscitur, num omnes, quae ab astronomis recentioribus observando et computando inuentae sunt systematis nostri solaris leges, omnino recte se habeant. Exemplo sit, quod serio vel nuper contenderunt, terram nostram adeo minuisse circumitionem suam circum ☉, vt annus nunc duabus septimanis breuior sit, quam aetate Christi. Contra obseruationibus nostris anno 1832, 1693, 1631, 1104 a. Ch. institutis demonstratur, totum systema nostrum solare mirum in modum sibi constitisse per 3665 annos. Turbationes vero minores profecto locum habuerunt in tanto temporis spatio secundum eadem testimonia. Sic ☽ nunc citius circumit terram quam anno 1832 a. Ch., scilicet integra hora cum dimidio, quod antiquissimis Sinensium obseruationibus confirmatur. Maiores adeo turbationes, licet periodicas (1° 58′), ☿ passus esse videtur. Item ♀ et ♂, licet paululum, contraxisse cernuntur orbitas suas. Contra ♂, in quo omnes obseruationes consentiunt (1832+46′; 1693+44′. 1631+43′), nunc tardius (34 horis) circum ☉ mouetur, quam antiquitus. Turbationes periodicae ♃ et ♄ (880 annorum), quas La Place computando inuenit, item obseruationibus Aegyptiacis confirmari videntur. Ceterum haec omnia

reliquis monumentis astronomicis, quum numerosissima sint, partim multo antiquiora, vno quasi tenore sese excipientia, subinde corrigentur aut confirmabuntur. Passim loca planetarum obseruata accuratissime ad minutas et secundas vsque indicantur in monumentis.

Denique nunc patet, quale fuerit principium scripturae Hieroglyphicae atque omnis palaeographiae. Hactenus quicunque literas Aegyptiacas tractarunt Youngius, Champollion, Spohnius, Kosegartenus, meae Musae aliique, analytica ratione processerunt, ita vt syzygia hieroglyphica nota cum ignotis compararent atque sic eruerent figurarum significationes. Analyticae vero viae certus est finis. Hinc quaeritur, quomodo rèliquorum hieroglyphicorum potestas praefiniri debeat: cur certa hieroglyphica id significent, quod analysis docet; cur alia certos sonos certasque notiones exprimant; cur passim idem hieroglyphicum sonos plane inter se diuersos exprimat; cur duae ternaeue figurae vnam solummodo literam valeant. Quaerebatur in vniuersum, quid sint hieroglyphica; quomodo oriunda; qua lege primaria nitatur omnis Aegyptiorum hieroglyphice. Sic orta sunt tria illa hieroglyphices principia, ideographicum, acrophonicum atque calligraphicum. Ex sententia enim Youngii hieroglyphica ad instar Sinensium significant vocabula quidem omnino, sed passim literas, etiam syllabas. Champollion putauit, figuras phoneticas singulas eum exprimere sonum, a quo nomen figurae hieroglyphicae incipiat, vt in alphabeto Hebraico. Ipse autem conieci, Aegyptios nouisse antiquissimum alphabetum quippe Hebraicum, cuius literas hieroglyphice exornarent, vt apud Armenos, Aegyptiorum scribarum discipulos, accidit. Licet haec omnia veri quid contineant atque multum contulerint ad intelligentiam literarum Aegyptiacarum; negari tamen nequit, verum potius, quod candide profiteor, hieroglyphices principium, pariter atque mythologiae esse astronomicum vel astrologicum. Scilicet Aegyptii, quemadmodum totum mundum, tum coelum tum terram, visibilia et inuisibilia, annos, menses, dies, horas, sonos musices, cetera; ita et sonos orationis, tum vocales tum consonas, inter septem planetas diuiserunt. Veteres ipsi decent, quibus planetis certae vocales certaeque consonae conuenerint. Hinc quum literae alphabeti antiqui, quippe Hebraici, inter planetas ordine solemni diuiduntur; statim apparet, quae vocales et consonae cuique planetae contigerint. Jam tenendum, Aegyptios ea, quibus planeta quidam praeesset, expressisse eiusdem planetae rebus sacris et symbolis, vt Zodiaci varias partes. Ergo Aegyptii sonos alphabeti varios significare debuerunt imaginibus rerum planetae ei sacrarum, qui praeesset his sonis ac literis, vt experientia vere docet. Sic figurae hieroglyphicae, quarum de pronunciatione iam consentimus, circiter 400 sunt symbola

astronomica planetarum eorum, quorum literas exprimunt, vt inuenimus. Leo v. c., symbolum ☉, significat *l*, literam ☉. Porro, quum planeta pluribus alphabeti sonis praesit, nunc non mirum, idem hieroglyphicum plures sonos exprimere, quippe eidem planetae adscriptos. Sic leo, ☉ symbolum, nunc *l* nunc *r* valet, quippe eidem ☉ propria. Denique bina ternaque hieroglyphica, vt alias demonstraui (Rudimenta Hieroglyphices), passim vnum solummodo sonum significant, quoniam continent nomen planetae, aut hieroglyphicum iustum vna cum diacritico signo. Itaque haec est clauis primaria ad arcanam Aegyptiorum literaturam. Scriptura arctissime cohaeret cum sacratissimis veterum opinionibus, cum mythologia et astronomia. Nam 24 illae orationis soni seu literae respondent 24 horis sidericis, seu Semisignis, quibus praeessent planetae. Hinc claret, cur veteres scripserint a dextra ad sinistram, quippe ad instar Zodiaci. Hinc intelligitur, cur Aegyptii mille, et quod excurrit, signis, licet pauca sufficissent, literas planetarum expresserint, quippe totidem symbolis planetarum; hinc, cur hieroglyphica vocentur literae sacrae, symbola literarum, deorum grammata, et id genus alia. Ex principio hieroglyphices astronomico innumera nomina et vocabula partim obscura, partim false lecta ex principiis adhuc valentibus, nunc illustrantur. Inde praefinire licet, quid certa hieroglyphica partim phonetica, partim symbolica significare debeant. Ceterum hinc, de quo mihi gratulor, confirmantur inuenta priora mea, licet multis a priori visa sint plane improbabilia. Hoc vnum restat offensionis, eadem hieroglyphica ternas, partim quaternas literas exprimere posse. Tenendum vero, literas ad certa hieroglyphica referendas nunc per principium dictum esse definitas, quare ambiguitas lectionis tollitur contextu. Deinde quum alphabetum quadripartitum respondeat quadrantibus coelestibus; quadrantis dominus eiusue symbolum cum certo hieroglyphico coniunctum indicare videtur sonum hieroglyphici specialem. Ceterum vocales omittuntur plerumque, alias vero symbolo ☿, vocalium praesidis, adiecto indicantur. Certa sunt signa diacritica. Vtut est, haec obscuritas serius ocius nouis obseruationibus dissipetur.

Jam hoc etiam commemorandum, non solum Aegyptiacas, verum quoque Hebraicas literas principio astronomico inniti. Quodsi enim alphabetum Hebraicum dictis ex legibus inter planetas diuiseris, ita vt, quod veteres testantur, literas א *α*, ה *ε*, ח *η*, י *ι*, ע *ο*, ו *υ* pro vocalibus accipias; videbis, nomina literarum et figuras ipsarum exprimere res, singulis planetis praestantibus sacras.

Talia sunt, quae pendere videantur ab antiquissimorum astronomiae monumentorum interpretatione, sane, vt alias monui (Spohn. Aegypt. Vol. II. Prodr. p. IX.), grauia et vtilia. Quare alii non pauci, vt dixi, videre velint, num nostra inscriptio-

num huius generis explicatio astronomica recte se habeat in vniuersum quidem. Etiam in votis est, vt editores itinerarii Aegyptiaci Champollionis respiciant haec noua ad placita.

Superest indicare, qua via et ratione his in quaestionibus processerim. Dudum persuasum mihi erat, de tot inscriptionibus Aegyptiacis multas esse astronomicas, neque dubitabam, quin imagines Deorum frequentissimae passim ad astronomiam spectarent. Veterum enim permulti testantur, Aegyptios ab antiquissimis inde temporibus astronomicas inscriptiones conseruasse atque astronomica Deorum imaginibus expressisse. Itaque opus erat inuenire inscriptionem Aegyptiacam, qua facile demonstrari posset ad oculos, veterum testimonia esse certa. Quod contigit mihi ante hos septem annos. Etenim anno 1826, quum Regis Frederici Augusti, nunc pie defuncti, hinc Antonii, Domini mei clementissimi, permissu et adiutu, iter facerem longissimum per Germaniam, Italiam, Francogalliam, Angliam Hollandamque, incidi in Regio Museo Taurinensi, quod pro summa magistratuum et praefectorum liberalitate per integrum fere annum mihi patuit, in papyrum (Tab. III.), quae, quum Zodiacum nouum atque Signorum Dominos Aegyptiaca ratione expressos contineret, clauem astronomiae Aegyptiacae exhiberet. Subinde innumeras fere inscriptiones Aegyptiorum astronomicas inueni. Quae quum explicari deberent, triplici quaestione praeuia opus erat. Primum omnis astronomiae ratio apud Aegyptios propius cognosci debebat. Cuius gratia omnia fere astronomorum et astrologorum veterum opera pertractaui. Quaecunque pertinerent ad inscriptiones Aegyptiorum astronomicas intelligendas, ea contuli in parte huius operis prima, quae conspectum astronomiae technicae et apotelesmaticae exhibet. Deinde, quum Aegyptii peruariis rebus sacris, vt veteres testantur, exprimerent astra; opus erat videre, quaecunque res singulis planetis sacrae eorumque symbola fuerint in Aegypto. Symbolice astronomica cognoscitur potissimum ex geographia Aegypti. Aegyptus enim ad instar Zodiaci diuisa fuit in 12 prouincias, 36 Nomos aliasque partes, in quibus habebantur certa numina, animalia et vegetabilia pro symbolis eorum planetarum, qui praeessent certis Zodiaci segmentis. Itaque agebatur inuenire antiquam Aegypti Geographiam ad astronomiam relatam. Quod item mihi contigit in Museo Regio Taurinensi. Inueni enim eodem anno altare antiquissimum, aetate Sesostridis (1631) inscriptum, ex quo cognoscerentur geographia Aegypti genuina, prouinciarum astronomicarum situs atque numina, quae singulis prouinciis praepositi singulas Zodiaci partes significarent in scriptis astronomicis. Praeterea innumera sunt loca apud Graecos, Latinos aliosque scriptores, quibus tradatur, cui planetae certo certae res fue-

rint sacrae et propriae. Quae loca, praecipue Horapollinis, summa cura examinari et colligi debebant. Denique veteres astronomi ipsi, Firmicus, Manetho, Ptolemaeus, Proclus, Paulus Alexandrinus, Manilius, Censorinus, Johannes Lydus, Sextus Empiricus, Hermes, Vettius Valens aliique illecti et neglecti, singulis planetis ac zodiacalibus segmentis adscribunt permulta et varia nomina diuina, Deos Deasque, personas, quadrupeda, aues, insecta, amphibia, arbores, plantas, arte facta, ornamenta, corporum partes eiusque generis alia. His itaque ex fontibus, de quo agit Pars II. huius voluminis, cognoscitur, quibuscunque fere imaginibus Aegyptii tum planetas singulos, tum varia Zodiaci segmenta plerumque expresserint. Jam eo perueneram, vt scirem, quot et quosnam Aegyptii nouerint planetas, quot et quales Zodiaci divisiones adhibuerint; deinde quibus symbolis vsi fuerint in scriptis astronomicis. Restabat tertium. Quaerebatur enim, quibus modis ac rationibus Aegyptii planetarum loca indicauerint. Quem ad finem rogare licuit papyrum astronomicam Graece scriptam, feliciter a Saltio in sepulcris Thebanis repertam (Par. III. §. 2.). Hinc patebat mihi, Aegyptios septem constanter planetarum constellationes natalitias notasse, ita vt varias partes Zodiaci cum planeta coniunctas naturali deinceps ordine enumerarent. Jam auxiliis his tribus inuentis facile erat, inscriptiones Aegyptiorum astronomicas interpretari. Quamuis enim varia sint earum genera, tamen omnia sequuntur easdem leges, quippe sequentes. I. In monumentis astronomicis hieroglyphice scriptis exprimuntur planetae et Zodiaci partes variis iisque certis rerum sacrarum imaginibus et nominibus. II. Quibus symbolis planeta significatur, eadem conueniunt Zodiacalibus segmentis eidem planetae ac Domino subiectis. III. Longitudo planetae ita indicatur, vt omnes Zodiaci diuisiones, quarum in finibus planeta apparuerit, afferantur. IV. Singulis in versibus segmenta zodiacalia cum planeta quodam coniuncta secundum dignitatem et ambitum deinceps enumerantur (Trigonodespota 90°, passim cum Tetragonodespota; Oecodespota 30°, Decanus 10°, Horiocrator 2° — 12°, Dodecatemorion 2° 30′, Moera 1°). V. Planetae, basibus constituti aliisque rebus distincti a reliquis personis, post tot figuras suis in versibus ponuntur, quot gradus Signi superauerint. VI. Planetae retrogradi pinguntur retrospicientes. VII. Adspectus planetarum trigonalis et tetragonalis compositione planetarum et navium zodiacalium (Signorum) singulari ratione exprimitur. VIII. Planetae inter duo Signa obseruati inter duos Oecodespotas ponuntur. IX. Hora obseruationis singulari in loco indicatur Horoscopo. Hae sunt leges primariae, ad quas sequentes inscriptiones explicare tentaui, quippe omnium celeberrimas.

Zodiacus Tentyriticus, anno 1799 repertus, quem pro antiquissimo, imo ante-

diluuiano habuerunt, continet hancce constellationem: ☉ ♈ 21° 30′, ☽ ♌ 15° 0′ ☿ ♈ 20° 0′, ♀ ♈ 26° 30′, ♂ ♋ 14° 30′, ♃ ♎ 17° 30′, ♄ ♍ 9° 0′. Hor. ♎ 21° 30′. Quum talis constellatio nonnisi semel per totam historiam obseruari potuerit, nimirum anno 37 p. Ch. April. 13, hora 6 p. m.; sequitur, Zodiacum nostrum esse ortum, quo anno nasceretur Nero. Reapse omnibus templi in partibus atque ipso in Zodiaco reperiuntur nomina Autocratoris Neronis.

Sarcophagus Sethi Londinensis hanc offert constellationem: ☉ ♈ 11° 30′, ☽ ♑ 10° 0′, ☿ ♈ 0° 30′, ♀ ♓ 0° 0′, ♂ ♍ 24° 0′, ♃ ♒ 25° 0′, ♄ ♐ 28° 30′, Hor. ♎ 11° 30′. Hinc, quum talis natiuitas nonnisi anno 1631 a. Ch. April. 17, hora 6 p. m. observari potuerit, sequitur, caput Dynastiae XIX Sethum, Sesostridem, Thuerin, Menelaum, cuius nomina passim in Sarcophago leguntur, hoc anno fuisse natum.

Sarcophagus Ramessis Meiamun Parisiis asseruatus, cuius Operculum antea Cantabrigium venit, haec exhibet astrorum loca: ☉ ♈ 9° 30′, ☽ ♓ 0° 30′, ☿ ♈ 10° 0′, ♀ ♓ 27° 30′, ♂ ♍ 24° 30′, ♃ ♏ 26° 30′, ♄ ♏ 20° 30′, Hor. ♎ 9° 30′. Ergo Ramses, cuius nomina passim leguntur, natus est 139 annis prius quam Champollion putauit, scilicet anno 1693 a. Ch., quo solo talis constellatio obseruari potuit, nempe April. 17, hora 6 p. m.

Monolithus Amosis Parisinus prodiit anno 1832 a. Ch. August. 14, h. 22., quare annus praeteritus dici potest iubilaeus natiuitatis Regis Amosis. Continet enim hocce artis Aegyptiacae monumentum pulcherrimum constellationem sequentem: ☉ ♌ 3° 30′, ☽ ♈ 20° 0′, ☿ ♌ 27° 30′, ♀ ♍ 0° 0′, ♂ ♐ 26° 30′, ♃ ♓ 24° 30′, ♄ ♓ 0° 0′, Hor. ♎ 20° 0′. Habemus itaque inscriptionem ante hos 3664 annos ortam.

Mensa Isiaca, siue Tabula Bembina, per tria fere saecula celebrata, quam multos commentarios, tam varias sententias de indole sua progenuit. In ea enim tradi putarunt alii mysteria Isidis, alii theosophiam obstrusam, alii dodecalogum Aegyptiacum, alii Calendarium Aegyptiaco-Romanum, alia liturgiam, alii theologiam metaphysicam, alii doctrinam de magnetica gemma, alii alia. Constat de scriptis Pignorii, Guilandini, Kircheri, Herwart de Hohemburg, Jablonskii, Rudbeckii, Caylusi, Champollionis aliorumque. Nemini in mentem venisse videtur, quod aptissimum et proximum esset, continere hanc inscriptionem Romani imperatoris constellationem. Vtique planetarum loca ibi indicantur haec: ☉ ♈ 18° 30′, ☽ ♎ 28° 30′, ☿ ♈ 19° 30′, ♀ ♓ 4° 30′, ♂ ♋ 25° 30′, ♃ ♈ 2° 30′, ♄ ♈ 0° 30′, Hor. ♎ 18° 30′. Quae constellatio obtinuit anno 54 p. Ch. April. 11, hora 6 p. m., que quidem Traianus est natus. Inscriptio ipsa continet nomina Autocratoris Neruae Traiani iuxta Iouis imaginem, Plotinae imperatricis iuxta Mineruam, Sabinae filiae iuxta Heben Aegyptiacam.

Papyrus d'Hermandi antiquissima constellationem exhibet hanc: ☉ ♐ 8° 0′, ☽ ♌ 10° 30′, ☿ ♐ 19° 0′, ♀ ♒ 2° 30′, ♂ ♏ 19° 30′, ♃ ♋ 25° 30′, ♄ ♏ 24° 30′, Hor. ♋ 8° 0′. Quae obseruari non potuit, nisi anno 1104 a. Ch. Jan. 8. hora 6 p. m.

Multa sunt et grauia, quae pro noua hac inscriptionum interpretatione loquantur. Primo quidem huius generis monumenta, quum alia ratione quam astronomica explicantur, aut nullum sensum, aut, vt experientia docuit, ineptum ac ridiculum praebent. Sin Zodiacus Tentyriticus, Sarcophagi Ramsis et Sethi, Monolithus Amosis, Tabula Bembîna, Papyrus d'Hermandi pariter atque aliae huius generis inscriptiones ad astronomiam antiquam reuocantur atque constante et aequabili ratione explicantur secundum diserta veterum testimonia; tum tales constellationes inueniuntur, quae legibus astronomiae, praeceptis chronologiae atque artium historiae respondeant. Nuspiam accidit, vt ☿ et ♀ longius a ☉ reperirentur, quam ab eo distare possent, vt ♂ ♄ ♃ directi essent, vbi retrogradi cernerentur. Obseruationes inuentae non pertinent ad epochas extra historiam positas, sed ea ad tempora, quibus describi possent ac deberent. Interualla inter binas ternasque natiuitates incidentia sunt tanta, quanta ab historicis veteribus traduntur. Varia monumenta eas indicant aetates, quibus secundum artium historiam oriri debuerunt, vt Tabula Bembina, Monolithus Amosis, cetera. Loca planetarum antiquitus obseruata accurate conueniunt cum computationibus subtilioribus atque discrepantiae quaedam constantes respondent legibus planetarum adeo subtilioribus, scilicet turbationibus periodicis. Itaque sperandum fore, vt aliae inscriptiones astronomicae, quibus Musea omnia atque Aegyptus abundant quarumque grauissimas infra indicaui, subinde in vitam vsumque prodeant.

Quod denique Lexicon (Par. IV.) attinet, in eo dispositae sunt figurae mythologico-astronomicae Tabularum (II – IX) supra explicitae. Sectio I. continet symbola planetarum (☉ ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄) eorumque possessionum zodiacalium, ita vt potiora et solemniora praemitterentur reliquis. Partes Zodiaci in Sectione II. collectae eo ordine sese excipiunt, quo ambitu ac grauitate praepollent alia aliis. Passim alienis ex inscriptionibus astronomicis, ibidem indicatis, recepi figuras illustrantes. Itaque facile erit, partim vno obtutu cognoscere symbolicen Aegyptiorum astronomicam, partim reperire figuras certa astronomiae elementa exprimentes, quum nouae huius generis inscriptiones explicari debeant. Quae ex opere Description de l'Egypte manarunt, non omni ex parte sunt certa, maxime tituli hieroglyphici figuris adscripti. Quamuis Lexicon nostrum constet solummodo 3000 circiter articulis, partim figurativis, partim phoneticis; continet tamen symbola astrorum maxime solemnia. Nouae

figurae mythologico-astronomicae, si occurrant alias, explicabuntur partim ex symbolice vberrima in Pantheo (Par. II.) tradita, partim ex analogia symbolorum iam explicitorum.

De Tabulis monendum, alias autographorum ad fidem, alias ad exempla vulgata esse descripta partim accurate, partim ratione Aegyptiorum lineari, quae sufficit nostro fini. Non enim agitur, eleganter corpora adumbrare, sed insignia figurarum et diacritica bene discernere. Ad Tab. II. No. III., Tab. III. et Tab. titulo praefixam adhibui exempla in charta lucida accurate a me descripta. Tab. VIII. sequitur exemplum Pignorii. Ex opere Description de l'Egypte sunt Tabb. IV. V. IX. breui manu delineatae. Sarcophagi Sethici inscriptiones (Tab. V.), atque papyrum d'Hermandi (Tab. IX.) Jomardus l. l. secundum impressiones sulphuricas atque autographum accurate, vt praesens vidi, in lucem edidit. Reliquae (Tab. II. No. II., VI. VII.) nituntur impressionibus papyraceis, non minus, quam sulphuricae, accuratis, quarum rationem descripsi (p. 270.). Tab. I., difficile opus, continet omnes Zodiaci diuisiones a veteribus commemoratas atque obuias in monumentis Aegyptiorum astronomicis cum patronis suis singularibus. De Tab. Tituli, duplo minori autographo, alias loquar fusius. Tabb. III. IV. Va. Vb. VI. VII. IX. ipse inscripsi in lapide lithographico, quod valet etiam de figuris Lexici.

Literas Copticas hoc in opere adhibitas excudere iussi ad fidem optimorum et antiquissimorum Codicum Romanorum, Parisinorum, Anglicorum, praecipue ad membranaceum Mus. Brit. no. 5114., quos typos credo non solum elegantia, sed etiam fide superare reliquos Romanos, Parisinos, Londinenses et Lipsienses adhuc vsitatos. Restat, vt me meamque rem Tibi, Candide Lector, commendem. Ipse, quam multis a partibus reprehensione dignus sim, sentio ac persentio. Nihil habeo, quo peccata mea forte grauia excusem, praeter rei nouitatem et difficultatem atque huius triennii rationem. Difficile est, inter publicas priuatasque turbationes et sollicitudines bonis omnibus et Musis praecipue funestas, in quibus haec sunt scripta, conservare sibi eam animi libertatem et hilaritatem, quibus solis literarum artiumque bonarum studia vigere et florere valeant. Quare vellem Te non solum iustum, sed etiam indulgentem habere iudicem.

Auctor.

ARGUMENTUM.

Pars I.

Conspectus astronomiae Aegyptiorum mathematicae et apotelesmaticae.

§. 1. Introductio pag. 1. *Astronomia in Aegypto ab antiquissimis inde temporibus culta. Obseruationes astronomicae frequentissime institutae, variis in monumentis descriptae et conseruatae. Supersint necesse est permultae Aegyptiorum inscriptiones astronomicae. Veterum testimonia.*

§. 2. De grauitate obseruationum astronomicarum veterum pag. 5. *Ratio sententiae nostrae historicae magna ex parte imperfecta et falsa. Vsus astronomiae antiquissimae, vt Newton iam exspectauit, ad Chronologiam, Historiam, Mythologiam, Philologiam, Exegesin V. T., Astronomiam, Palaeographiam, maxime hieroglyphicam.*

§. 3. De ratione hieroglyphices astronomicae inuenienda p. 8. *Explicatio inscriptionum apud Aegyptios astronomicarum pendet a cognitione astronomiae technicae seu mathematicae antiquae, symbolices astronomicae, denique rationis, qua constellationes exprimerentur. Quaeritur primum, quot et quosnam Aegyptii planetas nouerint; quot et quasnam in partes Zodiacum diuiserint. Astronomi veteres: Geminus, Achilles Tatius, Hipparchus, Ptolemaeus, Firmicus, Proclus, Paulus Alexandrinus, Sextus Empiricus, Manetho, Manilius, Vettius Valens, Johannes Lydus, alii. Deinde videndum, quibus symbolis Aegyptii tum planetas, tum varias Zodiaci partes, vel propositos ac dominos ipsarum expresserint. Fontes. Astrologi veteres: Firmicus, Ptolemaeus, Proclus, Paulus, Manilius, Manetho, Valens, Censorinus, Hermes, Bethem, Almanzor, Zahel, Messalah, alii. Scriptores Graeci Latinique: Horusapollo, alii sexcenti. Denique regulae exprimendi loca planetarum cognoscuntur ex papyro astronomica Thebanis in sepulcris reperta, Graece scripta. Praeterea Lexicon astronomicum inseruiet ad probandam vnitatem et constantiam hieroglyphices astronomicae.*

§. 4. De Planetis p. 10. *Soli* ☽ ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄ *planetae veteribus cogniti. Ipsorum ordo solemnis; nomina et cognomina vulgaria apud Aegyptios, Coptos, Arabes, Hebraeos, Graecos aliosque; colores; circuitus.*

§. 5. De Zodiaco p. 12. *Diuisiones Zodiaci apud Aegyptios 19 numero, quarum vsitatissimae sunt: Signa, Decuriae, Horia, Dodecatemoria, Moerae seu Gradus, Trigona, Tetragona, Semicirculi.*

§. 6. De Hemisphaeriis p. 13. *Semicirculi superior et inferior; solaris et lunaris. Ipsorum praepositi.*

§. 7. De Trientibus tempestatum siue 3 Horis p. 14. *Trientes coelestes* (♓ ♈ ♉ ♊, ♋ ♌ ♍ ♎, ♏ ♐ ♑ ♒) *respondent tribus veterum tempestatibus annuis: veri, aestati, autumno vel hiemi. Ipsarum domini.*

§. 8. De Quadrantibus p. 14. *Quatuor cardines Zodiaci. Quadrantes coelestes et tempestiuae: Ver* (♈ ♉ ♊), *Aestas* (♋ ♌ ♍), *Autumnus* (♎ ♏ ♐), *Hiems* (♑ ♒ ♓).

§. 9. De XII Signis p. 15. *Antiqua Zodiaci diuisio in Dodecatemoria punctis aequinoctialibus accommodata. Signorum nomina Coptica, Arabica, Graeca, Latina; praepositi planetae, seu Dii (Oecodespotae), ipsorumque nomina et symbola; genus; situs.*

§. 10. De Hypsomatibus p. 16. *Exaltationes planetarum septem Signa, accuratius septem Gradus eorundem Signorum. Significatio.*

§. 11. De Tapinomatibus p. 17. *Deiectiones planetarum septem Signa, accuratius totidem Gradus certis in Signis.*

§. 12. De Trigonis p. 18. *Triangulorum notio, numerus, ordo, Domini (Trigonodespotae) diurni, nocturni, munifices. Vsus ad distinguenda Signa, seu Oecodespotas.*

§. 13. De Tetragonis p. 19. *Quadrangulorum numerus, ordo, Domini (Tetragonodespotae) diurni, nocturni, munifices. Vsus ad distinguendos Trigonodespotas.*

§. 14. De Hexagonis p. 19. *Sexangulorum ordo, Domini (Hexagonodespotae) diurni, nocturni, munifices, ad distinguendos Trigonodespotas adhibiti.*

§. 15. De Diametris p. 20. *Diagonalium seu Oppositorum ratio; domini Oecodespotae.*

§. 16. De Stationibus ☽ 28. p. 20. *Earum initium, longitudo, Domini, nomina Coptica et Arabica ex MSS., stellae.*

§. 17. De Decuriis 36. *Decanorum notio, ordo, nomina Aegyptiaca, sedes. Semidecuriae respondent 72 coniuratis cum Typhone contra Osiridem.*

§. 18. De Horiis p. 25. *Termini seu Fines quinae Signi partes, longitudine diuersae (2°—12°) variis in Signis. Horiocratores* (☿ ♀ ♂ ♃ ♄). *Ratio Horiorum Aegyptiacorum, Chaldaicorum et Ptolemaei.*

§. 19. De Topis p. 27. *Locorum ratio. Toparchae a veteribus obiter tantum memorati, non indicati.*

§. 20. De Dodecatemoriis p. 27. *Duodecatemoria seu Duodecimae Signorum cum Dominis suis sequuntur rationem Signorum.*

§. 21. De Icostemoriis p. 28. *Vigesimae Signorum non commemoratae, sed probabiles.*

§. 22. De Icostotetartemoriis p. 28. *Eorum praepositi probabiles, licet diserte non commemorati.*

§. 23. De Gradibus siue Moeris p. 29. *Moerarum genus, ordo, ratio secundum veteres astronomos, conuenientia cum Oecodespotis* (♈ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽ *cet.* ♉ ♀ ☿ ☽ ♄ *cet.*).

§. 24. De Leptis p. 30. *Minutae gradum item haud dubie planetis deinceps subiectae. Secundae non commemoratae. Myriogenesis.*

§. 25. De Stellis Zodiaci p. 30. *Singulae stellae et constellationes planetis adscriptae. Partes animalium zodiacalium, earum longitudo, stellae regiae et lucidae, patroni planetae singuli.*

§. 26. De Aequatore p. 34. *Eius definitio, diuisiones variae, conuenientia cum temporibus diei. Hemisphaeria, Ogdoemoria, Horae.*

§. 27. De 24 Horocratoribus p. 35. *Horarum coelestium ratio, initium, ordo, Domini, partes.*

§. 28. De Horoscopo p. 36. *Horoscopus sensu latissimo Zodiacus quidam mutabilis, 12 partibus constans. Partium ratio, nomina, Domini, significatio, situs. Strictiori sensu Signum, quin stella oriens tempore obseruationis, ad temporis definitionem adhibitum.*

§. 29. De Diuisione temporum p. 37. *Variae temporum diuisiones. Periodi, cycli. Temporum variorum Domini (Chronocratores) planetae.*

§. 30. De annis p. 38. *Varii veterum anni, solaris, lunaris, vagus, astronomicus. Horum initia, vsus.*

§. 31. De 3 anni tempestatibus p. 39. *Earum origo, initia, nomina, Domini, symbola Aegyptiaca.*

§. 32. De Mensibus p. 40. *Eorum nomina Memphitica, Thebaica, Arabica, Graeca ex MSS., conuenientia cum Signis, significatio grammatica, Domini, initium a* ♍.

§. 33. De Septimanis p. 41. *Earum Domini planetae probabiles.*

§. 34. De septem diebus hebdomadis p. 41. *Domini dierum planetae, secundum interuallum musicae quartae, ex ordine solemni. Dies quinque intercalares quinque numinibus posthumis subiecti secundum fabulas Aegyptias.*

§. 35. De diei partibus p. 42. *Initium diei matutinum, vespertinum, meridianum, nocturnum. Nomina et Domini partium diei.*

§. 36. De temporibus diei p. 43. *Octo diei tempora, vigiliae, bihoria. Nomina Coptica, Arabica, Graeca, praepositi.*

§. 37. De Horis 24 diei p. 44. *Earum initium vulgare, sacrum, sacerdotale, astronomicum; Domini (Diepontes seu Horocratores) planetae.*

§. 38. De partibus Horae p. 46. *Semihorae, minutae, secundae earumque praepositi probabiles.*

§. 39. De Periodis p. 46. *Cycli varii, canicularis, zodiacalis, Apidis, Phoenicis, Hephaestites (30 ann.). Generatio. Septem vitae aetates, earum longitudo, nomina, Domini planetae. Fabula de regno Saturni a Joue successore deiecti ad primam periodum canicularem relata.*

§. 40. De Septenariis p. 47. *Spatia annorum nunc 7, nunc 49, nunc 63, planetarum dominio subiecta. Somnium Pharaonis. Hebdomas annorum. Androclas.*

§. 41. De Anno Magno p. 48. *Annus, qui dicitur, Magnus tot annis constat, post quot constellatio septem planetarum creatione mundi obtinens denuo redit. Variae veterum de longitudine huius temporis opiniones (9977, 10000, 18000, 36000, 100000, 300000 anni). Ἀποκατάστασις κοσμικη, ζωδιακη, ἁπαντων. Annus magnus constat cyclis septem planetarum inter se multiplicatis, ita vt summa minimum sit diuiduum pro circuitionibus singulorum planetarum. Quae periodus constat 215000 annis Julianis. Sin paullo accuratius computetur; septem planetae iterum simul iisdem in locis apparent post immensa demum spatia temporis, vel nunquam.*

§. 42. De technicis circa planetas p. 52. *Planetarum adspectus, coniunctio, oppositio, statio, recessus, combustio. Planetae diurni, nocturni. Anatachysis. Sexus planetarum.*

§. 43. De technicis circa Zodiacum p. 53. *Signorum adspectus platicus. Signa videntia, audientia, bicorporea, firma, tropica, cardinalia. Trigona dextra, sinistra. Antiscia. Synanatellonta.*

§. 44. De technicis circa Horoscopum p. 54. *Horoscopare, Mesuranema, Centra, Loca pigra, Dominus geniturae, Locus nuptialis.*

§. 45. De technicis circa tempora p. 55. *Dies Aegyptius, annus climactericus, Androclas, Chronocrator.*

§. 46. Obseruationes apotelesmaticae p. 55. *Astronomiae abusus. Astrologiae principia, capita primaria. Proprietates facultatesque planetarum et zodiacalium segmentorum verae et suppositiciae, naturales et spirituales. Catalogus eorum, quae veteres planetis singulis adscripserint.*

§. 47. Adtributa ♄ p. 56. *I. Vires et facultates ♄ peculiares. II. Facultates et affectus animi ad ♄ spectantes. III. Artificia, opificia, artes ♄ dicatae. IV. Euentus, actus, conditiones in rerum natura vitaque humana obuiae ad ♄ relatae. V. Catalogus rerum*

coelestium, terrestrium, animalium, vegetabilium, artefactorum, eorumque partium ac membrorum ♄ sacrorum, vel ♄ significantium secundum astrologos veteres.

§. 48. Adtributa ♃ p. 60. *I. Vires propriae. II. Animi facultates et affectus. III. Opificia et artes. IV. Euentus, actus, conditiones. V. Imperium et patrocinium.*

§. 49. Adtributa ♂ p. 61. *Vires propriae. Animi facultates et affectus. Opificia et artes. Euentus, actus, conditiones. Imperium et patrocinium.*

§. 50. Adtributa ☉ p. 63. *Vires propriae. Facultates et affectus animi. Opificia et artes. Euentus, actus, conditiones. Imperium et patrocinium.*

§. 51. Adtributa ♀ p. 64. *Vires propriae. Facultates et affectus animi. Opificia et artes. Euentus, actus, conditiones. Imperium et patrocinium.*

§. 52. Adtributa ☿ p. 65. *Catalogus rerum ipsi propriarum et sacrarum.*

§. 53. Adtributa ☽ p. 66. *Catalogus rerum ipsi adscriptarum eamque significantium, vt supra.*

§. 54. De affinitate planetariorum numinum p. 67. *Planetae similibus proprietatibus et facultatibus certa symbola astronomica habent communia ☉ et ☿, ☽ et ♀, ♄ et ♂, ♃ et ☉.*

§. 55. Conclusio p. 68. *Conspectus astronomiae Aegyptiacae technicae et apotelesmaticae. Capita et praecepta praecipua repetita.*

Pars II.

Pantheon Aegyptiorum astronomicum, siue Symbolice astronomico-hieroglyphica.

§. 1. Introductio p. 73. *Quibus symbolis Aegyptii astronomica exprimere potuerint. Jablonskii merita.*

§. 2. De principio hieroglyphices astronomicae p. 74. *Omnes Aegyptiorum Dii Deaeque et reliqua sacra ad astronomiam spectant. Veterum testimonia.*

§. 3. Argumenta contraria p. 77. *Religio veterum sublimior. Ratio mythologiae Graecae idealis. Indoles physica veterum religionum. Refutatio. Defensio Chaeremonis, sacerdotis Aegyptii.*

§. 4. Nomina mythologico-astronomica p. 80. *Varietas et frequentia maxima nominum et cognominum diuinorum ad astronomiam spectantium. Explicatio nominum astronomicorum XII mensium apud Aegyptios. Reges dynastiae I. apud Manethonem sunt Cabirorum nomina. Catalogus Deorum Dearumque Aegyptiorum cum indice locorum, quibus colerentur.*

§. 5. Animalia sacra aliaque symbola mythologico-astronomica p. 86. *Ratio cultus animalium. Varietas rerum sacrarum in Aegypto habitarum. Catalogi: I. quadrupedum lactantium; II. auium et insectorum volantium; III. amphibiorum, serpentium et insectorum reptilium; IV. piscium et conchyliorum; V. arborum et plantarum; VI. artefactorum rerumque particularium. Accedit index locorum, quibus colerentur secundum veteres.*

§. 6. Astronomica Aegypti Geographia p. 90. *Veterum testimonia. Labyrinthus imago Zodiaci. Significatio rerum apud Aegyptios sacrarum astronomica cognoscitur ex antiquae geographiae Aegyptiacae ratione. Inuentio Geographici Aegyptiaci ex aetate Sesostridis. Eius vsus.*

§. 7. De vbertate symbolices mythologico-astronomicae p. 96. *Licuit planetas atque numina zodiacalia peruariis symbolis significare, quippe rebus cuique sacris. Praeterea ☉ et ☽ iis quoque imaginibus et nominibus exprimuntur, quae conueniunt patronis segmentorum zodiacalium cum ☉ et ☽ tempore obseruationis coniunctorum. Veterum testimonia.*

§. 8. Nomina mythologico-astronomica masculina p. 97. *Ammon seu Amun. Antaeus* 98. *Anubis. Apis* 100. *Aphophis. Arsaphes. Artes* 101. *Arueris. Babys. Belus. Besa* 102. *Camephis. Canobus. Cneph* 103. *Esmun* 104. *Harpocrates* 105. *Horus* 106. *Jao* 108. *Icton* 109. *Imuthes. Macedo. Mandulis* 110. *Men. Mendes. Mneuis* 111. *Moloch. Nilus. Onuphis* 113. *Osiris. Paamyles* 115. *Pacis. Palmytes. Paytnuphis. Perseus* 116. *Petempamentes. Petensenes. Petensetes. Phruron. Phtha. Python* 118. *Serapis. Seth* 120. *Smy. Socharis. Tchonemyrus* 121. *Thoth. Typhon* 123. *Zom* 125.

§. 9. Nomina mythologico-astronomica feminina p. 127. *Praefatio. Ambo* 128. *Anucis. Aso. Athor* 129. *Athyri* 129. *Bubasis. Bubastis. Buto* 132. *Esenephis* 133. *Isis. Mene* 135. *Menuthis. Methuer. Muth. Neith* 136. *Nephthys* 137. *Satis* 138. *Sothis. Thermuthis* 139. *Thueris* 140. *Tithrambo. Typhi* 141.

§. 10—14. Animalium quadrupedum significatus p. 142. *Auxilia quaestionis. Veterum testimonia. Astrologicae rationes. Geographia Aegypti. Discrimen masculorum et femininorum.*

I. Quadrupeda lactantia p. 142. *Aper. Apis. Aries. Asinus* 143. *Camelus. Canis. Caper. Cercopithecus* 144. *Ceruus. Cuniculus. Cynocephalus. Dorcas. Elephas* 145. *Equus Felis* 146. *Gazella. Hinnulus. Hippopotamus* 147. *Ichneumon* 148. *Leo. Lepus* 149. *Lupus. Lutra* 150. *Mus. Araneus mus. Mustela* 151. *Oryx. Panthera* 152. *Rhinoceros. Simius. Sus* 153. *Talpa. Taurus. Vacca. Vespertilio* 155. *Vrsus. Vulpes.*

II. Aues et insecta volantia p. 155. *Accipiter. Anser* 156. *Aquila. Ardea. Ciconia. Columba* 157. *Coruus* 158. *Coturnix. Cucupha. Cygnus. Gallus* 159. *Grus. Hirundo. Ibis. Locusta* 160. *Musca. Noctua. Passer. Pauo. Pelecanus* 161. *Perdix. Phoenix. Picus. Scarabaeus. Struthio* 162. *Trochilus. Vespa. Vulpanser* 163. *Vultur.*

III. Amphibia, serpentes et insecta reptilia p. 164. *Araneus. Aspis. Basiliscus. Cneph* 165. *Crocodilus. Draco* 166. *Formica. Lacerta* 167. *Meisi. Rana. Scorpio. Serpens. Testudo* 168.

IV. Pisces et conchylia p. 168. *Anguilla. Carabus. Delphinus. Latus* 169. *Lepidotus. Maena. Maiota. Muraena. Oxyrynchus* 170. *Phagrus. Physa. Polypus. Scarus. Silurus* 171. *Stella marina.*

V. Arbores et plantae p. 171. *Acanthus. Allium. Aloe. Cedrus. Ficus* 172. *Granatum. Hedera* 173. *Ilex. Laurus. Lotus* 174. *Myrtus. Olea. Palma. Papyrus* 175. *Persea. Platanus. Querous. Scylla maritima* 176. *Sycomorus.*

VI. Varia artefacta et physicalia particularia p. 176. *Alae. Aratrum. Cadauer* 177. *Caduceus. Calceus. Cebus. Cerberus. Claustrum. Colores* 178. *niger, albus, rutilus, caeruleus, flauus, purpureus, rubescens, flauescens. Consonae variae* 179. *Corbis. Crux ansata. Discus. Domus. Falx. Fistula. Flagellum* 180. *Generationes septem. Gryps* 181. *Hydria canopica. Instrumenta opificum. Laqueus, Lunae falces. Lyra. Mare* 182. *Membra humana: auris, brachium, capillus, caput* 183, *cor, dentes, digitus, lingua, lumbi, manus, oculus, odoratus, os, pedes, phallus* 184, *supercilia. Metalla: aes, argentum, aurum, cuprum, ferrum, plumbum, stannum. Modius. Nilometrium* 185. *Obeliscus. Phiala. Pileus* 186. *Placenta. Pschent. Pyramis. Quadratum. Rota. Sal. Scala* 187. *Sceptrum. Sistrum. Situla. Soni musicos. Sphinx. Stela* 188. *Tuba. Vasa varia. Velum. Vocales septem* 189.

Conclusio p. 190. *Aegyptii planetas et numina Zodiacalia exprimere consueuerunt partim phonetica ratione, partim symbolica, nimirum rerum ac personarum sacrarum imaginibus.*

§. 15. Symbola ⊙ p. 191. *Conspectus symbolorum ⊙ ex superioribus collectorum. I. Nomina et cognomina. II. Simulacra et imagines. III. Animalia et vegetabilia. IV. Membra humana aliaeque corporis partes. V. Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

§. 16. Symbola ☽ p. 192. *I. Nomina et cognomina. II. Simulacra et imagines. III. Animalia et vegetabilia. IV. Membra aliaeque partes corporis humani. V. Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

§. 17. Symbola ☿ p. 193. *I. Nomina et cognomina. II. Simulacra et imagines. III. Animalia et vegetabilia. IV. Membra aliaeque partes corporis humani. V. Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

§. 18. Symbola ♀ p. 195. *I. Nomina et cognomina. II. Simulacra et imagines. III. Animalia et vegetabilia. IV. Membra aliaeque partes corporis humani. V. Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

§. 19. Symbola ♂ p. 196. *I. Nomina et cognomina. II. Simulacra et imagines. III. Animalia et vegetabilia. IV. Membra aliaeque partes corporis humani. V. Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

§. 20. Symbola ♃ p. 197. *I. Nomina et cognomina. II. Simulacra et imagines. III. Animalia et vegetabilia. IV. Membra aliaeque partes corporis humani. V. Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

§. 21. Symbola ♄ p. 198. *I. Nomina et cognomina. II. Simulacra et imagines. III. Animalia et vegetabilia. IV. Membra aliaeque partes corporis humani. V. Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

§. 22. Zodiacus Aegyptius in Museo Regio Taurinensi repertus p. 200. *Symbolice astronomico-hieroglyphica, quam Graeci, Latini aliique tradiderunt in superioribus, confirmatur inscriptionibus papyri zodiacalis Taurinensis. Inuentio et reparatio papyri* 201. *Explicatio* 203. *Dispositio Signorum seu Oecodespotarum triplex* 206.

§. 23. Conclusio p. 207. *Principia symbolices Aegyptiorum astronomico-hieroglyphicae. Varietas. Modus. Ratio.*

Pars III.

Obseruationes Aegyptiorum astronomicae hieroglyphice descriptae.

§. 1. Introductio p. 211. *Ad scripta Aegyptiorum astronomica intelligenda non sufficit cognitio astronomiae technicae antiquae atque symbolices astronomico-hieroglyphicae. Quaeritur etiam, quo modo planetarum loca indicauerint.*

§. 2. Obseruationes astronomicae, Thebis anno primo imperatoris Antonini factae, Graece descriptae p. 212. *I. Lectio et reparatio textus. II. Adnotationes* 214. *Computatio temporis* 216. *IV. Consequentiae* 219. *Summa regularum, secundum quas Aegyptii longitudinem planetarum consignauerint.*

§. 3. Sphaera Aegyptiaca in Museo Parisino reperta atque nauiculae astronomicae p. 222. *Nauium in monumentis astronomicis obuiarum significatio.*

§. 4. Ordo I. obseruationum astronomicarum a veteribus Aegyptiis descriptarum. Specimen I. Zodiacus Tentyriticus p. 223. *I. Introductio. Natura huius ordinis. Historia monumenti. Sententiae de argumento inscriptionum. II. Explicatio* 224. *Praefiniuntur leges interpretationis. Loca* ☉ ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄ *indicata* 229. *Catalogus locorum* 234. *III. Computatio temporis* 237. *Neronis natiuitas (37 p. Ch.)* 239. *IV. Conclusio* 240. *Catalogus symbolorum astronomicorum ibi adhibitorum. Conuenientia cum veterum testimoniis.*

§. 5. Specimen II. ordinis I. Sarcophagus regis Sethi, vulgo Alexandri M., Londini in Museo

Britannico asseruatus p. 243. *I. Introductio. Historia monumenti. II. Explicatio* 244. *Leges interpretationis praefiniuntur* 245. *Longitudo planetarum indicata* 246. *III. Computatio temporis* 250. *Catalogus locorum planetis adscriptorum. IV. Conclusio* 253. *Natiuitas Sethi (*1631 *a. Ch.). Catalogus symbolorum astronomicorum ibi adhibitorum* 254. *Conuenientia cum superioribus.*

§. 6. Specimen III. ordinis I. Sarcophagus Ramessis Meiamun in Museo R. Parisino p. 258. *I. Introductio. Ratio et historia monumenti* 258. *II. Explicatio inscriptionum* 259. *Leges interpretandi praefinitae. Loca planetarum indicatae* 260. *III. Computatio temporis* 264. *Conspectus locorum a planetis occupatorum. Constellationis tempus* 266. *Natiuitas Ramsis (*1693 *a. Ch.). IV. Conclusio* 266. *Catalogus symbolorum astronomicorum ibi obuiorum* 267. *Alia monumenta astronomica huius ordinis* 269.

§. 7. Ordo II. scriptorum astronomicorum. Specimen I. Monolithus Amosis in Museo R. Parisino p. 270. *I. Introductio. Ratio huius ordinis inscriptionum. Historia Monolithi. Impressio papyracea. Descriptio rationis, qua inscriptionum impressiones papyraceae capiantur* 271. *II. Explicatio inscriptionum* 271. *Signorum dispositio* 273. *Praefiniuntur leges, quibus planetarum loca inueniantur* 275. *Longitudo planetarum* 277. *III. Computatio temporis* 279. *Conspectus Signorum* 279. *Conspectus locorum planetarum* 280. *Constellationis tempus (*1832 *a. Ch.)* 283. *IV. Conclusio* 283. *Conuenientia hieroglyphices astronomicae supra inuentae cum ea, quae in Monolitho reperitur* 283. *Conspectus symbolorum astronomicorum* 285—287.

§. 8. Ordinis II. Specimen II. Mensa Isiaca, siue Tabula Bembina p. 287. *I. Introductio. Historia monumenti. Variae de indole eius sententiae Pignorii, Guilandini, Kircheri, Herwarti, Jablonskii, Rudbekii, Caylusii, Champollionis, aliorum* 288. *II. Explicatio. Leges interpretationis praefinitae* 290. *Signorum XII. dispositio* 291. *Planetarum loca vniuerse indicata* 293. *Trigona et Tetragona* 295. *Signa transposita* 297. *Conspectus Signorum* 299. *Planetarum longitudo accuratius indicata* 300. *III. Computatio temporis* 302. *Conspectus locorum planetarum. Constellationis tempus* 307. *IV. Conclusio* 307. *Natiuitas Traiani (*54 *p. Ch.). Nomina imperatoris, vxoris et filiae in Tabula notantur* 308. *Conspectus symbolorum astronomicorum adhibitorum* 309. *Aliae huius ordinis inscriptiones* 312.

§. 9. Ordo III. obseruationum astronomicarum. Papyrus funeralis in Museo d'Hermandi asseruatus p. 313. *I. Introductio. Ordinis huius ratio. Descriptio papyri. II. Explicatio* 313. *Leges interpretationis praefinitae. Planetarum longitudo* 314. *Computatio temporis* 318. *Conspectus locorum planetarum. Constellationis annus et dies (*1104 *a. Ch.)* 321. *IV. Conclusio* 321. *Conspectus symbolorum astronomicorum. Aliae huius ordinis inscriptiones* 323.

§. 10. Ordo IV. scriptorum astronomicorum. Specimen papyri d'Hermandi p. 323. *Huius ordinis natura atque alia specimina.*

Corollarium I. p. 325. *Summa legum ac regularum, quibus explicatio inscriptionum astronomicarum Tabb. II–IX. atque omnium his similium nitatur in vniuersum. Explicatio tentata confirmatur euentu* 332.

Corollarium II. p. 333. *Frequentia monumentorum astronomicorum apud Aegyptios maxima, partim in Aegypto, partim in Museis Europaeis. Index monumentorum.*

Corollarium III. p. 335. *De grauitate et vsu astronomiae Aegyptiacae in vniuersum.*

Corollarium IV. p. 335. *Emendatio omnis Chronologiae antiquae, inprimis Aegyptiacae. Epocha Exodi correcta* 337. *Belli Troiani finis* 340. *Tabula chronologica* 342.

Corollarium V. p. 343. *Incrementa historiae praecipue Aegyptiacae. Annus Diluuii* 343. *Diluuium generale* 346. *Aetas vera regum* 347. *Artium historia* 348.

Corollarium VI. p. 348. *Ratio mythologiae veterum gentium mutanda. Principium mythologiae astrologicum* (349), *Aegyptiacae, hinc Graecae* (350), *Indicae* (351) *et reliquorum. Historia religionum gentilium* 352.

Corollarium VII. p. 354. *Noua philologiae, praesertim Aegyptiacae auxilia. Innumeri veterum scriptorum loci rectius explicandi. Horapollo. Aegyptiorum scripta* 355. *Geographia antiqua. Inscriptiones cuneaformes* 356. *Sepulcra Etrusca haud dubie astronomica continent.*

Corollarium VIII. p. 356. *Incrementa exegeseos V. T. Antiquaria V. T. pars. Idololatria Judaica* 357. *Manethonis dynastiae ab Adamo numeratae. Terra Gosen* 358. *Authentia Geneseos vocabulis Jehoua et Elohim vindicata.*

Corollarium IX. p. 359. *Astronomiae et Cosmologiae correctio. Praestantia monumentorum astronomicorum Aegyptiorum. Quaestiones cosmologicae* 360. *Constantia systematis solaris nostri vindicata. Comparatio locorum antiquitus obseruatorum (Tab. II—IX.) cum computis accuratioribus* 361. *Constellationes obseruabantur, quum planeta primarius in ♈ versaretur* 362. *Turbationes* ♀. *Acceleratio* ☽ 363. *Turbationes* ☿ *et* ♀. *Retardatio* ♂ 354. *Periodi* ♃ *et* ♄.

Corollarium X. p. 365. *Verum principium hieroglyphices atque omnis literaturae antiquissimae. Systemata hieroglyphica. Principium hieroglyphices Youngii, Champollionis et auctoris. Confirmatio inuentorum vltimo loco dictorum* 366. *Principium hieroglyphices astrologicum* 367. *Papyri Lugdunensis suffragia* 369. *Schema alphabeti antiqui* 370. *Confirmatio huius principii per: I. hieroglyphica vulgaria* 371; *II. hieroglyphica ambigua* 373; *III. symphonica* 374; *Idem principium valet in Hebraico alphabeto* 375, *atque omnium haud dubie populorum in literatura* 378.

Pars IV.

Lexicon astronomico-hieroglyphicum.

Sectio I. p. 381. *Symbola planetarum* (☉ ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄) *atque dominorum zodiacalium.*

Sectio II. p. 405. *Hemisphaeria, Trientes, Quadrantes, Signa, Trigona, Tetragona, Hexagona, Decuriae, Dodecatemoria, Gradus.*

Index vniuersalis. . . . . p. 449.

Tab. I. *Omnes Zodiaci diuisiones a veteribus commemoratae cum dominis suis.*

Tab. II. *Sphaera coelestis de papyro Parisina. Zodiacus Taurinensis sphaerice. Geographicum Aegypti Taurinense.*

Tab. III. *Facsimile papyri zodiacalis Taurinensis.*

Tab. IV. *Zodiacus Tentyriticus secundum Description de l'Egypte ratione lineari.*

Tab. V. a. b. *Sarcophagi Sethici inscriptiones astronomicae secundum Jomardum.*

Tab. VI. *Ramessis Sarcophagus Parisinus secundum impressiones papyraceas.*

Tab. VII. *Monolithus Amosis Parisinus ad impressiones papyraceas.*

Tab. VIII. *Tabula Isiaca ad exemplum Pignorii accurate delineata.*

Tab. IX. *Papyrus d'Hermandi secundum Description de l'Egypte breui manu descripta.*

Tabula Tituli. *Specimen papyri satyricae in Museo R. Taurinensi in breue contractum, colorate.*

BEITRAEGE ZUR KENNTNISS

DER

LITERATUR, KUNST, MYTHOLOGIE

UND

GESCHICHTE

DES ALTEN AEGYPTEN

VON

GUSTAV SEYFFARTH,

MAG. D. FR. K., DOCT. D. PHIL., A. PROF. D. ARCHAEOL. A. D. UNIV. LEIPZIG, COR. MITGL. D. KOENIGL. ACAD. D. W. ZU TURIN, AUSW. MITGL. D. KOENIGL. ASIAT. GESELLSCH. ZU LONDON, OR. MITGL. D. DEUTSCH. GESELLSCH. Z. ERFORSCH. VATERL. SPR. U. ALTERTH., D. HIST. THEOL. GESELLSCH., D. OECON. SOCIETAET, DER NAT. HIST. GESELLSCH. ZU LEIPZIG.

ZWEITES HEFT.

MIT

1 LITHOGRAPHISCHEN TAFEL.

LEIPZIG

VERLAG VON JOH. AMBROS. BARTH.

1833.

PARS I.

ASTRONOMIA AEGYPTIORUM

MATHEMATICA ET APOTELESMATICA

ACCEDIT

TABULA I LITHOGRAPHICA.

Stellarum (*planetarum*) ducatus (*possessiones zodiacales, terrestres, temporales, spirituales*) explicabimus, vt nihil, quod ad hanc diuinam Matheseos disciplinam attinet, a nobis praetermissum esse videatur.

FIRMICUS ASTRON. LIB. I. CAP. X.

§. 1.

Introductio.

Quum reminiscimur, vti constat, astronomiam in Aegypto ab antiquissimis inde temporibus cultam, vniuerse vsitatam scriptisque variis celebratam fuisse; tum monumenta Aegyptiorum fere innumera, eaque ad astronomiam maxima ex parte aptissima, etiamnum exstare: sponte quasi in animum nobis venit augurari, inter tot templorum, sacellorum, obeliscorum, sarcophagorum, stelarum, papyrorum aliarumque rerum inscriptiones non esse paucas, quibus obseruationes, vt vulgo dicuntur, astronomicae contineantur atque Aegyptiaca ratione tradantur.

Si veteres audimus, astronomia iam primis post diluuium hominibus adeo cognita fuit, vt saltem planetarum loca accuratius discernere et significare possent. Traditio enim fuit apud Aegyptios, astronomiae inuentorem primumque doctorem fuisse deum antiquissimum, Seth, Syth, Soth, Set, Tet, Toth, Thoth, Thouth, Theuth, siue Hermam, Mercurium, Anubidem, Aesculapium, quem veteres non solum, sed recentiores quoque permulti non inepte compararunt cum Setho, Adami filio [1]). Aliis placuit, Chamo, gentis Chamicae, siue Aegyptiacae propatori, Noachi filio, adscribere huius disciplinae originem [2]). Teste Herodoto aliisque, Zodiacus ortus suasque in partes diuisus fuit nunc annis 10,000 ante Augustum, nunc 17,000 ante Amosin, progenitorem regum Aegyptiacorum dynastiae decimae octauae, nunc prius; atque obseruationes astronomicae Aegyptiorum et, qui ab iis docti creduntur, Babyloniorum Chaldaeorumque coeperunt nunc anno 1487 ante Nabonassarem, nunc 400,000 ante Leonem Thracem, nunc 473,000 ante Alexandrum Magnum [3]). Etsi in his numeris modum excedentibus, vt inter criticos sanos constat, cycli astronomici, vel cyclorum computationes latent; id saltem inde elucet, astronomiam antiquissimis temporibus in Aegypto cognitam fuisse, quemadmodum ipsa Scriptura Sacra docet [4]). Israelitae enim, quum ex

1) Plato Phaed. p. 1240. Diodor. Sic. Lib. I. p. 10. b. Jul. Firmicus Mat. Praefat. L. III. p. 45. Bas. 1551. Praef. L. IV. Manilius Astron. L. I. v. 33. Schol. Apoll. L. I. v. 917. Arnob. L. II. p. 92. Joh. Cassian. Coll. VIII. c. 21. Marshami Can. Chronol. L. I. p. 30. 34. 39. Ideler Chronol. I. p. 126. al.

2) Joseph. Antiquit. L. I. c. 2. 9. 10. Joh. Cass. Coll. VIII. c. 21. al. Anon. ap. Suid. p. 145. v. ἄστρον. Ammian. Marc. L. XXII. p. 250. Martian. Cap. Sat. L. VIII. p. 274. Manetho Apotel. L. V. v. 2. 3.

3) Herodot. L. II. 43. 47. 145. Diodor. Sic. L. III. p. 83, d. Simplic. L. II. d. Coel. c. 46. Lucianus de Sacrific. Op. T. II. pag. 358. Martian. Cap. Satyr. L. VIII. p. 274. Conf. Herod. II. 82. 109. Clemens A. Strom. L. I. p. 306. Diog. Laert. vit. Pyth. p. 216. Dio Cass. L. 36. p. 37. d. Strabo L. 17. p. 1160. 1171. Diodor. Sic L. 1. c. 50. 81. p. 10. 24. 50. Achill. Tat. in Petau. Vran. p. 121. Plin. L. 30. c. 1. Macrob. Sat. L. 1. c. 14. 9.

4) Marsham Chronic. p. 505. Zoega de Obel. p. 505. Ideler Chronol. I. p. 191. Syncell. p. 41. Ven.

Aegypto egressi essent, iterum iterumque in idololatriam illam astronomicam reciderunt, quam apud Aegyptios vita vsuque didicerant, quamque coercere et abrogare Moses debuit ex mandato divino [5]). Astra, στρατια του οὐρανου, quae illi coluerunt, deorumque simulacra, quae sibi effinxerunt, non sunt nisi planetae et Zodiaci signa diuino honore in Aegypto culta. Huc spectant praecepta a Mose tradita de vno Deo Zebaoth, astrorum domino, colendo; de fugiendis deastris, idolis, animalibus, quae, vt infra docebitur, symbola sunt siderum; de comedendis bestiis, quae, quum numina astronomica mala significarent, Aegyptiis prohibitae essent, praeter suem Saturno, siue Typhoni sacrum [6]). Caeterum his consentiunt alia permulta, veluti illud, quod, vt Seneca tradit, iam 1500 annis ante Christum subtilior astronomiae cognitio, quippe Aegyptiaca, obtinuit in Graecia [7]); quod, teste Diodoro, in sepulcro Osimandis, breue tempus post Mosem exstructo, Zodiacus, quem postea Cambyses abstulit, pretiosissimus et elegantissimus, exstitit [8]); quod regnante Asetho, vt Syncellus refert, qua aetate Moses dicitur natus, ex anno 360 dierum solaris annus diebus 365 constans ortus est [9]). Haec omnia enim locum non habuissent, astronomia ignota (Her. II. 4.). Quare nemo facile dubitauerit, quin astronomia, quandocunque inuenta, certe nonnullis ante Mosem saeculis in Aegypto vsu venerit ac floruerit.

Astronomiam vero in Aegypto maxime solemnem fuisse, vix opus est demonstrare. Inter omnes enim constat, Aegyptum vt astronomiae, ita astrologiae patriam ac palaestram fuisse [10]). Quoties ex planetarum constellationibus fata hominum futura praesagienda et praedicenda essent, in quo versatur astrologia; toties ad astronomiam conferre se debebant huius disciplinae periti ac professores. Quum astra humanam conditionem regere crederentur; omnis praesagitio ab eo pendebat, vt quam accuratissime cerneretur et definiretur, quo zodiaci in signo quibusque signorum in partibus et Sol, et Luna, et Saturnus, et Jupiter et reliqui planetae apparerent, praecipue eo temporis momento, quo proles humana in lucem progigneretur. Etsi non constat, an omnibus in genituris astra in Aegypto obseruari consueuerint; id tamen frequentissime accidisse, multis argumentis euincitur. Astrologia enim pariter atque astronomia ab Herma in Aegypto propagata et divulgata dicitur, qui deus antiquissimus, etsi differt, vt nonnulli voluerunt, ab Herma illo trismegisto, astronomiae autore, illo tamen non multo iunior putandus est, atque diserte veteres tradunt, astrologiam per totam Aegyptum antiquitus in vsu fuisse [11]). Huc accedit, quod in omnibus fere templis Aegyptiacis sacerdotes singulares constituti fuerunt, qui astronomiam et astrologiam factitarent; quod integra et nobilissima collegia astronomica in Aegypto, Heliopoli praecipue

---

5) Vid. Actor. cap. VII. ver. 42. Jos. XXIV. 14. Ezech. XX. 7. 8. 25. XXIII. 3. 8. Amos. V. 25. 26. Job. XXX. 26. 27. 1 Reg. XVII. 16. 2 Reg. XXIII. 5. Exod. VIII. 25. 26. Jer. XLIV. 17. VII. 18. col. Vitring. Observ. S. L. II. c. I.

6) Vid. Ex. XX. 4. Deuteron. c. IV. 16. VII. 26. Lev. XVII. 7. XXVI. 1. al.

7) Seneca Quaest. Nat. VII. 25. Nondum sunt anni, inquit, 1500, ex quo Graecia stellis numeros et nomina fecit.

8) Diodor. Sic. Lib. I. p. 32. b.

9) Georg. Syncell. Chron. pag. 123. Par. pag. 98. Ven.

10) Herodot. II. 82. Anon. ap. Suid. p. 145. voc. ἄστρον. Firmicus L. III. p. 112. Praefat. Lib. IV. V.

11) Manetho ap. Syncell. p. 40. b. c. Joseph. Ant. Jud. L. I. c. II. §. 3. Joh. Cass. Coll. VIII. c. 21. Proc. in Tim. Plat. L. I. p. 31. p. 26. Plin. L. 30. c. I.

atque Thebis floruerunt, quibus ab antiquissimis inde temporibus harum disciplinarum studiosi docerentur et erudirentur; quod obseruationes astrologicae non solum principum virorumque historia celebratorum, sed priuatorum quoque et hominum ignobilium gratia institutae reperiuntur [12]). Ceterum astronomia non solum astrologiae, sed etiam, quod grauissimum est, historiae seruiuit. Diserte enim traditur, Aegyptios, quum res grauioris momenti euenirent, astra obseruasse earumque memoriam astronomice notasse, de quo infra dicendum. Qua de re dubitari nequit, quin astronomicae obseruationes in Aegypto frequentissime locum habuerint, coelo serenissimo adiuvante, vbi, si veteres audimus, per duo certe annorum millia, quotidie 900 homines nati sunt historiaeque epochae quam plurimae eaeque grauissimae astronomice definiri debuerunt.

Denique facile probatur, Aegyptiorum astronomiam atque obseruationes astronomicas non suppressas et inscriptas mansisse, sed literis conceptas scriptisque celebratas fuisse. Notum enim est, scripturam Aegyptiorum esse antiquissimam et, vt tradunt veteres, ab eodem Thoutho cum astronomia aliisque disciplinis inuentam. Ceterum per se claret, nullum argumentum literis sacris dignius fuisse, quam astrologicum, quippe quod Aegyptii ad religionem deosque suos referrent et placitis deorum constare dicerent [13]). Reuera in catalogo scriptorum Hermeticorum recensentur quatuor libri astronomici, vnus de ordine stellarum inerrantium, alius de ortu stellarum fixarum, alius de coitu et illuminatione solis et lunae, alius de planetis, liber singularis de ordine solis lunaeque et de quinque planetis cum cosmographia [14]). Alios vel eosdem libros Hermae, Anubidis, atque Aesculapii commemorant astronomi veteres, atque opera astrologica, quae rex Necepsus, vel Necheus, sacerdos Petosiris, Manetho aliique reliquerunt, tanta auctoritate fuerunt, vt vel post Ptolemaeum, Eratosthenem, Hipparchum, aliosque astronomos excellentissimos adhuc adhiberentur [15]). Quid dicam de eo, quod iam quinque monumenta astronomica in Aegypto reperta sunt, scilicet quinque Zodiaci, duo in templis Tentyriticis, duo in templis Latopolitanis, vnus prope Thebas in sepulcris regum [16])? Ipsas vero etiam obseruationes astronomicas ab Aegyptiis consignatas et posteritati traditas fuisse, certissimum est. *Aegyptii*, inquit Diodorus Siculus, *quippe qui ab antiquissimis temporibus astrorum loca et motus accuratissime obseruarunt, conseruant obseruationes astronomicas de omnibus ac singulis planetis factas per innumeras fere annorum series* [17]). Constat etiam, Graecos ex obseruationibus Aegyptiacis, quas inuenirent et consulerent, eruisse praecepta astronomica, praecipue ea, quae nonnisi obseruationibus antiquissimis confirmari

---

12) Clemens Alex. Strom. L. VI. c. 4. p. 757. Diodor. Sic. Lib. I. 46. Strabo L. 17. p. 561. 554. Jul. Firmic. Mat. Lib. VI. cap. 26. pag. 166. seq. Young Hieroglyphics Vol. II. Tab. 52. Vid. infra Part. III. huius operis §. 1.

13) Vid. Rudimenta mea Hieroglyphices pag. 15. §. 8. not. Schol. Sophocl. Elect. v. 722. p. 56. Cant. Joseph. Ant. Jud. L. I. c. II. §. 3.

14) Clemens Al. Lib. VI. c. 4. pag. 757. Vid. Marsham. Canon. pag. 241. Zoega de Obel. pag. 508.

15) Jul. Firmic. Mat. Praef. L. III. L. IV. L. V. L. IV. c. 16. L. VIII. c. 1. c. 3. c. 5. Plin. L. II. c. 23. VII. c. 49. Proclus Tetrabib. Ptol. L. III. p. 111. 194. Athenaeus Deipn. L. III. p. 114. Young Hieroglyph. Tab. 52. Vid. infra Part. III. §. 1.

16) Vid. Description de l'Egypte Vol. I. Pl. 79. 87. Vol. II. Pl. 82. Vol. IV. Pl. 19. 22.

17) Diodor. Sic. Lib. I. cap. 81. 83. *τας περι ἑκαστων ἀστρων ἀναγραφας ἐξ ἐτων ἀπιστων τῳ πληθει φυλαττουσιν.* Col. Herod. II. 82. *φυλαττουσι γραφομενοι τὠποβαιον τερατων γενομενων.*

possunt [18]). Neque repetamus, libellum astrologicum, scilicet papyrum funeralem, Graece scriptam, cum obseruationibus de septem planetarum locis et positionibus, in sepulcro Thebano, haud dubie mumiae in fasciis, a Saltio iamiam inuentum esse. Ceterum, Aegyptios obseruationes astronomicas non solum astrologiae causa, sed etiam historiae in gratiam conseruasse, veteres haud obscure tradunt. Diserte enim dicit Manetho, Aegyptios decreta astrorum, vt ait, saxis, siue obeliscis et stelis et aliis monumentis lapideis, inscripsisse literis hieroglyphicis [19]). Decreta quidem, *προνοιαι* astrorum sunt omnia ea, quae ex positione planetarum certo quodam tempore obseruata colliguntur, quorum grauissima ad epochas anni Aegyptiorum magni chronologiamque spectant, vt infra videbimus. Ex indice enim locorum a planetis Aegyptiacis certo tempore occupatorum statim cognoscitur obseruationis tempus, qua de re eiusmodi obseruationes astronomicae chronologiae inseruiunt. Cuius generis stelas cipposque astronomicos, qui partim per totum Aegyptum erecti essent, partim in speluncis, hypogeis, catacombis, sepulcris aliisque in locis láterent, commemorant Diodorus, Josephus, Galenus, Achilles Tatius, Martianus Capella aliique permulti [20]). Cum his stelis chronologicis arctissime coniunguntur a veteribus stelae historicae, quibus res gestae et quidquid memoria dignum eueniret in Aegypto literis hieroglyphicis conscriberetur atque posteritati traderetur [21]). Vtriusque generis stelas Manetho dictus, sacerdos Sebennyticus, vidit et examinavit haud dubie plurimas. Ipse enim testatur, se historiam suam Aegyptiacam ex libris et stelis hausisse, quae obseruationes et astronomicas et historicas continerent [22]). Quid? quod Josephus refert, columnis illis Sethicis simul et astronomica et historica inscripta fuisse [23]). Itaque harum stelarum aliorumue monumentorum astronomico-historicorum tanta fuit adhuc copia in Aegypto regnante Ptolemaeo Philadelpho (an 250 a. Ch.), vt Manetho inde integram suam et historiam et

---

18) Sic fertur Hipparchus (Ptolem. L. IV. c. vlt. p. 104.) obseruationes astronomicas Babyloniorum antiquissimas ad *ψηφοφοριαν* Aegyptiam accommodasse. Conf. Simplicius de Coelo L. II. c. 46. p. 123. lin. 18.

19) Manetho Apoteles. Lib. V. v. 2. 3. Hausisse se dicit *ἐξ στηλων, ἃς Ἑρμης οὐρανιων ἀστρων ἰδιαις ἐχαραξε προνοιαις, συμβουλον πινυτης σοφιας Ἀσκληπιον εὑρων.*

20) Diodor. Sic. Lib. V. c. 46. p. 368, vbi *πραξεις οὐρανου, διος, ἀρτεμιδος, ἀπολλωνος* et ceterorum sunt observationes astronomicae. Flauius Jos. ant. Jud. L. I. c. 2. §. 3. p. II. T. I. Amst., Diodor. S. loc. 1. p. 1173. Galen. adu. Julianum c. 1. p. 370. P., Achilles Tatius ap. Petau. Vran. p. 121. Mart. Capell. L. II. p. 35. Grot., vbi deorum stemmata sunt planetarum et zodiaci symbola. Joh. Sarisberiens. Metalog. L. II. p. 35. Euseb. Praep. Eu. L. I. c. IX. p. 31. 32. Johan. Cassian. Col. VIII. p. 21.

21) Plato in Tim. Tom. III. p. 22. 23. Par. Steph., Syncell. p. 40. Par., Melampus Hierogr. de diuinat. in Aelian. fol. 105. Rom., Diodor. S. L. I. c. 20. p. 23., Plin. L. VI. c. 28. T. I. p. 337. c. 29. p. 342. Chrysost. orat. XI. p. 161. Par. 1604., Aelius Aristides orat. Aeg. p. 360. Ox. Hermes trism. ap. Patric. f. 4. Proclus in Tim. Plat. L. I. p. 31. Bas. Schol. in Soph. El. v. 722. Stelae sunt, inquit, lapides formae quadratae, in quibus res memoratu dignae inscribuntur.

22) Manetho apotelesm. L. V. v. 1. p. 88. Gron., vbi *προνοιαι οὐρανιων ἀστρων* sunt obseruationes astronomicae, atque *δωρημματα μουσης ἀνθολογου* historicas significant. Col. Syncell. p. 40. Par., vbi *στηλαι ἐν τῃ σηριαδικῃ γῃ* (al. *σιριαδι, συριγγικῃ*) esse videntur stelae hypogeorum Thebanorum. Conf. ϫⲏⲣⲓ stele, vel ϫⲣⲏ effodere, effossio, cauerna, et ⲛ̀ⲕⲁϩⲓ *γαια* terra, vel ⲓⲟϩⲓ ager. Certe cum his cohaeret vocab. *συριγγος*, hypogeum significans. Sin ⲩⲕ, vt Josephus c. Ap. L. I. p. 2039. tradit, regem significauit; illud *Συριγξ* deriuari videtur a vocabulis ϫⲣⲏ sepulcrum et ⲛ̀ⲩⲕ rex. Quo facto plane conuenit cum nomine seriori eiusdem loci, *Biban-el Moluk*, sepulcra regum.

23) Fl. Jos. ant. Jud. L. 1. c. 2. §. 3. p. 11. *ἱνα στηλη μαθειν τοις ἀνθρωποις τα ἐγγεγραμμενα* scil. astronomica et historica.

chronologiam conscribere posset. Quibus ex locis iam clarum esse puto, Aegyptios instar gentium cum iis cognatarum obseruationes suas astronomicas non suppressisse, sed literis significasse posterisque tradidisse monumentis suis hieroplyphicis.

Ceterum monumenta antiquitatis Aegyptiacae, quae ad nostram aetatem peruenerunt, multo sunt numerosiora, quam vulgo putatur. Exstant enim etiamnum per totam Aegyptum templa permulta eorumue parietes cum inscriptionibus innumeris; reperiuntur obelisci, statuae stelaeque frequentissime; patent hypogea longissima et amplissima multa cum inscriptionibus fere innumeris, atque in saxis ad ripas Nili titulorum hieroglyphicorum exstant millia, maxime inter Thebas et Philarum insulam, vbi vno quasi tenore inuicem se excipiunt. In Museis autem Europaeis tam multi conseruantur sarcophagi mumiarumque cistae, obelisci, stelae cippique, statuae, papyri aliaque eiusdem generis monumenta, vt vix cedant numero Aegyptiacis. De his quidem monumentis et Aegyptiacis et Europaeis, quorum fere decem millia numerantur, longe plurima ita comparata sunt, vt Aegyptii obseruationes astronomicas in iis consignare atque ante oculos ponere potuerint ac debuerint.

Quum ergo recolligimus, partim ab antiquissimis inde temporibus vsque ad interitum rerum suarum regnante Constantino M. perfectum Aegyptios et vbique locorum et centies quouis die instituisse obseruationes astronomicas easque hieroglyphice consignatas posteritati conseruasse; partim monumenta Aegyptiaca fere innumera, eaque maxima ex parte astronomiae conuenientia ab antiquissimis inde temporibus ad hunc vsque diem conseruata esse: non ineptum sane et absonum videtur, tum ponere, multa adhuc exstare monumenta Aegyptiorum veterum astronomica hieroglyphica; tum, quaenam sint, quoue modo intelligantur, accuratius iamiam disquirere.

---

§. 2.

De grauitate obseruationum astronomicarum veterum.

Vereor, ne paucissimi satis perspectum habeant, quanti momenti sit, nouas in astrorum obseruationes, potissimum antiquissimas et numerosissimas incidere. Newton, vir summus, nunquam satis laudandus, cuius ingenium sagacissimum nihil fere, quod ad verum inueniendum facere posset, effugit; Newton haec adeo perspexit, vt totam Chronologiam et historiam astronomia componere et corrigere posse crederet [24]). Nemo enim nescit, quam imperfecta et incerta sit non vnius populi, sed omnium gentium chronologia et historia antiquior, maxime antiquissima. Quamquam tum veteres, tum recentiores summam operam in eo posuerunt, vt hominum nobilissimorum et celebratissimorum aetatem definirent rerumque gestarum epochas eruerunt, inter se compararent atque ad verum tempus reuocarent; nullum tamen fere exstitit chronologiae historiaeque argumentum, de quo non diuersas in partes abierint chronologi, quod non diuersissimis temporibus adscriptum sit. Non enim agitur de diebus, aut mensibus, aut annis; sed de decenniis, saeculis et mille adeo annorum spatiis. Quomodo vero historia constare potest, quoue modo tot gentium

---

24) Vid. Newton Chronologia reformata. Non huius est loci demonstrare, quatenus id Newtonio successerit, nec ne.

facta et fata inter se comparari possunt in tanta chronologiae fragilitate et peruersitate? Neque hoc mirum est. Etenim omnes nationes annos numerarunt ad regum suorum regna, nec nisi tam diu, quam diu vigerent rerum suarum status. Praeterea multorum populorum libri aut plane interierunt, aut parum iuuare valent chronologiam. Quantum vero autorum incuriae librariorumque negligentiae dandum sit, nunc vix definiri potest. Vix duo codices inueniuntur, quibus eadem numerorum signa reperiantur. Quid? quod codex sacer V. T. longissime differt a versione LXX. Quae quum sentiret Newton, ad astronomiam confugiendum esse acutissime censuit. Nihil enim certius est obseruationibus astronomicis cum historiae euentibus coniunctis, quorum tempus non solum accuratissime, sed etiam certissime pro nostris auxiliis astronomicis computari potest. Sed quae Newton aliique ad chronologiam historiamque corrigendam contulerunt ex astronomia, ea, vt profiteri debemus, minoris sunt momenti. Etenim obseruationes astronomicae, ad euentus quosdam historicos reuocatae, admodum rarae in veterum scriptis reperiuntur, passim obiter et negligenter commemorantur, neque tempora ipsa attingunt antiquissima. Ceterum, quae veteres de planetis suis obseruarunt, ea omnia fere ad singulos planetas, siue ad eclipses solis lunaeque, siue ad coniunctiones planetarum cum stellis fixis, pertinent, neque vero ad plures vel omnes planetas simul; cuius generis obseruationes admittunt longe certiores computationes chronologicas. Qua de re non mirari licet, Newtonium his in lucubrationibus chronologicis astronomia fretis nonnunquam vere inepta et ab omni probabilitate aliena inuenisse. Hoc certe concedendum est, ad chronologiam maxime antiquiorem stabiliendam omnes vias tentatas, omnes fontes exhaustos et exantlatos esse; neque vero vel nunc satis constare de epochis chronologiae antiquioris grauissimis. Etiamnum enim dissensus est de aetate Mosis, de exitu Israelitarum ex Aegypto, de regno Salomonis, de bello Troiano, de Memnonis, Sesostris, Homeri, atque sexcentorum principum rerumque gestarum epochis non solum apud Aegyptios, sed omnes fere gentes paullo antiquiores Alexandro Magno. In tanta chronologiae et historiae obscuritate ac fluctuatione vix aliquid exoptatius et desideratius accidere posset, quam inuenire obseruationes astronomicas plurimas easque antiquissimas. Scilicet obseruationes astronomicae Aegyptiacae, vt ex papyro Saltiana dicta apparet (Part. III. §. 1.), id habent peculiare, quod, siue astrologiae, siue historiae gratia, non vnius planetae, sed plurium vel omnium, scilicet Solis, Lunae, Saturni, Jouis, Martis, Veneris et Mercurii, loca certo quodam tempore simul ab iis occupata indicant et exhibent. Inter omnes autem constat, qui astronomiae aliquam operam nauarunt, septem illos planetas, quos Aegyptii vocarunt, per totam historiam semel tantum simul eadem Zodiaci loca occupare. Per totam historiam nullus exstitit dies, nulla hora, qua Sol, Luna, Saturnus, Jupiter, Mars et reliqui planetae iterum continerentur Zodiaci in gradibus iisdem, atque accidit, exempli gratia, Amosis aut Ramessis natali; neque per totam historiam vllum temporis momentum afferri potest, quo eadem fuerit planetarum longitudo atque hodie hacue hora obseruatur. Haec enim est ratio et natura anni, quem Aegyptii veteres dixerunt, planetaris vel magni. Quem annum Aegyptii quidem nonnisi 9966 vel 9977 annis Aegyptiacis constare putarunt; est autem longe amplior [25]). Cyclus

25) Sextus Empiricus adu. Astr. L. V. c. 105. p. 355. Fabric. dicit: *μεγας ἐνιαυτος δι' ἐννεακισχιλιων ἐννεακοσιων και ἑβδομηκοντα και ἑπτα ἐτων* cet. Conf. Proclus L. I. cap. 2. pag. 10 et 11. Jacob Thomasius de Stoica

enim ille planetaris, siue annus magnus, cuius sub finem et initium planetae Aegyptiis cogniti a terra spectati iisdem quique in gradibus Zodiaci versantur, constat e temporum eorum spatiis inter se multiplicatis, quibus terra nostra, atque reliqui planetae circum solem circumferuntur, quum haec summa eatenus minuatur, vt minimus diuiduus sit numerus pro tempore circuitionis cuiusque planetae; quod infra illustrabitur. Itaque annus Aegyptiorum magnus, vel neglecta luna neglectisque plurium graduum differentiis, pluribus quam 200,000 annis Julianis constat. Ex quo sequitur, quum obseruatio quaedam Aegyptiorum astronomica inueniretur, eam nonnisi intra 200,000, imo plurium annorum spatium bis quaerendam esse. Jam vides, quale et quantum commodum et inauditum emolumentum id esset ad chronologiam et historiam, inuenire obseruationes Aegyptiorum astronomicas. Vna sola quaedam obseruatio Aegyptiorum astronomica antiquissima ad personam quandam aut factum historicum relata, si inueniretur, sufficeret ad certum chronologiae et historiae fundamentum iaciendum, quod dudum frustra quaesiuimus; quum vero obseruationes tales Aegyptiorum, quales diximus, et vetustissimae et frequentissimae et temporum interuallis haud inter se distantes, siue historiae siue astrologiae gratia literis hieroglyphicis traditae essent, inter monumenta Aegyptiaca existerent: non dubium est, quin inde tota chronologia rectissime et praeter omnem expectationem accuratissime componi, tota historia antiquissima illustrari denuoque instrui, et monumentorum Aegyptiacorum maxime dubiorum origines, dynastiarum regumque aeua incertissima, factorum historicorum euentus obscurissimi accuratissime describi et definiri possent, neque apud Aegyptios solum, verum etiam apud Graecos Latinosque, Persas, Aethiopes, Indos, Hebraeos aliasque gentes, cum quibus Aegyptiorum res nexae coniunctaeque aliquando fuerunt. Eiusmodi enim obseruationes tam accurate computari possunt, vt ne vnius quidem diei error oriri queat [25*]).

Quanto momento vero astronomia Aegyptiaca illustrata foret in nostra, vix opus est commemorare. Constat enim multas esse astronomiae propositiones, quae non nisi post multorum annorum vel saeculorum series comprobari possint. Quamquam enim vt omnium, ita coelestium quoque rerum euentus et mutationes ad aeternas easque sapientissimas numinis benigni leges diriguntur; ea tamen praecepta partim obscurissima, partim paucorum saeculorum experientia non satis explicabilia sunt. Huc spectant cometarum apparitiones, variationes circuitionum planetarum circa solem, recessus punctorum aequinoctialium, declinatio Zodiaci eiusque generis alia. Quid? quod recentissime serio quidem contenderunt, terram nostram de die in diem minores circum solem describere circulos. Vtique iam profuerunt in his magnopere veterum obseruationes. Sic Hipparchus, maiorum suorum obseruatis fretus, inuenit processum stellarum fixarum; sic secundum Hipparchum La Lande annum tropicum accuratissime descripsit atque eadem via eo peruenerunt Halleyus, vt accelerationem motus medii lunaris; recentiores, vt turbationes itinerum planetarum detegerent [26]). At vero veterum obseruationes, quum annum 27 Nabonassaris non ex-

---

Mundi exustione. Lipsiae 1676. Diatrib. V. Nicetas Choniata de orthodoxa fide L. I. c. 9., qui annum magnum dicit constare 17, 503, 260 annis.

25*) Vid. Ideler Handbuch der Chronologie. Berlin 1825. Vol. I. pag. 99.

26) Mémoire sur la durée de l'année sol. in Memoriis Acad. Paris. anni 1782. Col. Ideler Historische Untersuchungen über die Astronomischen Beobachtungen der Alten. Berl. 1806.

cedant, multo iuniores putandae sunt Aegyptiacis, atque tritum est, quam paucae et partim imperfectae astrorum obseruationes antiquae ad nostram aetatem peruenerint. Recte quidem nobis obiicitur, astronomiam veterem, quippe multis numeris falsam et vitiosam, nullo pacto cum nostra comparari posse; sed non agitur hoc loco de falsis Aegyptiorum opinionibus, sed de planetarum locis recte obseruatis, in quo Aegyptii satis profecerunt. Notum enim est et vulgatum, Aegyptios stellas omnes etiam minutas accuratissime inter se distinxisse atque Zodiacum praecipue adeo accurate diuisisse, vt haberent non solum gradus, sed etiam minutas [27]). Ex quo etiam colligitur, eorum horologia et reliqua instrumenta astronomica multo perfectiora fuisse, quam vulgo putatur. Neque dubium est, quin alia multa de nostra astronomia habuerint cognita, quum totius antiquitatis oculos in se conuerterint sibique meruerint cognomen hominum sapientissimorum [28]).

Praeterea astronomia Aegyptiaca ita comparata est, vt multas alias disciplinas summopere inexspectateque expedire, emendare, augere debeat. Nihil dicam de eo, quod sexcenta veterum scriptorum etiam codicis sacri loca non nisi rebus Aegyptiorum astronomicis perspectis recte intelligi et explicari possunt, atque taceam, quantum haec scientia valeat ad philologiam Aegyptiacam promouendam. Literatura enim Hieroglyphica arctissime cohaeret cum sacratioribus et obstrusioribus philosophiae astronomicae notionibus et placitis. Vnam afferre liceat mythologiam. Constat, Aegyptiacam, Graecam, Indicam et Persicam et reliquarum nationum mythologias, quum arctissime inter se connexae sint, tantum abesse, vt perspectae et explanatae dicantur, vt generalem illustrationem et ad iusta principia reuocationem adhuc desiderent. Quum enim, omnibus viis tentatis et fontibus exhaustis, multa in ea disciplina incerta et dubia manserint; desperandum sane de ea erit, si non noua subsidia adducere et adhibere contigerit. Explanata mythologia Aegyptiaca, reliquae omnes inde plurimum commodi et claritatis trahent totaque veterum religio ad iusta principia reuocari poterit.

Quum ergo astronomia Aegyptiaca ea sit, vt et chronologiam et historiam et philologiam et mythologiam et astronomiam et alias disciplinas summopere promouere et augere posse videatur; sane operae pretium esse putamus, paullo accuratius et diligentius in hoc argumentum inquirere.

---

§. 3.

De ratione hieroglyphices astronomicae inuenienda.

Ad intelligenda scripta astronomica requiruntur potissimum tria; cognitio signorum, quibus planetae exprimuntur, cognitio signorum, quibus Zodiaci partes particulaeque indicantur, denique cognitio legum ac regularum, ad quas loca planetarum zodiacalia planetarumque variae inter se

---

27) Firmic. Mat. L. I. p. 18. Secundum Sextum Emp. Lib. V. p. 111. ed. Fabr. Aegyptii partes Zodiaci minores non habuerunt, quam minutas.

28) Macrob. Sat. L. II. c. 14. c. Pseudo-Callisthenes Vita Alex. M. in Fabr. Bib. G. V. 14. p. 148. Diodor. Sic. L. I. c. 81. 73. Strabo L. I. c. 81. 73. L. XVII. p. 1160. 1171. Herod. II. c. 4. 82. Firmic. Mat. L. III. c. 1. p. 47. Geminus in Petau. Vranol. p. 62. Censorin. de die Nat. c. XIX. Syncell. p. 35. Col. Du Hamel Histor. Acad. Scient. p. 420. ed. Lips.

relationes significantur. Omnes enim gentes, quae de rebus astronomicis scripserunt, characteres quosdam excogitarunt, quibus cum planetas, tum Zodiaci partes significarent. Haec autem signa astronomica sunt aut phonetica, aut symbolica. Phonetica rursus in duo genera diuiduntur, quum nomina astronomica alia sint propria, alia impropria, veluti cognomina. Sic nos Veneris planetam dicimus Venerem proprie, improprie Hesperum aut Luciferum. Item alia nomina vtriusque generis habemus pro reliquis planetis partibusque Zodiaci. Quod symbolicen astronomicam attinet, vtimur ad significandos planetas, vt in vulgus constat, his signis:

☉ *Sol*	♁ *Terra*
☽ *Luna*	♂ *Mars*
☿ *Mercurius*	♃ *Jupiter*
♀ *Venus*	♄ *Saturnus.*

Pro duodecim vero Zodiaci signis haec habemus symbola:

♈ *Aries*	♎ *Libra*
♉ *Taurus*	♏ *Scorpio*
♊ *Gemini*	♐ *Sagittarius*
♋ *Cancer*	♑ *Capricornus*
♌ *Leo*	♒ *Aquarius*
♍ *Virgo*	♓ *Pisces.*

Praeterea ☌ pro coniunctione, ☍ pro oppositione, △ pro adspectu triangulari, □ pro adspectu quadrato, ✱ pro adspectu sexangulari eiusque generis alia nonnulla apud nostrates in vsu sunt.

Quod vero leges exprimendi loca planetarum attinet, in eo nos simplicissimi sumus. Quum enim coniungimus veluti haec symbola: ☉ ♈ 10° 20′ 30″ 4, aut ☉ 0ˢ 10° 20′ 30″ 4, eo significamus, Solem esse in Ariete, siue in primo Zodiaci signo, gradu decimo, minuta vigesima, secunda tricesima cum decimis quatuor. Quum vero indicandum habemus, veluti Solem cum Saturno in adspectu trigonali, vel quadrato, vel in oppositione esse, id sic exprimimus: △☉♄, □☉♄, ☍☉♄.

Iam vero cum de astronomia Aegyptiaca agatur, quaeritur, quibus signis et phoneticis et symbolicis Aegyptii tum planetas, tum Zodiaci partes expresserint, et quonam modo loca planetarum significauerint, variisque suis in monumentis ante oculos posuerint. Quo quidem in argumento tractando ita nobis versandum erit, vt ante omnia veteres audiamus. Omne enim antiquitatis studium optime incipit a veterum testimoniis. Veteres, vt nihil fere memoratu dignum intactum reliquerunt et silentio praeterierunt, ita et de ratione astronomiae Aegyptiacae tam multa tradiderunt, vt ad scripta huius nationis astronomica intelligenda et explicanda nihil fere de nostris addere, vel coniectura assequi debeamus. Itaque habebimus disputationem quadripartitam. Primo quidem videndum nobis erit, partim quot et quinam fuerint Aegyptiorum planetae, partim quot et quasnam partes illi fecerint Zodiaci, in quo versatur astronomia veterum mathematica. His

adiungantur etiam aliae quaedam disputatiunculae de diuisionibus temporum apud Aegyptios, de opinionibus eorum apotelesmaticis, atque de aliis argumentis ad astronomiam pertinentibus. Secunda disputatio spectabit ad signa cum phonetica tum symbolica, quibus Aegyptii secundum veteres auctores planetas, variasque Zodiaci partes significauerint, qua in re versatur symbolice astronomica, siue Pantheon Aegyptiacum. Deinde videndum nobis erit, qua singulari ratione Aegyptii in planetarum positionibus et rationibus significandis versati sint, siue quo modo obseruationes suas astronomicas variis in monumentis expresserint posteritatique ante oculos posuerint. Etiam de hoc veteres, quamuis astronomia ex mysteriis esset [28*]), tam multa tradiderunt, vt tota fere Aegyptiorum methodus astronomica perspiciatur aliunde. Denique ea, quae partim veteres docuerunt, partim inscriptiones astronomicae prodiderunt, accurate inter se comparanda et componenda erunt, cui fini Lexicon astronomico-hieroglyphicum inseruiat. Quum enim elementa astronomiae atque signa ad obseruationes astronomicas exprimendas adhibita, siue a veteribus, scilicet Graecis, Latinis, Coptis, Arabibus aliisque indicata, siue a nobis inuenta, inter se consentiant sibique vere constare cernantur; quumque ea, quae ad veterum auctoritatem exposuerimus et inuenerimus, inter se congruere et ad finem probabilem ducere videantur: concludendum erit, ea, qua processimus, via etiam reliqua Aegyptiorum monumenta obseruationibus astronomicis constantia recte riteque explicari posse.

---

§. 4.
De Planetis.

De planetis, quos dicimus nos, Aegyptii non nisi eos nouerunt, qui solis oculis conspiciuntur et discernuntur, nimirum ☿ ♀ ♂ ♃ ♄, qua de causa ignoti iis manserunt planetae Vranus, Pallas, Ceres, Juno, Vesta [29]). Praeterea planetas Aegyptii dixerunt etiam ☉ et ☽, quippe qui instar reliquorum per signa Zodiaci moueri, veluti obambulare videntur. Quum ☉ et ☽ magnitudine et splendore vincerent reliquos planetas, Aegyptii haec sidera vocarunt principes, veluti regem reginamque, planetarum reliquarumque stellarum fixarum [30]). Planetae, quoties ab Aegyptiis commemorantur, hoc ordine veniunt:

1	2	3	4	5	6	7
☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄

Ex quo apparet, eos secundum celeritatem, qua in coelo moueri cernuntur, deinceps enumerari [31]). Eadem est series planetarum, quum, tamquam dii tutelares, partibus Zodiaci, regionibus mundi,

28*) Martian. Capel. Sat. L. VIII. p. 274. Jul. Firmicus Matern. L. IV. c. 16. p. 107.

29) Proclus Diadochus Paraphras. in Ptol. L. I. c. IV. Jul. Firm. Mat. L. I. c. 2. p. 5. Achill. Tatius in Petau. Vranol. p. 136. c. 17., ceteri.

30) Sextus Empir. adu. Math. L. VI. p. 343. ed. Fabr.

31) Dio Cass. L. XXXVII. c. 17. Procl. Diad. L. II. c. 10.

hominum, animalium, vegetabiliumque generibus, artefactis, sonis musicis, vocalibus, consonantibus et aliis rebus praeficiuntur. Omnia enim ac singula entia, mundi vitaeque communis obiectus, in classes diuisa, vnum ex planetis apud Aegyptios habuerunt praefectum vel patronum. Ceterum de variis planetarum circuitionibus circum terram eorumque coloribus notandum, inde pendere magna ex parte apotelesmaticas Aegyptiorum opiniones [32]). Nomina planetarum, vt veteres testantur, maxime varia fuerunt, adeo vt ☉ myrionymus, ☽ polyonyma dicerentur; ex quo colligere licet, partim cum nominibus planetarum cognomina eorum et epitheta vsu venisse, partim alias eorum fuisse appellationes in aliis Zodiaci partibus [33]). Alia enim est veluti ☉ persona, quum signo cuidam Zodiaci praeest, alia, quum mensem diemue gubernat. Nomina planetarum vt maxime vulgaria et propria ab astronomis veteribus haec afferuntur: ♄, Graecorum *Κρονος*, *Φαινων*, Aegyptiorum *Νεμεσις*; ♃, Graec. *Ζευς*, *Φαεθων*, Aegyptiorum *Ὀσιρις*; ♂, Graec. *Ἄρης*, *Πυροεις*, Aeg. *Ἡρακλης*; ♀, Graecorum *Ἑωσφορος*, Aeg. *Ἀφροδιτη*; ☿, Graecorum *Ἑρμης*, *Στιλβων*, Aeg. *Ἀπολλων* [34]). Idem nomen Aegyptiacum Mercurio tribuunt alii [35]). Quae vero nomina planetarum illa Graeca affert Achilles Tatius, eadem vt Aegyptiaca tradit Firmicus, cuius rei haec esse videtur ratio, quod astronomia Aegyptiaca non distulit initio a Graeca [36]). Auctore Plinio, ♀ etiam Isis, Iuno, mater deorum vocabatur [37]), atque ♂, quem Lydia, Colchis aliaeque terrae Adonin appellant, Aegyptii dixerunt, vt Vettius Valens, astronomus grauissimus nondum editus, vult, etiam *Ἄρτης* atque *Ἔρτωσι* [38]). Sunt et alia planetarum nomina et cognomina, quae nunc Graeca, nunc Aegyptiaca a veteribus commemorantur, velut *Ἥλιος βασιλευς*, *Μηνη*, *Κυθερεια*, *Ἑρμης χρυσοφαης*, *Ὠν* אן, *Πεῤῥα*, אדר pro ☉ ☽ ♂ et ☿, eiusque generis alia [39]). Praeterea inueni nomina planetarum Coptica, siue ex Aegyptiaca lingua antiqua, siue ex Graeca corrupta, cum Arabicis in MS. Parisino [40]). Sequitur catalogus nominum.

---

32) Herod. II. 82. Dio Cass. L. XXXVII. c 17. c. 18. De literis vid. Demetr. Phal. *περι ἑρμηνειας* §. 71. Nicomach. Geras. Harmon. Manual. L. II. col. Meibomii auct. ant. Mus. Vol. I. p. 37. Irenaeus L. I. c. 14. §. 7. p. 31. a.

33) Vid. Petauii Vranolog. p. 136. §. 17. Achil. Tat. Isag. in Phaenom. Arati l. l.

34) Achill. Tatius Isagoge in Arati Phaenom. Vid. Petau. Vran. p. 136. et pag. 4. Gemini Elementa Astr., quibus in locis dubitatur de nomine ♀ et omittuntur ☉ et ☽.

35) Apuleius de Mundo p. 58. Plin. L. II. c. 8. Macrob. Saturn. L. I. p. 150.

36) Jul. Firm. Mat. Mathes. L. II. c. 2. Col. Salmas. de ann. climact. p. 595. s.

37) Plin. L. II. c. 8. col. Proclus Paraph. L. II. c. 3. p. 97. Julian. imp. Orat. IV. p. 150.

38) Vid. Salmas. de ann. climact. p. 596. Seldenus de Diis Syr. Synt. I. c. 6. p. 186.

39) Manetho Apoteles. L. I. v. 203. 230. L. II. v. 191. 383. Genesis XLI. 45. 50. XLVI. 20. Cyrillus Alexandr. col. Jablonskii Panth. L. II. p. 137. De voce אדר, Ador, Azer, Azar, Odor, nomine ♂, vid. Th. Hydius de rel. vet. Pers. c. 3. De vocabulo *Πεῤῥα* vid. annotationem meam in Lycophron. ed. Bachmann Lips. 1829.

40) Bibl. Reg. Codd. MSS. Copt. No. L. p. 8. Lexici. Eadem fere sunt apud Kircherum Lingua Aeg. rest. Rom. 1644. p. 49. Pro vocabulo ⲥⲟⲩⲣⲟⲧ legitur in alio MS. Copt. eiusdem biblioth. No. XVII. pag. ⲣⲙⲍ, b. Lin. 4. (Biblioth. St. Germain): ⲥⲟⲩⲣⲱⲑ الزهره بنات نعش i. e. Venus, astrum vrsae. Col. Rossii Etymologiae Aeg. p. 205.

Ordo	Aegyptiace	Coptice	Graece	Latine	Arabice	Colores	Circuitus	alii
1. ☽	Μηνη Μην	ⲙⲓⲟϩ ⲡⲟⲟϩ ϲⲩⲗⲏⲛⲏ	σιληνη μην	Luna Lunus	القمر	mutabilis	28 dies	27⅓ d.
2. ☿	Ἀπολλων Στιλβων	ⲙⲉⲣⲙⲏⲥ	Ἑρμης χρυσοφαης στιλβων	Mercurius	عطارد	varius versicolor	365 d.	circiter
3. ♀	Isis Ἀφροδιτη	ϲⲟⲩⲣⲟⲧ ϲⲟⲩⲣⲱⲑ	ἑωσφορος φωσφορος Ἀφροδιτη	Venus Juno mater deor.	الزهرة	flaua	365 d.	circiter
4. ☉	Ὠν Ὑλια Πεῤῥα	ⲅⲗⲓⲁ ⲙⲓⲣⲏ	Ἥλιος βασιλευς	Sol	الشمس	mutabilis	365 d.	365¼ d.
5. ♂	Ἄρτης Ἔρτωσι Ἡρακλης Πυροεις	ⲙⲟⲗⲟϫ	Ἄρης πυροεις	Mars	المريخ	rutilus	2 an. 6 m.	circ.
6. ♃	Osiris Φαεθων	ϫⲉⲩϲ	φαεθων Ζευς	Jupiter	المشترى	albus	12 anni	circ.
7. ♄	Νεμεσις Φαινων	ⲣⲉⲫⲁⲛ ⲣⲏⲫⲁⲛ	Κρονος φαινων	Saturnus	زحل	niger (40*) subuiridis	29 anni	30 a. fere

§. 5.

De Zodiaco.

Orbis Aegyptiorum eclipticus, siue zodiacus ea est coeli zona, intra cuius fines, nimirum boreales atque antarcticos, planetae apparent et deinceps moueri videntur, cuiusque in medio, quippe circulo, eclipses ☉ et ☽ fiunt [41]. Hic orbis maximus, gradibus 360 constans, cuius partes primariae sunt 12 signa coelestia in vulgus nota, variis modis ab Aegyptiis diuidebatur, vt sequens docet catalogus.

40*) Aliter Valens (Vid. Salmas. de annis climact. p. 620): ♄ = μελας, ♃ = λαμπρος, ♂ = πυῤῥος, ☉ = διαυγης, (☿) ♀ = ποικιλη, (♀) ☿ = ὠχρος, ☽ = ἀιρωειδης. Aliter Porphyrius in Tetrabibl. Ptolemaei: ὁ ♄ βαφης καστοριζουσης, ἡ ♀ λευκης χροιας, ὁ ♃ γαλακτιζουσης ἐπι το λευκον ῥεπουσης μικρον, ὁ ♂ πυρινης, φλογινης, ☿ ἀληθινης, ὁ ☉ χρυσοκιτρινης, ἡ ☽ πρασινου.

41) Vid. Achillis Tat. Isagoge; in Petauii Vranol. p. 144. §. 23. E.

	Nomina portionum	*Numerus earum*	*Longitudo earum et ratio.*
1	Hemisphaeria, Semicirculi	2.....	180° continuo
2	Hexagona, Sexangula	2.....	180° non continuo
3	Trientes tempestatum, Horae	3.....	120° continuo
4	Tetragona, Quadrangula	3.....	120° non continuo
5	Quadrantes, Tetartemoria	4.....	90° continuo.
6	Trigona, Triangula	4.....	90° non continuo.
7	Diagonalia, Oppositus	6.....	60° non continuo.
8	Hypsomata, Altitudines	12 (accuratius 7)	30° continuo (ac. 1°)
9	Tapinomata, Deiectiones	12 (accuratius 7)	30° continuo (ac. 1°).
10	Semia, signa, domus	12.....	30° continuo.
11	Stationes Lunae	28.....	13° 4′ 17″ 2 continuo.
12	Decuriae	36 (3=1 signum)	10° continuo.
13	Horia, Termini	60 (5=1 signum)	2°—12° continuo.
14	Topi, Loci	120 (10=1 signum)	3° continuo.
15	Dodecatemoria	144 (12—1 signum)	2° 30′ continuo.
16	Icostemoria	240 (20=1 signum)	1° 30′ continuo.
17	Icostetetartomoria	288 (24=1 signum)	1° 15′ continuo.
18	Moerae, Parcae, Gradus	360 (30=1 signum)	1° continuo.
19	Lepta, Minuta	21,600 (60=1 gradus)	0° 1′ continuo.

Iam videndum est accuratius de singulis his Zodiaci Aegyptiaci diuisionibus earumque rationibus.

§. 6.

De Hemisphaeriis seu Semicirculis.

Primaria duo Zodiaci Hemisphaeria ii sunt eclipticae semicirculi, qui aequatore terminantur, alter superior borealis, qui ♂ habet dominum; alter antarcticus, ♄ subiectus. Est etiam alia diuisio zodiaci in duo hemisphaeria, quorum alterum, ☽ adscriptum (σεληνιακον), incipit cum signo ♒; alterum, ad ☉ relatum (ἡλιακον), iacipit cum ♌ [42]) Reliqua sequens schema exhibet.

	Nomina	*Signa*						*Gradus*	*Domini*
1	Hemisphaerium superius	♈	♉	♊	♋	♌	♍	180°	♂
2	Hemisphaerium inferius	♎	♏	♐	♑	♒	♓	180°	♄
3	Hemisphaerium solare	♌	♍	♎	♏	♐	♑	180°	☉
4	Hemisphaerium lunare	♒	♓	♈	♉	♊	♋	180°	☽

42) Achilles Tatius Isagoge. Vid. Petau. Vranolog. p. 137. §. 18. pag. 145. 146. Proclus Paraph. Libr. I. c. XX. p. 53. ed. Lugd. 1654.

Hemisphaeria et lunare et solare cum signis suis 6 depicta cernuntur in mumia Graeco-Aegyptiaca Lugdunensi †).

§. 7.
De 3 Trientibus tempestatum, siue Horis.

Diuisio Zodiaci in tres partes aequales, nititur diuisione anni apud Aegyptios ciuilis in tres tempestates, siue Horas[43]). Quum vero annus ciuilis quarta diei parte minor esset astronomico, accidit, vt post 1461 annos demum menses cum signis suis congruerent, qua in re versatur periodus canicularis. Sub initium huius periodi autem, vt veteres tradunt, ver incipit, quum Nilus a campis recedit, atque ☉ intrat signum ♓. Quatuor mensibus post, quum ☉ ingreditur ♋, vbi canicula locum habet, incipit aestas, quam quatuor mensibus post sequitur hiems, sole in ♏ translato[44]). Quamquam de planetis, his tempestatibus propositis, non satis constat, probabile tamen est, ☿ et ♀ veri, ☉ aestati, ♄ hiemi praeesse[45]).

Nomina	*Signa*				*Gradus*	*Domini*
Veris signa	♓	♈	♉	♊	120°	☿ ♀
Aestatis signa	♋	♌	♍	♎	120°	☉
Hiemis signa	♏	♐	♑	♒	120°	♄

§. 8.
De Quadrantibus.

Quadrantes Zodiaci, siue quatuor zonae eclipticae partes aequales, oriuntur punctis aequinoctialibus et solstitialibus discernendis. Itaque prima quadrans extenditur ab aequinoctio verno vsque ad solstitium aestiuum, quo incipit secunda et sic porro, vt habeas quatuor anni tempora ad cursum solis relata[46]). De praefectis harum diuisionum Zodiaci, etsi nihil veteres tradiderint, coniicio, eos planetas iis tempestatibus praepositos fuisse, inter quorum naturas maxima est similitudo.

---

†) V. Reuvens Lettres à M. Letronne 1830. Atlas. Tab. V. De dominis hemisphaeriorum Horapollo (I. 11.) tradit: Videtur apud Aegyptios Minerua (♂) quidem superius coeli hemisphaerium sorte accepisse, Juno (♄) vero inferius (Vid. infra Part. II. §. 9. Athor.)

43) Diodor. Sic. Lib. I. cap. 16. pag. 15. Wess. ib. cap. 11. et 12. pag. 11 D. et 12 C. (Adde I, 26. c. not. Wesselingii).

44) Nordmayer Calendar. Aeg. Oeconomicum. Goett. 1792. Ideler Chron. I. p. 125.

45) Haec colligimus ex signis, quibus menses cuiusque tempestatis hieroglyphice indicantur, de quo infra. Col. Proclus Diad. Paraph. L. I. c. 21. p. 56. Lugd. 1654.

46) Achilles Tat. in Petau. Vranolog. p. 151. §. 27. Proclus. Diad. L. I. c. 12. c. 13. c. 14.

Nomina	*Signa*			*Gradus*	*Domini*
Ver	♈	♉	♊	90°	☿
Aestas	♋	♌	♍	90°	☉
Autumnus	♎	♏	♐	90°	♃
Hiems	♑	♒	♓	90°	♄

§. 9.

De 12 Signis.

Antiqua zonae eclipticae in 12 partes diuisio non differt a nostra, quippe ab Aegyptiis ad omnes fere populos occidentales propagata. Hae Zodiaci partes vocantur signa, *σημεια*, *ζωδια*, propter stellas in iis collocatas, animalium aliarumque rerum figuras describentes; domus vero, *οἰκοι*, *πυργοι*, ⲛⲓⲡⲩⲣⲅⲟⲥ propter deos planetares iis adscriptos, qui veluti domicilia et dominia signis in singulis habeant. Eadem *δωδεκατημορια* appellantur, quoniam vnum signum duodecimam partem Zodiaci amplectitur [47]). Horum itaque signorum domini sunt septem planetae, ita vt ☉ et ☽ vnum dodecatemorium, reliqui duo possideant, quemadmodum sequens docet tabula. Ceterum, quum septem planetae bina habeant domicilia, ea discernuntur situ, siue orientali, siue occidentali, atque genere. Etenim duodecim signa partim masculina, partim feminina vocantur [48]). Nomina Arabica et Coptica, siue ex lingua Aegyptiaca, siue ex Graeca arcessita et corrupta, inueni in MS. Coptico Bibliothecae Regiae Parisinae [49]).

---

47) Jul. Firmicus Mat. L. II. cap. 2. Proclus L. I. c. 20. Manilius Astronomic. L. II. c. 11. Ptolemaeus Quadripart. L. I. c. 18. Sextus Empir. adu. Astrolog. L. V. c. 34. p. 343. Fabr. rel. Qua de re dominus signi cuiusdam vocatur dominus domus, *δικοδεσποτης*.

48) Vid. loca laudata. Proclus L. I. c. 15. Firmicus L. II. c. 1. pag. 16. Papyr. Salt. astronom. infra. Young Hierogl. T. 51. Manetho Apotelesm. L. I. v. 85. al.

49) Glossarium Memphit. MS. No. L. Bib. Reg. Par. pag. 8. vocabul. Col. Kircher lingua Aeg. Rest. p. 50. In vtroque MS. vix dubium est, quin ⲫⲣⲓⲧⲓⲑⲓ non ad ♒ sed ad ♐ et ⲭⲣⲓⲟⲥ non ad ♐ sed ad ♈ referendum sit, quum ⲭⲣⲓⲟⲥ supra significet ♈, atque ⲫⲣⲓⲧⲓⲑⲓ cum Graeco *φρίξ* unda, undulatio, cohaerere videatur. Conf. Rossii Etymologiae Aegypt. p. 159.

Signa	*Coptice*	*Graece et Latine*	*Arabice*	*Domini*	*Genus et Situs*
1 ♈	ⲕⲣⲓⲟⲥ ⲙ̀ ⲭⲣⲓⲟⲥ	*κριος* aries	الحمل	♂ Minerua noctua	masc. oriental.
2 ♉	ⲧⲁⲩⲣⲟⲥ	*ταυρος* taurus	الثور	♀ Cytherea columba	femin. oriental.
3 ♊	ⲇⲓⲇⲩⲙⲟⲥ	*διδυμοι* gemini	الجوزا	☿ Phoebus tripus	masc. oriental.
4 ♋	ⲥⲁⲣⲕⲱⲛ	*καρκινος* cancer	السّرطان	☽ Cyllenius testudo	femin.
5 ♌	ⲗⲉⲱⲛ	*λεων* leo	الاسَد	☉ Jupiter aquila	masc.
6 ♍	ⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲡⲉ ⲑⲟⲩⲙⲉ	*παρθενος* virgo	السنبلة	☿ Ceres corbis	femin. occidental.
7 ♎	ⲍⲩⲅⲟⲥ ϯⲙⲁϣⲓ	*χηλαι* libra	الميزان	♀ Vulcanus pileus	masc. occidental.
8 ♏	ⲥⲕⲟⲣⲡⲓⲟⲥ	*σκορπιος* scorpio	العقرب	♂ Mars lupa	femin. occidental.
9 ♐	ⲇⲟⲍⲟⲧⲏⲥ	*τοξοτης* sagittarius	القوس	♃ Diana canis	masc. occidental.
10 ♑	ⲟⲩⲉⲣⲟⲥ	*αἰγοκερως* capricornus	الجدى	♄ Vesta lampas cum capite asini	femin. occidental.
11 ♒	ⲁⲣⲭⲱⲟⲥ ⲫⲣⲓⲧⲓⲑⲓ	*ὑδροχοος* aquarius	الدالى	♄ Juno pauo	masc. oriental.
12 ♓	ⲭⲣⲓⲟⲥ	*ἰχθυες* pisces	الحوت	♃ Neptunus delphini	femin. oriental.

Nomina et symbola 12 deorum Latina (Col. IV.), qui signis Zodiaci praestent, desumta sunt ex Manilio (Astron. p. 170. Bas.) atque de Zodiaco antiquo (Kreuzer Symb. Tab. 49).

---

§. 10.
De Hypsometibus.

Hypsomata, siue exaltationes, sunt septem signa, in quibus singuli planetae maxime valeant suamque naturam praecipue exhibeant. Planetis enim omnibus, praesertim ☉ et ☽, Aegyptii vires quasdam singulares adscripserunt. Quamquam hypsoma 30° constat, sunt tamen in singulis exaltationibus seu signis integris singuli gradus, in quibus quum planeta versatur, magis adeo vim suam exercent [50]. Praeterea apud Chaldaeos et Babylonios planetarum Hypsomata dicuntur eorundem domicilia. Hoc modo ♈, hypsoma ☉, domus ☉ appellatur [51]. Reliqua tabula apposita docet.

Signa	*Domini signorum*	*Gradus Hypsomatum*	*Praepositi Hypsomatum*
♈	♂	19°	☉
♉	♀	3°	☽
♋	☽	15°	♃
♍	☿	15°	☿
♎	♀	20°	♄
♑	♄	28°	♂
♓	♃	27°	♀

§. 11.
De Tapinomatibus.

Tapinomata, siue Deiectiones, sunt signa Hypsomatibus opposita, siue accuratius, vnus in vnoquoque eorum gradus [52]. Haec autem signa et gradus planetarum septem vocantur Tapinomata, quoniam, quum planeta quidam in suo versatur Tapinomate, minime exserit facultatem suam. Sequitur conspectus Tapinomatum.

---

50) Firmicus, Ptolemaeus, Proclus, cet. Vid. not. seq. 51.

51) Firmicus L. II. c. 8. p. 17. Ptolemaeus Quadripartit. L. I. c. XX. p. 15. Proclus L. I. c. 22. Sextus Empir. adv. Astrol. L. V. c. 82. p. 343.

52) Firmicus L. II. c. 8. p. 17. Ptolemaeus Quadrip. L. I. c. XX. p. 15. Proclus L. I. c. 22. Sextus Empir. loco l. Firmicus L. II. c. 12. p. 25. tradit, deiectionem ♄ esse in ♈ 20°, et ♂ in ♋ 28°, et ♀ in ♍ 27°, et ☉ in ♎ 19°, et ♃ in ♑ 15°, atque ☿ in ♓ 15°, quod aperte rectius se habet. Etenim Hypsomata opposita sunt Tapinomatibus et contra. Qua de re, quum Hypsoma ☉ est ♈ 19°, rectius haud dubie Tapinoma ☉ est ♎ 19°, quam ♎ 20°. Et sic in reliquis.

Signa	*Domuum domini*	*Gradus Tapinomatum*	*Praepositi Tapinomatum*
♈	♂	20° (19°?)	♄
♋	☽	28° (15°?)	♂
♍	☿	27° (15°?)	♀
♎	♀	19° (20°?)	☉
♏	♂	. . 3°	☽
♑	♄	15° (28°?)	♃
♓	♃	15° (27°?)	☿

§. 12.
De Trigonis.

Trigona, siue Triangula, siue Triplicitates, sunt trina Zodiaci signa paribus internallis inter se distantia, scilicet 90°. Dantur itaque in circulo ecliptico quatuor Trigona, quae, vt omnes Zodiaci partes, suos habent dominos ex diis planetariis. De Trigonis, Tetragonis, Hexagonis vero sciendum, ea alios dominos die, alios noctu habere, quibus praeterea adest tertius deus munifex, qui pro alterutro adhibetur nonnunquam[53]). Scilicet, quum quinque planetae duas habeant domos seu signa, signis vero aliis alii domini Trigonorum, Tetragonorum Hexagonorumque praestent; ea signa inter se distinguuntur, afferendis dominis Trigonorum. Sequitur index Trigonorum eorumque praepositorum.

Ordo Trigonor.	*Signa Trigonor.*	*Domini diurni*	*Domini nocturni*	*Munifices*
1	♈ ♌ ♐	☉	♃	♂ (♄)
2	♉ ♍ ♑	♀ (☽)	☽ (♀)	♂
3	♊ ♎ ♒	♄	☿	♃
4	♋ ♏ ♓	♀ (☿?)	♂ ☽)	☽ (♂)

53) Proclus Diad. Paraphras. L. I. c. XXI. p. 55., habet pro 1 △ dominos ☉ ♃ ♂, neque vero ♄, vt Firmicus tradit L. II. c. 11. p. 24. Cum Proclo facit Ptolemaeus Quadripart. L. I. c. 19. p. 14. De dominis △ 2 inter se consentiunt Proclus, Firmicus et Ptolemaeus, nisi quod Ptolemaeus ☽ diei, ♀ nocti adscribit L. I. c. 19. p. 15. De △ 3 nulla est controuersia. Quod vero quartum △ (♋ ♏ ♓) attinet, Firmicus dominium diei ♀, noctis ♂ tribuit, et vtriusque auxilium ☽ l. c. p. 24. 25. 26., Ptolemaeus vero pro nocte habet non ♂, sed ☽ l. c. p. 15. Denique Proclus p. 58. adstipulatur Ptolemaeo in eo, quod nocti ☽ dat, atque ♂ munificem dominorum amborum appellat, sed dissentit ab vtroque de domino diei. Scilicet editio mea (Lugd. Bat. 1654) pro domino diei habet ♀ quidem, sed in translatione Latina est Mercurius, ac si interpres Allatius in Codice suo Romano signum ☿, neque vero ♀ ante oculos habuerit. Itaque probabile, praesertim cum ♀ et ☿ eiusdem naturae putarentur (infr. §. 54), vtrumque planetam huic Trigono praefuisse. Caeterum ibidem infra legitur in Graeco et Latino textu pariter ♀ siue Venus. Paulus Alexandrinus vero hos habet dominos: 1: ☉ die, ♃ noctu; 2: ♀ die, ☽ noctu; 3: ♄ die, ☿ noctu (ter); 4: ♀ die, ♂ noctu. Vid. Paul. Al. ed. Viteb. 1586. sine pp.

Ceterum hoc loco commemorandum est, Mineruae (♂) omne Trigonum sacrum fuisse. Vid. Kreuzer Commentationes Herodot. p. 135.

§. 13.
De Tetragonis.

Tetragona, siue Quadrangula, cum Triangulis plurima habent communia. Sunt enim quadrina signa Zodiaci paribus inter se distantia interuallis, scilicet 60°; quare non nisi tria numero existunt. Quamquam de dominis Tetragonorum nihil accuratius traditum reperitur; dicuntur tamen a veteribus instar dominorum trigonalium constitui [54]). Itaque, quum in astronomia Aegyptiaca aequabilis obseruetur oeconomia, tabulam sequentem proponere licet.

Ordo Tetragonor.	*Signa*	*Domini diurni*	*Domini nocturni*	*Munifices*
1	♈ ♋ ♎ ♑	☉	♃	♂ (♄)
2	♉ ♌ ♏ ♒	♀	☽	♂
3	♊ ♍ ♐ ♓	♀	♂	☽

Ceterum tenendum, Tetragona omnino Mercurio (☿) sacra fuisse, vt pluribus demonstrauit Kreuzerus (Comment. Herod. p. 132 ss.). Particeps dominii huius ♀ fuisse videtur (Joh. Lydus de menss. p. 87).

§. 14.
De Hexagonis.

Hexagona, siue Sexangula, sunt Triangula dimidiata, quare duo tantum in circulo ecliptico reperiuntur. Licet de dominis Sexangulorum nihil certi traditum sit; sequitur tamen ex praecedentibus, eorum naturam non differre a ratione Triangulorum et Quadrangulorum, id quod sequente tabula indicatur [55]).

Ordo	*Signa*	*Domini diurni*	*Domini nocturni*	*Munifices*
1	♈ ♊ ♌ ♎ ♐ ♒	☉	♃	♂ (♄)
2	♉ ♋ ♍ ♏ ♑ ♓	♀	☽	♂

caput de Trigonis fol. 4. Praeterea monendum est, dominos masculinos cum planetis femininis coniungi, et versa vice, quum obseruationes astronomicae traduntur, atque non solum Trigona, sed etiam Tetragona et Hexagona a ♈ incipere ordinem, vt veteres tradunt.

54) Manilius Lib. II. c. 7. p. 167. Sextus Empir. L. V. §. 39. Censorin. c. 8. Firmicus L. II. c. 25. p. 35. Ptolemaeus Quadr. L. I. c. 14. p. 12.

55) Vid. Firmicus L. II. c. 25. p. 35. Ptolemaeus Quadripart. l. c. Censorin., Sextus Empir., Manilius, locc. laudd. all.

§. 15.
De Diametris.

Diagonalia, siue Diametra, vel Oppositus, sunt signa singulis signis opposita, quae Firmicus aliique Occasus appellant. Quamquam singula signa vnum tantum habeant dominum, valde tamen probabile est, iis, vt Diametris, alios diurnos dominos, alios nocturnos, alios denique munificos praepositos fuisse, id quod etiam valet de signis coniunctis, siue iis Zodiaci dodecatemoriis, quae ab alterutra parte confinia cernuntur[56]. Saltem recte se habent, quae sequuntur.

Ordo	1	2	3	4	5	6
Domini	♂	♀	☿	☽	☉	☿
Signa	♈	♉	♊	♋	♌	♍
Opposita	♎	♏	♐	♑	♒	♓
Domini	♀	♂	♃	♄	♄	♃
Ordo	7	8	9	10	11	12

§. 16.
De 28 Stationibus Lunae.

Stationes Lunae, quae Coptice et Arabice ⲛⲓ ⲙⲟⲛⲓ (al. ⲙⲟⲛⲏ) ⲛ̀ⲧⲉ ϯ ⲙⲉⲧⲓⲟⲥ المنازل القمريه, mansiones lunae appellantur, eae sunt partes Zodiaci, quas ☽ vnius diei decursu circiter emetitur, scilicet a ♈ incipiens, ita vt zona ecliptica ab hoc inde puncto in 28 partes aequales diuidatur. Vna igitur statio lunaris amplectitur 12° 51′ 25″ 714. Hae partes Zodiaci a stellis singulis, vt apparet, nomina acceperunt; sed non raro accidit, vt stellae stationi cuidam adscriptae in alia statione reperiantur. Cuius rei haec est ratio. Scilicet propter recessum punctorum aequinoctialium, stellarum situs mutatus est. Atque iam Firmicus testatur, particulas Zodiaci ad stellas etiam referri, quae in illa particula locum iam non habeant[57]. Nomina stationum Coptica, siue ex antiqua lingua Aegyptiaca, siue e Graeca petita et corrupta, cum translatione Arabica inueni in MS. Bibliothecae Regiae Parisinae, qui passim differt a MS. Kircheriano et lectione Ideleriana et Rossiana, vt sequens Tabula docet[58]. Ceterum, cum Aegyptii ordine planetarum naturali planetis adscripserint rerum fere omnium series, vix dubium est, quin domini a me adscripti recte se habeant; atque probabile est, tres in vnaquaque statione dominos fuisse, alium die, alium noctu, tertium munificem, vt supra vidimus[59].

---

56) Firmicus Lib. I. cap. 12. p. 25. Proclus L. I. c. 16. pag. 49. rel. locc. laudd. Manilius c. 8. p. 168.

57) Firmicus L. II. cap. IV. pag. 17. ed. Bas. an. 1551.

58) Glossarium Memphiticum MS. Bib. Reg. Par. No L. p. 9. seq. vocab. Kircher Lingua Aegyptiaca restit. p. 50. ss. Ideler Ueber den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen. Berl. 1809. pag. 120. 148. 287. Rossii Etymologiae Aegypt. Rom. 1808. p. 160. seq. Vbi differt lectio, adieci K pro Kirchero, R pro Rossio, I pro Idelero, MS pro codice Parisino dicto.

59) Addere liceat, a probabilitate non alienum esse, dominos stationum lunarium eos fuisse, quos Dio innuit. Scilicet Dio Cassius L. XXXVII. c. 17. nomina dierum a planetis sic deducit. „Posito ordine planetarum, inquit, ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☾, quum singulos inde excerpas secundum interualium musicum, quod

Ordo	Signa	Domini	Coptice	Arabice	Stellae praepositae	Initia
1	♈	☽	ⲙ ⲕⲩⲧⲱⲣⲓⲟⲛ	السّرطين I. الشرطين	duae stellae in capite ♈ sc. β et γ. (I.)	♈ 0° 0′ 0″ 0
2	♈	☿	ⲕⲟⲗⲓⲱⲛ	البطين	Triangulus in ventre ♈ sc. δ ε et 3 ϱ (I.)	♈ 12° 51′ 25″ 71
3	♈ ♉	♀	ὡⲣⲓⲁⲥ (ⲉⲍⲁⲛⲧⲣⲁⲛ. MS) ⲉⲍⲁⲥⲧⲣⲁⲛ	الثريا (MS. التريا)	Pleiades in ♉.	♈ 25° 42′ 51″ 42
4	♉	☉	ⲙ ὡⲣⲓⲱⲛ	الدبران	Oculos ♉ sc. α in ♉	♉ 8° 34′ 17″ 14
5	♉ ♊	♂	ⲕⲗⲩⲥⲟⲥ	الهقعة	tres stellae super humeros ♊ siue stellae ad caput Orionis (I.)	♉ 21° 25′ 42″ 86
6	♊	♃	ⲕⲗⲁⲣⲓⲁ (ⲭⲗⲁⲣⲓⲁ. MS)	الهنعة	sinister humerus ♊ sc. γ et ξ in ♊ (I.)	♊ 4° 17′ 8″ 58
7	♊	♄	ⲙ ⲙⲁⲍⲓ	الذراع (MS. دراع الاسد)	Leonis pes, vel α β in ♊.	♊ 17° 8′ 34″ 29
8	♋	☽	ϯ ⲁⲣⲙⲉⲗⲓⲁ (ⲧⲉⲣⲙⲉⲗⲓⲁ. K.)	النثرة (K. et MS. النثره)	nebula in ♌ (K.), siue praesepe cum asellis (I.)	♋ 0° 0′ 0″ 0
9	♋	☿	ⲙ ⲁⲩⲧⲟⲥ	الطرف	iuxta ♋, vel ξ in ♋ et λ in ♌.	♋ 12° 51′ 25″ 71
10	♋ ♌	♀	ϯ ⲧⲉⲍⲛⲓ	الجبهة	Leonis frons, sc. ζ γ η α in ♌.	♋ 25° 42′ 51″ 42
11	♌	☉	ⲙ ⲭⲱⲣⲓⲱⲛ leg. ⲭⲱⲣⲧⲟⲛ	الخرتان (الخرتان) (MS. الزبره (الجربان)	Leonis iuba, sc. δ et ϑ in ♌ (I.)	♌ 8° 34′ 17″ 14
12	♌ ♍	♂	ⲁⲥⲫⲩⲗⲓⲁ	الصرفة	Leonis iuba, sc. β in ♌ (I.)	♌ 21° 25′ 42″ 86
13	♍	♃	ⲁⲃⲓⲕⲓⲁ ⲁⲃⲩⲕⲓⲁ. K.	الاعوال (I. MS. العوا)	quatuor vel quinque stellulae, sc. β η γ δ ε in ♍	♍ 4° 17′ 8″ 58
14	♍	♄	ⲭⲱⲣⲓⲧⲟⲥ ⲭⲟⲣⲓⲧⲟⲥ. K.	السمك الاعزال (K.) السمك الاعزال (R.) السماك (I.) (MS. الشمال الاعزل)	iuxta Libram sc. spica Virginis (I.)	♍ 17° 8′ 34″ 29

quartum *dicitur*, hunc ordinem habes: ♄ ☉ ☾ ♂ ☿ ♃ ♀, qui est ordo dierum hebdomadis." Quum vero stationes ☾ quatuor hebdomates *expleant*, inde concludi potest, eundem quoque ordinem esse praepositorum stationum lunarium. Sed haud dubie differunt *diuisiones* temporum a Zodiaci partibus, atque ex ratione Aegyptiorum, quod infra clarius erit, id potius agendum erat, vt certo quodam tempore certisque planetarum locis inventis numina quam maxime diuersa simul regnare viderentur.

Ordo	Signa	Dominii	Coptice	Arabice	Stellae praepositae.	Initia.
15	♎	☽	ϫαμβαλια	الغفر	tres stellulae, sc. φ ι κ in ♍ (I.)	♎ 0° 0′ 0″ 0
16	♎	☿	πριτιθι	الزبانا (I.) الزبابات (K.) الزبانان (MS.)	duo cornua in cauda ♏, vel α β in ♎ (I.)	♎ 12° 51′ 25″ 71
17	♎ ♏	♀	ϭτεφανι	الاكليل	quatuor stellae iuxta coronam sc. β, δ, π in ♏ (I.)	♎ 25° 42′ 51″ 42
18	♏	☉	ϫαρτιαν. K. ϫαρθιαν	القلب	Regulus, siue cor Leonis, siue Antares.	♏ 8° 34′ 17″ 14
19	♏ ♐	♂	ϭιωϯ αγτιὰ	الشولة (MS. الشوكه)	cauda ♏ iuxta caniculam sc. λ, υ in ♏ (I.)	♏ 21° 25′ 42″ 86
20	♐	♃	νιμαμρεϩ. R. νιμαμρεϩ	النعايم	octo stellae forma tabulae in ♐.	♐ 4° 17′ 8″ 58
21	♐	♄	πολιϲ	البلدة	sine stellis inter duo signa sc. in ♐ (I.)	♐ 17° 8′ 34″ 29
22	♑	☽	ϋπεγϭτωϲ	سعد الذابح (I. R.) سعد الدابح (MS.) سعذ الدباح (K.)	medium ♑, siue α et β in ♑ (Id.)	♑ 0° 0′ 0″ 0
23	♑	☿	ϋπεγριτωϲ	سعد بلع (MS. بلغ)	finis ♑, initium ♒, vel μ, ν, ε in ♒ (I.)	♑ 12° 51′ 25″ 71
24	♑ ♒	♀	ϋπεγϊπεγτηϲ ϋπεγινεγτη. K.	سعد السعود	medium ♒, sc. β, ξ in ♒ (I.)	♑ 25° 42′ 51″ 42
25	♒	☉	ϋπεγθεριαν	سعد الاخبية	finis ♒, initium ♓, sc. γ, ζ, π, η in ♒.	♒ 8° 34′ 17″ 14
26	♒ ♓	♂	αρτγλοϲ	الفرغ المقدم (MS. الفرغ)	in ♓, vel α β in Pegaso (I.)	♒ 21° 25′ 42″ 86
27	♓	♃	αρτγλοϲια	الفرغ الموخر	in ♓, vel γ in Pegaso et α in Andromeda (Id.)	♓ 4° 17′ 8″ 58
28	♓	♄	ϰγτων	بطن الحوت (K. بطن الخوت)	Venter balaenae, vel β Andromedae (I.)	♓ 17° 8′ 34″ 29

§. 17.
De 36 Decuriis.

Decuriae, siue deni Zodiaci atque signorum gradus, quarum domini vocantur decani, facies, *προσωπα*, פנים, quamuis saepissime commemoratae, accuratius tantum a Firmico, Vettio Valente et Origine describuntur [60]). Decuriarum domini sunt planetae, vt reliquis Zodiaci in partibus, quo ordine apud Aegyptios veniunt, ita tamen, vt ab vltimo, scilicet ♄, initium fiat, atque ♂ in ♈ 0° incipiat. Praeter dominos tres, qui ad stellas singulas, etiam in alienis locis positas, relati sunt, vt Sothis decanus ad stellam caniculam, Sothem siue Sirium, signum quoduis nouem praepositos habet, ita vt pro decuriis singulis tres munifices, siue synergi, reperiantur [61]). Haec esse ratio videtur, ob quam nomina decanorum a veteribus commemorata passim valde inter se discrepant, si ab eo discesseris, quod librarii vocabula tam obscura, barbara et illecta magnopere torserunt. Addere licet, totam Aegyptum instar Zodiaci in 36 decurias siue Nomos diuisam fuisse. Praeterea, quamquam decani singuli in decem integros gradus imperium suum exercere dicuntur, sunt tamen in vnaquaque decuria partes singulares prae ceteris addictae suis dominis, quae sedes decanorum appellantur. Tabula sequens exhibet ordinem decuriarum, decanos, eorum nomina, domicilia et sedes, prout veteres ea tradiderunt. Nomina ab Origine allata cum reliquis conferre studui.

Ordo	*Domini*	*Signa*	*Firmicus*	*MS. Vett. Valens*	*Origines*	*Domicilia*		*Sedes*
1	♂	♈	Asiccan	*Χονταρε*	— —	♈	0° — 10	3° — 8°
2	☉		Senacher	*Χονταχρε*	*Χνατ*		10 — 20	17 — 20
3	♀		Asentacer	*Σεκετ*	*Σικατ*		20 — 30	26 — 30
4	☿	♉	Asicath	*Χωου*	*Βιου*	♉	0° — 10	3 — 11
5	☽		Viroaso	*Ἐρω*	*Ἐρεβιου*		10 — 20	13 — 21
6	♄		Aharph	*Ῥομβομαρε*	*Ῥομανορ*		20 — 30	26 — 30
7	♃	♊	Thesogar	*Θοσολκ*	— —	♊	0° — 10	0 — 7
8	♂		Verasua	*Οἰαρε*	— —		10 — 20	9 — 14
9	☉		Tepisatosoa	*Φονορ*	*Ῥεινωορ*		20 — 30	17 — 23
10	♀	♋	Sothis	*Σωθις*	— —	♋	0° — 10	6 — 12
11	☿		Syth	*Σιτ*	— —		10 — 20	14 — 18
12	☽		Thuimis	*Χνουμις*	*Χνουμεν*		20 — 30	20 — 29

60) Firmic. Lib. II. p. 17. Lib. IV. pag. 107. c. 16. Salmasius de ann. climacter. p. 610. ed. 1648. Bat. Origines contr. Celsum L. IV. Salmasius de ann. Climact. p. 61. Dupuis Origine de tous les cultes T. I. p. 180. Jamblich. de myster. Aeg. c. 39. Indi decanos non solum pariter atque Persae aliique in Zodiacum receperunt, sed etiam idolo cum 36 capitibus repraesentarunt. Vid. I. Scaliger not. in Manil. p. 336.

61) Jul. Firmicus Mat. Lib. II. cap. IV. pag. 17.

Ordo	Domini	Signa	Firmicus	MS. Vett. Valens	Origines	Domicilia	Sedes
13	♄	♌	Aphruimis	Χαρχνουμις	Χναχνουμεν	♌ 0° — 10	0° — 7°
14	♃		Sithacer	Ἤπη	— —	10 — 20	10 — 14
15	♂		Phuonisie	Φουπη	— —	20 — 30	20 — 30
16	☉	♍	Thumis	Τωμ	— —	♍ 0° — 10	5 — 9
17	♀		Thopitus	Οἰεσσυκατι	— —	10 — 20	17 — 20
18	☿		Aphut	Ἀφοσο	— —	20 — 30	23 — 27
19	☽	♎	Serucuth	Σουχωε	— —	♎ 0° — 10	0 — 5
20	♄		Aterechinis	Πτηχουτ	— —	10 — 20	13 — 16
21	♃		Arepien	Χονταρε	(Κνατ?)	20 — 30	24 — 27
22	♂	♏	Sentacer	Στωχνηνε	(Σικατ?)	♏ 0° — 10	3 — 8
23	☉		Tepiseuth	Σεσμε	— —	10 — 20	14 — 20
24	♀		Senciner	Σιεμε	— —	20 — 30	22 — 27
25	☿	♐	Eregbuo	Ῥηουω	— —	♐ 0° — 10	0 — 8
26	☽		Sagen	Σεσμε	— —	10 — 20	11 — 19
27	♄		Chenen	Κομμε	— —	20 — 30	23 — 30
28	♃	♑	Themeso	Σματ	— —	♑ 0° — 10	6 — 10
29	♂		Epima	Σρω	— —	10 — 20	15 — 19
30	☉		Homoth	Ἰσρω	— —	20 — 30	24 — 30
31	♀	♒	Oroasoer	Πτιαυ	— —	♒ 0° — 10	4 — 9
32	☿		Astiro	Ἀσευ	— —	10 — 20	13 — 19
33	☽		Tepisatras	Πτηβυου	(Βιου?)	20 — 30	22 — 30
34	♄	♓	Archatapias	Ἀβιου	(Ερεβιου?)	♓ 0° — 10	6 — 12
35	♃		Thopibui	Χονταρε	— —	10 — 20	15 — 19
36	♂		Atembui	Πτιβιου	— —	20 — 30	25 — 28

Huic Zodiaci in 36 decurias diuisioni ea fuisse videtur proxima, qua 72 partes orirentur. Traditur enim obiter, regiones etiam 72 a veteribus numerari. Huc spectat illud, 72 heroes cum Typhone contra Osiridem conspirasse, quibus singulis, Osiride primum in 36, hinc in 72 partes dissecto, vna Osiridis pars data fuerit*). Horizontis vero diuisiones conueniunt cum Zodiaci partitionibus. Item Horapollo (I. §. 14. p. 26.) tradit, mundum pariter atque cynocephalum 72 partibus ac regionibus constare.

*) Horapollo L. I. c. 14. Jablonskii Pantheon Aeg. Lib. V. c. III. § 7.

§. 18.

De Horiis.

Horia, siue Termini, sunt quinae cuiusque signi partes, longitudine inter se diuersae; quorum tria genera a veteribus commemorantur, Aegyptiaca, Chaldaica et Ptolemaei inuenta. Quum Horia Chaldaica et illa Ptolemaei, quae serioris aetatis sunt, in Aegypto non adhibita fuerint, vt vidi; non nisi de Aegyptiacis nobis agendum erit accuratius. Aegyptiorum Horia, 60 numero, quinque planetis ☿ ♀ ♂ ♃ et ♄ adscribuntur, quare singuli eorum 12 Horia possident, ita quidem vt de 360 gradibus eclipticae habeant

Planeta	☿	♀	♂	♃	♄	Summa
Gradus	76	82	66	79	57	360°

Nam ☉ et ☽ inter dominos Horiorum, qui Horiocratores vocantur, non reperiuntur, atque Horiocratores id habent proprium, quod munifices non admittunt. Ceterum ordo Horiocratorum atque longitudo Horiorum in singulis signis apud Aegyptios tam varia est, vt frustra huius rei leges quaeras, quemadmodum veteres iam tradiderunt [62]). E tabula sequenti apparet, qui sint Horiocratores, et quonam ordine apud Aegyptios, quibus punctis incipiant Horia, quotque gradus amplectantur in singulis Zodiaci signis.

	Ordo		*Initium*	*Longitudo*
♈	1	♃	0° — 6°	6
	2	♀	7 — 12	6
	3	☿	13 — 20	8
	4	♂	21 — 25	5
	5	♄	26 — 30	5
♊	1	☿	0° — 6°	6
	2	♃	7 — 12	6
	3	♀	13 — 17	5
	4	♂	18 — 24	7
	5	♄	25 — 30	6
♌	1	♃	0° — 6°	6
	2	♀	7 — 11	5
	3	♄	12 — 18	7
	4	☿	19 — 24	6
	5	♂	25 — 30	6

	Ordo		*Initium*	*Longitudo*
♉	1	♀	0° — 8°	8
	2	☿	9 — 14	6
	3	♃	15 — 24	8
	4	♄	25 — 27	5
	5	♂	28 — 30	3
♋	1	♂	0° — 7°	7
	2	♀	8 — 13	6
	3	☿	14 — 19	6
	4	♃	20 — 26	7
	5	♄	27 — 30	4
♍	1	☿	0° — 7°	7
	2	♀	8 — 17	10
	3	♃	18 — 21	4
	4	♂	22 — 28	7
	5	♄	29 — 30	2

62) Firmicus L. II. c. 6. Ptolemaeus Quadrip. L. I. c. 21. p. 17. Proclus Diad. L. I. c. 23. p. 64. 66. Dorotheus Sidonius, Vettius Valens al. Vid. Salmas. de ann. climact. p. 288. sq.

	Ordo		Initium	Longitudo
♎	1	♄	0°—6°	6
	2	☿	7—14	8
	3	♃	15—21	7
	4	♀	22—28	7
	5	♂	29—30	2
♐	1	♃	0°—12°	12
	2	♀	13—17	5
	3	☿	18—21 (23)	4 (6)*
	4	♄	22—24 (27)	5 (4)
	5	♂	25—30	4 (3)
♒	1	☿	0°—7°	7
	2	♀	8—13	6
	3	♃	14—20	7
	4	♂	21—25	5
	5	♄	26—30	5

	Ordo		Initium	Longitudo
♏	1	♂	0°—7°	7
	2	♀	8—11	4
	3	☿	12—19	8
	4	♃	20—24	5
	5	♄	25—30	6
♑	1	☿	0°—7°	7
	2	♃	8—14	7
	3	♀	15—22	8
	4	♄	23—26	4
	5	♂	27—30	4
♓	1	♀	0°—12°	12
	2	♃	13—16	4
	3	☿	17—19	3
	4	♂	20—28 (27)	9 (8)**
	5	♄	29—30	2 (3)

Ab his Horiis Aegyptiacis, vti monitum est, differunt Horia Chaldaica, non solum ordine dominorum, qui, quum apud Aegyptios a signorum dominis petantur, apud Chaldaeos Trigonorum dominos sequuntur; sed etiam ambitu Horiorum, qui aequabili ratione deinceps in quouis signo minuitur, quod vno exemplo illustretur. De Ptolemaei, qui Hypsomata praeposuit et, qui etiam ☉ et ☽ Horia tribuit, Valentis Horiis, quippe quae recentioris aetátis sunt, non iuuat disserere accuratius [63]).

Horia Aegyptiaca, Chaldaica, Ptolemaeia comparata.

	Ordo	Dom. Aeg.	Dom. Chald.	Dom. Ptol.	Long. Aeg.	Long. Chal.	Long. Ptol.
♈	1	♃	♃	♃	6	8	6
	2	♀	♀	♀	6	7	8
	3	☿	♄	☿	8	6	7
	4	♂	☿	♂	5	5	5
	5	♄	♂	♄	5	4	4

*) Nota. Numeri ( ) inclusi, sunt ex tabula Firmici L. II. c. 6. p. 19, quae, quum sint contra et Proclum, et Ptolemaeum, et Dorotheum, pro erroribus habeantur.

**) Ex tabula Firmici L. II. c. 6. p. 19, haud dubie falsa.

63) Ptolemaeus Quadr. L. I. c. XXI. p. 17. 18. Proclus L. I. c. XXIV. p. 68. Sextus Empir. adu. Ast. L. V. c. 37. Salmasius de Ann. Climact. p. 292.

§. 19.
De Topis.

Topi, siue Loci, sunt decem partes aequales vnius signi, quare circulus eclipticus 120 Topos, vel Locos continet, quorum singuli 3° constant. De dominis Locorum id tantum a veteribus traditur, eos instar Horiocratorum Chaldaicorum eligi. At difficillimum est, iudicare de legibus, ad quas Horiis Chaldaei dominos suos addixerunt. Quamquam enim docent, primum Horiocratorem, si a ♈ incipias, esse dominum huius Trigoni, scilicet ♃; secundum secundi Trigoni dominum, siue ☿; tertium tertii ♄, et sic porro: contendunt tamen, hunc ordinem non vbique seruari [64]). Quare sine aliis auxiliis nihil certi de dominis Toporum tradendum esse videtur, nisi id, quod ex illo praecepto sequitur, ☉ et ☽ nullam habere inter Locos dominationem. Sin domini Locorum, quod vero simillimum videtur, eo ordine sese excipiunt, vti Horiocratores Chaldaei, hi sunt Locorum certe in ♈ et ♉ domini.

♈	*Ordo*	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
	Domini	♃	♀	♄	☿	♂	♃	♀	♄	☿	♂
	Gradus	3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
♉	*Domini*	♀	♄	☿	♂	♃	♀	♄	☿	♂	♃
	Gradus	3	6	9	12	15	18	21	24	27	30

§. 20.
De Dodecatemoriis.

Dodecatemoria, vel Duodecatemoria, Duodecimae, sunt duodecim partes vnius signi aequales, quare numerantur 144 per circulum, singula 2° 30′ longa. De quorum dominis Empiricus et Ptolemaeus tradunt, eos esse domorum dominos secundum signorum successionem. Disertius tradit Sextus Empiricus, veluti in ♈ primum Dodecatemorium dici ♈ *et masculinum*, secundum ♉ *et feminimum*, siue, quod idem est, quodque ex Ptolemaeo sequitur, ♂ *et masculinum*, ♀ *et feminimum* [65]). Aegyptii enim pro signis nominant domus planetarum, vel dominos domiciliorum seu signorum. Qua ex lege habemus dominos Dodecatemoriorum in ♈ et ♉ et ♊ infra indicatos. In reliquis enim similis est ratio.

---

64) Ptolemaeus Quadripart. L. I. c. 22. p. 19. „Quidam vero, inquit, per alias partes, per X scilicet, signa diuiserunt, secutique sunt in ordine id, quod Chaldaei in terminorum ordine sequebantur.“ Proclus Paraphr. Lib. I. cap. XXII. p. 19. Cap. XXV. p. 73. Ibidem duodecimas vnius partes vocat locos, seu topos.

65) Ptolemaeus Quadripart. L. I. c. XXII. p. 19. Sunt, inquit, qui per partes praedictis partibus breuiores, locos scilicet duodecimas vnius signi partes, quae sunt duorum graduum et semis, Zodiacum diuiserunt, quarum dominos domorum dominos posuerunt, secundum signorum successionem. Sext. Empir. adu. Ast. L. V. c. 9. p. 339. ἐνιοι δε και, inquit, ἑκαστον ζωδιον εἰς δωδεκατημορια διελοντες, τῃ αὐτῃ σχεδον ἐφοδῳ χρωνται. οἷον ἐπι κριου, το μεν πρωτον δωδεκατημοριον αὐτου, κριον τε καλουσι και ἀῤῥεν, το δε δευτερον ταυρον τε και θηλυ, το δε τριτον διδυμους. τε και ἀῤῥεν. και ἐπι των ἀλλων μοιρων ὁ αὐτος λογος. Vid. Scaliger ad Manil. p. 112.

	Ordo	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
♈	*Dom.*	♂	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃
	Signa	♈ et mas.	♉ et fem.	♊ m.	♋ f.	♌ m.	♍ f.	♎ m.	♏ f.	♐ m.	♑ f.	♒ m.	♓ f.
	Init.	0° —	2° 30′ —	5° —	7° 30′ —	10° —	12° 30′ —	15° —	17° 30′ —	20° —	22° 30′ —	25° —	27° 30′
	Dom.	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂
♉	*Signa*	♉ et mas.	♊ et fem.	♋ m.	♌ f.	♍ m.	♎ f.	♏ m.	♐ f.	♑ m.	♒ f.	♓ m.	♈ f.
	Init.	— 2° 30′	— 5°	— 7° 30′	— 10°	— 12° 30′	— 15°	— 17° 30′	— 20′	— 22° 30′	— 25°	— 20° 30′	— 30°
	Dom.	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀
♊	*Signa*	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉

§. 21.

De Icostemoriis.

Icostemoria, siue Vigesimae, sunt viginti vnius signi partes aequales, 1° 30′ longae. Quamquam enim haec Zodiaci diuisio diserte non commemoratur a veteribus, diserte tamen ab iis traditur, priores diuisiones, vt Pemptemoria, Decatemoria, Dodecatemoria, rursus diuidi in minores partes vsque fere ad infinitum [66]). Est etiam tantum interuallum a Dodecatemoriis ad Gradus, vt sua sponte clarum sit, si ad priorem maiores partes semper minoribus distinguendi modum, siue ad analogiam respicias, inter Dodecatemoria et Gradus fuisse alias quoque diuisiones his quidem maiores, illis vero minores. Idem valet de Icostotetartemoriis, de quibus infra dicendum erit. Quod dominos Icostemoriorum attinet, vix dubium est, eos ordine Toporum venire, quum Icostemoria sint Topi dimidiati, quumque eadem ratio intercedat Trigona et Hexagona, quae sunt Trigona dimidiata. Quum vero de dominis Toporum, vt vidimus, non satis constet, non satis certa esse videntur, quae de dominis Icostemoriorum tradita sequuntur.

Ordo	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
♈	♃	♀	♄	☿	♂	♃	♀	♄	☿	♂	♃	♀	♄	☿	♂	♃	♀	♄	☿	♂
♉	♀	♄	☿	♂	♃	♀	♄	☿	♂	♃	♀	♄	☿	♂	♃	♀	♄	☿	♂	♃

§. 22.

De Icostotetartemoriis.

Icostotetartemoria, quae barbare dicere liceat, sunt viginti quatuor vnius signi partes aequales, 1° 15′ longae. Sequitur haec diuisio ex eo, quod Aegyptii secundum astronomorum testimonia particulas Zodiaci minores Dodecatemoriis et paullo maiores Gradibus habuerint, quodque saltus est a partibus 2° 30′ ad 1°, vt § praecedente monuimus. De dominis Icostotetartemoriorum clarum est, quum sint Dodecatemoria dimidiata, eos ordine dominorum Dodecatemoriorum procedere, vt sequens tabula de ♈ et ♉ docet [67]).

---

66) Proclus Paraphras. in Ptolem. Quadrip. Lib. I. cap. XXV. p. 73. Firmicus Lib. II. cap. IV. pag. 17., quo loco nouem vnius signi munifices, veluti 9 Musae, cogitari non possunt particulis vnius signi aequalibus carentes.

67) Vid. supra §. 20. atque notata nostra sub 66.

Ordo	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24
♈	♂	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃
♉	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂	♀	☿	☽	☉	☿	♀	♂	♃	♄	♄	♃	♂

§. 23.

De Gradibus, siue Moeris.

Diuisio Zodiaci in 360 Gradus adeo solemnis fuit, vt etiamnum apud nostrates in vsu sit, quippe ab Aegyptiis ad omnes fere gentes occidentales subinde propagata. Nititur enim haec diuisio Zodiaci, pariter atque circuli, partitione anni vagi, 360 diebus constantis. Dominus Gradus appellatur Μοῖρα, Parca, ϯ ⲧⲱⲧⲉⲣ, الدرجه; nec difficile est, de eorum natura aliquid certi tradere [68]). Scilicet Paulus Alexandrinus loco laudato exhibet dominos Graduum, siue Moeras omnes. Cum Paulo Alexandrino consentit Firmicus Maternus, licet Myriogenesis illa (Lib. VIII. cap. XIX.) magis ad singulas vnius signi triginta stellas, quam ad triginta vnius signi gradus eorumque dominos spectare videatur. Scilicet Firmicus loco laudato cuiusque gradus vires et effectus describit, ex quo, cognita planetarum natura, vt infra docebitur, ipsas eruere licet dominorum naturas et nomina. Quum igitur illum catalogum (pag. 223 — 243) perlustrare velis, inuenies, post septimum quemque gradum plerumque vel eadem vel similia tradi apotelesmata, atque primam cuiusque signi Moeram idem fere significare atque dominum signi. Ex quo sequitur, dominum Gradus primi in signo vnoquoque cum domino signi ipsius congruere. Porro quum, inuento Gradus domino, de eius pedissequo quaeras, quasi vbique ex hoc ordine esse apparet: ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽. Itaque haec lex Moerarum est, vt primus cuiusuis signi gradus habeat dominum eum, quem habet id signum, vel ea domus. Secunda Moera est ea, quae in ordine planetarum ♄ ♃ ♂ ☉ ☿ ♀ ☽ post primam locum habet. Denique haec series vsque ad finem repetitur. Itaque clarum est, maxime e Paulo Alexandrino, ordinem dominorum Graduum siue Moerarum eum esse, quem sequens tabula docet de ♈ et ♉. In reliquis enim eadem est ratio. Ceterum commemorandum est, alias Moeras deinceps masculinas, alias femininas esse [69]).

♈ domus ♂															
Ordo	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
Domini	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂
Ordo	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
Domini	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉

♉ domus ♀															
Ordo	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
Domini	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀
Ordo	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
Domini	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿

68) MS. Copt. Memphit. Bibl. Reg. Paris. No. L. Vocabul. p. 10. Kircher Ling. Aeg. Rest. p. 53. Firmicus L. VIII. c. 19. p. 223. Paulus Alexandrinus ed. Viteberg. 1586. sine pagg. fol. 20.

69) Firmicus L. IV. c. XVII. p. 111. seq. Ptolemaeus Quadripart. L. I. c. XXII. p. 19. Vid. Tab I. no. 22. 23.

§. 24.
De Leptis.

Lepta, siue Minutae, † ογερϭι, † ογερϣι الدقيقة الهجعة, sunt 60 vnius gradus partes longitudine inter se pares. Quamquam veteres accuratius de Leptis non disseruerunt; de eo saltem dubitare non licet, singulis Minutis dominos praefuisse, qui, siue septeni, siue quini, certo quodam ordine inuicem per singulos gradus atque signa sese exciperent. Minutis enim pariter atque Moeris certas quasdem potestates et effectus tribuisse veteres, consentaneum est, de quo idem liber Anubidis, Myriogenesis appellatus, egisse videtur. Quemadmodum vero ex Sexto Empirico patet, Lepta esse minutissimas Zodiaci partes, ita ex Firmico colligitur, etiam Minutas in minores partes, forte in Secundas, vt apud nostrates obtinet, diuisas fuisse[70]. Quod dominos Leptorum attinet, quum 60 sint in vno gradu, siue bis 30, coniicere licet, eorum ordinem cum Moerarum ordine conuenire. Hinc, in ♈ Gradu primo et secundo, non abhorret a veri specie, hos fuisse dominos Leptorum:

♈ 1°	♂	♀	☿	♄	♃	♂	♀	☿	♄	♃	♂	♀	.....♃
♈ 2°	♀	☿	♄	♃	♂	♀	☿	♄	♃	♂	♀	☿	.....♂

Sed haec non nisi aliis scriptis ac testimoniis satis ad liquidum perduci poterunt.

---

§. 25.
De Stellis Zodiaci.

Quemadmodum Aegyptii singulis eclipticae partibus suos adtribuerunt praefectos, ita etiam singularum stellarum, praesertim maiorum vel clariorum dominos, nempe planetas constituerunt, vt sequens tabula docet. In quo Proclus a Ptolemaeo differt, id literis Pt. et Pr. notaui. Praeterea Firmicus claras quasdam et regias stellas commemorat, quae quin alios dominos agnoscant, non dubium est. Particulas imaginum zodiacalium, quas veteres fecerunt, quasque in secunda columna expositas habes, solus Firmicus descripsit[71].

---

70) Sextus Empir. adu. Ast. L. V. p. 339. §. 5: „λεπτα καλουσι τα ἐλαχιστα και ἀμερη." Firmicus L. VIII. c. XVIII. p. 223. L. II. c. V. p. 18. „una pars (gradus), inquit, in minuta diuiditur 60, et sic deinceps." Firmicus L. III. c. I. p. 45. De nomine Leptorum Coptico et Arabico vid. MS. Copt. Bibl. Reg. Par. No. L. p. 10. Lex.; Kircher Ling. Aeg. Res. p. 55.

71) Proclus Diad. L. I. cap. IX. p. 32. ss. Ptolemaeus Quadrip. L. I. c. IX. p. 8. Firmicus Lib. VIII. c. 31. p. 243. Lib. VI. cap. 1. p. 150 ss. Lib. VIII. c. II. p. 213.

	Ordo	Partes	Gradus	Ordo	Partes apotelesm.	Domini	Stellae claraе et regiae
♈	1	cornua	1 — 2				
	2	caput	3 — 5	1	caput (vertex Pt.)	♂ et ♄ aliquid	
	3	facies	6 — 7				
	4	os	8 — 10	2	os	☿	
	5	pectus	11 — 12				11° Pectus stel. clara
	6	ceruix	13 — 15				
	7	cor	16 — 17				
	8	armus dexter	18 — 19				
	9	armus sinister	20 — 22				
	10	venter	23 — 25				
	11	pedes	26 — 27	3	pedes posteriores	♂	
	12	renes	28 — 30	4	cauda	♀	30° cornua tauri, stella clara
♉	1	cornua	1 — 2				1° cornu dextrum, stella clara
	2	facies	3 — 5				
	3	ceruix	6 — 7				
	4	frons	8 — 10				
	5	cor	11 — 12				
	6	humeri	13 — 15	1	caesura (humerus Pt.)	♀, aliquid ♄	15° stella regia
	7	pedes anteriores	16 — 17	2	Pleiades (thorax Pt.)	☽ et ♂	
	8	venter	18 — 20				
	9	genicula	21	3	fax Hyadum (Aldebaran Pt.)	♂	
	10	pedes posteriores	22 — 25	4	caput et venter	♄, aliquid ☿ (♄ et ♂ Pt.)	27° stella regia
	11	natura	26 — 27				
	12	coxa	28 — 29	5	cacumina cornuum	♂,	
	13	cauda	30				30° stella reg.
♊	1	ad aquilonem	1 — 2				
	2	cor	3 — 5				
	3	humeri	6 — 7				
	4	pectus	8 — 10				
	5	manus	11 — 12				
	6	pedes	13 — 15	1	pedes	☿, aliquid ♀	
	7	inter vtrumque	16 — 17	2	femora (coxae Pt.)	♄	
	8	caput australis	18 — 20				
	9	facies	21 — 22	3	capitis stella lucida oriental. (Auellar Pt.)	☿ siue Apollo	
	10	pectus	23 — 24				
	11	venter	25 — 26				
	12	genicula	27 — 29	4	capitis stella lucida occident. (Abracaleus Pt.)	♂ siue Hercules	
	13	pedes	30				

	Ordo	Partes	Gradus	Ordo	Partes apotelesm.	Domini	Stellae claraе et regiae
♋	1	caput	1 — 2				
	2	collum	3 — 5				
	3	fauces	6 — 7				
	4	oculi	8 — 10	1	oculi (nebula) (pedes Pt.)	☿, aliquid ♂	
	5	dorsum	11 — 12				
	6	a stomacho vsque ad pectinem	13 — 15				
	7	latera	16 — 17				
	8	chelae anteriores	18 — 20	2	vngulae (Azubene Pt.)	♄ et ☿	
	9	chelae posteriores	21 — 22				
	10	dextri pedes	23 — 25	3	praesepe (pectus, Meelef Pt.)	♂ et ☽	
	11	pedes sinistri	26 — 27				
	12	pedes extremi	28 — 29	4	aselli	♂ et ☉	
	13	cauda	30				
♌	1	caput	1 — 2	1	capitis 2 stellae lucidae	♄, aliquid ♂	2° stella lucida
	2	facies et crines	3 — 5				
	3	os	6 — 8				
	4	cor	9 — 11	2	colli 3 stellae	♄, aliquid ☿ (aliquid ♂ Pt.)	5° stella regia
	5	humeri	12 — 13				
	6	pedes	14 — 17				
	7	venter	18 — 19				
	8	dorsum	20 — 22	3	Regulus	♂ et ♃ (♃ et ♂ Pt.)	
	9	pecten	23 — 24				
	10	genicula	25 — 27	4	dorsi et caudae stellae	♄ et ☿ (♀ et ♄, aliquid ☿ Pt.)	
	11	natura	28				
	12	renes	29	5	femora (coxae Pt.)	♀, aliquid ☿	
	13	cauda	30				
♍	1	caput	1 — 2	1	vertex, ala or. (et oculus Pt.)	☿, aliquid ♂	
	2	facies	3 — 5				
	3	manus	6 — 7	2	ala oc. et cingulum (al. sep. et dorsum Pt.)	☿, aliquid ♀ (modicum ♂ Pt.)	
	4	pectus	8 — 14				
	5	mamilla dextra	15 — 17				
	6	mamilla sinist.	18 — 20	3	Vindemiator (Almucedeme alacaf Pt.)	♄ et ☿	
	7	venter	21 — 22				
	8	pes dext.	23 — 25	4	Spica virginis (Azimech alaazel)	♀, aliquid ♂ (modicum ☿ Pt.)	
	9	pes sinis.	26 — 27				
	10	renes	28 — 29				
	11	naturale	30	5	Pedes et fimbria	☿, aliquid ♂	
♎	1	caput	1 — 2				
	2	pars sinistra	3 — 5				
	3	dextra pars	6 — 7				

	Ordo	Partes	Gradus	Ordo	Partes apotelesm.	Domini	Stellae claraae et regiae
♎	4	caput	8—10				
	5	laeuum iugum	11—12				
	6	iugum dext.	13—15	1	chelarum ♏ finis (Azubene Pt.)	♃ et ☿ (♄ et ☿ Pt.)	
	7	cor	16—17				
	8	dextra manus	18—21				
	9	pectus	22—23	2	medietas	♄, aliquid ♂	
	10	renes	24—26				
	11	pedes	27—28				
	12	finis	29—30				
♏	1	caput	1—2				
	2	frons	3—5	1	frons	♂, aliquid ♄ (♂ sine ♄ Pt.)	7° stella regia
	3	facies	6—7				
	4	collum	8—10				
	5	dorsum	11—12				
	6	venter	13—15	2	venter, Antares (cor Pt.)	♂, aliquid ♃	13° stella clara
	7	manus dext.	16—18				
	8	sinist. man.	19—20	3	caudae annuli	♄ et ♀	19° stella clara
	9	pedes dext.	21—22	4	aculeus	☿ et ☊	
	10	pedes sinist.	23—25		nebula (Alatha Pt.)	☊ et ☽	
	11	aculeus	26—30				
♐	1	caput	1—2	1	sagittae cuspis	☊ et ☽	
	2	facies	3—5				
	3	os	6—7				
	4	ceruix	8—10				
	5	manus sin.	11—12				
	6	arcus	13—15	2	arcus cum chorda	♃ et ♂	
	7	pedes anter.	16—17	3	nebula in facie (Alatha Pt.)	☉ et ♂	22° stella clara
	8	dorsum	18—20				
	9	venter	21—22	4	fascia et dorsum (sagitta Pt.)	♃, aliquid ☿	
	10	pedes poster.	23—25	5	pedes, crura	♃ et ♄	
	11	natura	26—27				
	12	manus dext.	28—29	6	quadrangulum in cauda	♀, aliquid ♄	
	13	cauda	30				
♑	1	cornua	1—2	1	cornua	♀, aliquid ♂	3° stella clara
	2	caput	3—5				
	3	facies	6—7				
	4	os	8—10	2	os	♄, aliquid ♀ (et ♂ Pt.)	
	5	cor	11				
	6	ceruix	12—13				
	7	scapulae	14—15				

	Ordo	Partes	Gradus	Ordo	Partes apotelesm.	Domini	Stellae clarae et regiae
	8	manus dext.	16—18				
	9	dorsum	19—20				
♉	10	venter	21—23	3	pedes et venter (Pt. omittit)	♂ et ☿ (Pt. omittit)	
	11	latus	24—27				
	12	cauda	28—30	4	cauda	♄ et ♃	
	1	caput	1— 2	1	humeri (hauritorium Pt.)	♄ et ☿	1° stella clara
	2	facies	3— 5				
	3	dorsum	6— 7	2	manus dextra et frons	♄ et ☿	
	4	pectus	8—10				
	5	manus dext.	11—12				
	6	fluuius	13—15	3	crura (coxae Pt.)	☿, aliquid ♄	
♒	7	manus sin.	16—17				
	8	latera	18—19				
	9	venter	20—21	4	aquae fluxus	♄, aliquid ♃	20° stella regia
	10	pedes	22—24				
	11	renes	25—27				
	12	cantharus	28—30				
	1	os piscis austral.	1— 2	1	caput piscis oriental.	☿, aliquid ♄	
	2	caput	3— 5				
	3	fauces	6— 7	2	venter	♃ et ☿	10° stella clara
	4	collum	8—10				
	5	spina	11—12	3	cauda et vinculum orientale	♄, aliquid ☿	
	6	dorsum	13—15				
♓	7	linum	16—18	4	venter piscis borealis	♃, aliquid ♀	
	8	caput piscis aquilonar.	19—20				
	9	os	21—22	5	vinculum boreale	♄ et ♃	
	10	pectus	23—25				
	11	ceruix	26—28	6	stella lucida in vinculo	♂, aliquid ☿	
	12	cauda	29—30				

§. 26.

De Aequatore.

Aequator coelestis is est circulus maximus, cuius singula quaeque puncta paribus interuallis a polis et septemtrionali et antarctico distant. Sunt autem diuisiones quaedam astronomicae apud Aegyptios, quae partim haud dubie rectius ad Aequatorem, quam ad Zodiacum referuntur, partim ad vtrumque. Cuius generis haec esse videntur [72]).

72) Vid. Ideler Chronologie Vol. II. pag. 6. Vol. I. p. 231. 229.

Nomina	*Numerus*	*Longitudo*
Hemisphaeria	2	180°
Ogdoemoria	8	45°
Dodecatemoria	12	30°
Icostotetartemoria	24	15°
Horia s. Termini	720 (30=1 Icostotetartemor.)	0° 30′
Minuta	1440 (60=1 Icostotetartemoria)	0° 15′

Quamquam enim hae diuisiones esse dicuntur temporis, apparet tamen ex locis Xenophontis et Arati, tempora diei non solum horologiis, et aquariis, et solariis, cognita fuisse, sed etiam stellis[73]. Quum vero tempora ex stellarum ortu et altitudine diiudicanda essent, id non ex Zodiaci, sed ex Aequatoris stellis satis recte fieri potuit. Ascensio enim graduum eclipticae differt ab ascensione graduum aequatoris, atque variat variis anni temporibus. Quam ob rem duo Hemisphaeria, alterum superius, alterum inferius, saepissime a veteribus commemorata, quibus diuisio diei in duas partes aequales nititur, quorumque mentionem fecimus supra §. 6, rectius huc trahi possunt. Diuisio Aequatoris octonaria conuenit cum antiquo Zodiaco octo in partes diuiso, eaque nituntur vigiliae veterum et diei partes tribus horis constantes, quae Aequatoris diuisio disertis verbis commemoratur ab Hipparcho et Achille Tatio[74]. Duodecim partes Aequatoris plane eaedem sunt, atque 12 signa Zodiaci, qua diuisione nititur diuisio diei integri in 12 partes, seu bihoria. Quamquam enim veterum scriptis demonstrari non satis potest, eiusmodi horas duplices apud Aegyptios in vsu fuisse; constat tamen, hanc diei diuisionem duodenariam apud gentes Aegyptiis affines, Sinenses scilicet et Japanenses, adhibitam fuisse. Restat, vt paullo accuratius de Horis Aequatoris disseramus.

---

§. 27.

De 12 Horocratoribus.

Diserte veteres loquuntur de Horis isemerinis, seu aequinoctialibus, atque planetariis in astronomia adhibitis, quae, quum omnia tempora ad astra relata fuerint apud Aegyptios, vix dubium est, quin Aequatoris partes attineant. Horae enim ciuiles ad solis ortum siue ad Zodiacum pertinent. Hinc dicitur dies longissimus 15 horis, breuissimus 9 constare[75]. Huc facit, quod nomen stellae ⲙ ⲥⲓⲟⲩ cum nomine horae et momenti conuenit, saltem radicem eandem habet. Nam ⲙ ⲥⲏⲟⲩ العين ϩⲁⲛ ⲥⲏⲟⲩ (الايان) الاون (الاوان) الاون significant tempus, terminum, intervallum horae, momentum. Haec autem Aequatoris diuisio facillima est. Quum enim Zodiacus

73) Socrates in Xenoph. Memorab. Lib. IV. c. 7. Aratus in Phaen. vers. 558. ss.

74) Herodot. L. II. c. 43. 46. 145. Ideler Chronologie Vol. I. p. 84. Petauii Vranolog. pag. 149. 260. 266.

75) Achill. Tatius in Petauii Vranol. p. 149. D. ib. pag. 145. 210.

pariter atque Aequator 12 partibus constet; vna hora durante dimidia pars vnius signi, siue 15 gradus deinceps oriuntur, vel meridianum transeunt. Porro quum diuisiones et Zodiaci et Aequatoris generales incipiant cum ♈; clarum est, etiam Horas isemerinas, vnde eorum nomen ortum est, a puncto aequinoctii verni initium facere. Apparet etiam, quum Aequator duabus partibus constet, duo esse genera Horarum sidericarum, quae vocari possunt

	Numerus	*Aequator*	*Dom.*	*Signa*
Horae sidericae superiores	12	Hemisphaerium superius	☉	♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍
Horae sidericae inferiores	12	Hemisphaerium inferius	♄	♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

Neque dubitare licet, singulares fuisse harum Aequatoris partium praesides. Commemorantur enim a veteribus Horarum domini Horocrateres, Diepontes appellati, atque omnibus diuisionibus astronomicis planetas praefuisse, repetere nolumus[76]).

Praeterea in oculos incurrit, quum Aegyptii minora temporum astronomicorum spatia habuerint, etiam minores Horarum partes ab iis in coelo distinctas fuisse. Saltem facillime distinguuntur Gradus dimidiati, etiam Hori siue Termini dicti, quibus respondent sexagesimae vnius signi partes, siue 0° 30′. Etiam minores Horarum partes fuisse, multis ex locis colligitur[77]). Apprime huc facit, quae Tatius de diuisione Horae in 30 terminos affert in Petauii Vranologio (p. 137. d.). *Την γε ἐν ταις ἰσημεριαις ὡραν*, inquit, *αὐτου (του Ἡλιου), καθ' ἣν ἰσως διερχεται τον πολον, εἰς λ ὁρους μεριζουσι. ὡστε το λ μερος της ὡρας, της ἐν τῃ ἰσημερινῃ ἡμερᾳ, ὁρον λεγεσθαι του δρομου του Ἡλιου.*

---

§. 28.
De Horoscopo.

Inter diuisiones coelestes siue astronomicas Aegyptiorum numerari debet Horoscopus, ⲫⲏⲉⲧⲛⲏⲟⲩ ⲉ̀ ⲡⲱⲙⲓ الطالع[78]). Horoscopus enim sensu latiori dicitur circulus maximus in Zodiaco, qui itidem in 12 partes diuisus ab ecliptica non nisi eo differt, quod non incipit cum ♈, sed cum eo Zodiaci signo, quod post certum temporis momentum oritur primum. Sensu strictiori Horoscopus est id ipsum signum integrum, 30 gradibus constans, quod certo tempore in Zodiaco oritur; strictissimo vero, stella in ecliptica oriens[79]). Horoscopi, tamquam Zodiaci variabilis, sunt partes primariae quatuor, infra asterisco notatae; secundariae octo; quae variis

---

76) Firmicus edit. Bas. anno 1551. post Praef. Tractat de Defin. pag. 3. col. b. col. Lib. II. cap. 31. Manil. Astronom. Lib. III. cap. 2. 3.

77) Hipparchus in Aratum. Petau. Vranol. p. 232., vbi dicit Sagittam oriri Hora 0° 20′ (γ̄ μερει ὡρας), col. ib. p. 209., vbi disserit de hora ex astris cognoscenda.

78) MS. Copt. Bibl. Reg. Par. pag. 9. Kirch. Ling. Aeg. res. p. 53. Sextus Empir. L. V. c. 12. p. 340. Firmicus L. II. c. XVI. p. 30. ss. Salmasius de Ann. Climacter. p. 82. ss.

79) Delambre Histoire de l'Astronomie anc. Vol. I. pag. 253. Vol. II. pag. 620. s.

apud veteres nominibus appellantur. His quidem partibus Astrologi non solum dominos, sed etiam potestatem quandam in 12 vitae humanae conditiones efficacem attribuerunt. Quae omnia sequens tabula ante oculos ponit. Caeterum ordinem partium inuertit Sextus Empiricus loco laudato, in quo cum reliquis non consentit.

	Ordo	Nomina	Domini	Significatio	Gradus	Longitudo
*	1 (12)	Anatole, Ortus, Horoscopus, HOR.	♃ m. ♐	vita	30°	0° — 30°
	2 (11)	Porta inferna, ὀνακλιμα κακου δαιμονος	♄ f. ♑	spes	30	30 — 60
	3 (10)	Thea, dea, ἐπαναφορα ἀγαθου δαιμονος	♄ m. ♒	dea vel fratres	30	60 — 90
*	4 (9)	Hypogeum, ὑπογην, ἀντιμεσουρανημα, Imum coeli, IMC.	♃ f. ♓	parentes	30	90 — 120
	5 (8)	Agathetyche, bona fortuna	♂ m. (♀) ♈	filii	30	120 — 150
	6 (7)	Kaketyche, mala fortuna, ποινη	♀ f. (♂) ♉	valetudo	30	150 — 180
*	7 (6)	Dysis, occasus, διαμετρον διοτικον, δυνων, OCC.	☿ m. ♊	coniux	30	180 — 210
	8 (5)	Hypocataphora, superna porta, Fortuna, κληρος τυχης, ἀρχη θανατου	☽ f. (☽) ♋	mors	30	210 — 240
	9 (4)	Theos, deus, Daemon, κληρος δαιμονος, μονομοιρια, κατω μερις	☉ m. (☉) ♌	religio vel deus	30	240 — 270
*	10 (3)	Mesuranema, μεσουρανημα, Medium Coeli, MC.	☿ f. ♍	MC	30	270 — 300
	11 (2)	Agathodaemon, bonus daemon	♀ m. (♃) ♎	bonus daemon	30	300 — 330
	12 (1)	Kakodaemon, malus daemon	♂ f. (♄) ♏	malus daemon	30	330 — 360

§. 29.

De diuisione temporum.

Maximi momenti est in astronomia et obseruationibus astronomicis factitandis Aegyptiaca temporum ratio. Astronomia enim ab antiquissimis inde temporibus cum chronologia coniuncta

§. 32.

De Mensibus.

Licet menses, ⲁⲃⲟⲧ, شهور, initio, quippe lunares, 28 diebus constarent, haud dubie tamen antiquissimis temporibus orti sunt illi Aegyptiorum menses 30 dierum. Qui quidem, additis diebus intercalaribus (ἐπαγομενοις) 5, efficiunt annum iustum 365 dierum. Nomina mensium satis cognita sunt ex libris Copticis, Graecis et Arabicis. Domini vero mensium, quamquam ab Herodoto, qui obiter de iis loquitur, non afferuntur, facile tamen eruuntur ex eorum nominibus[85]). Nomina Thebaica * notata sunt.

Ordo	Coptice	Graece	Arabice	Explicatio	Domini	Signa
1	ⲑⲱⲟⲩⲧ	Θωυθ	توت	ⲑⲟⲩⲟϯ Januarius	☿	♑
2	ⲡⲁⲏ̀ⲙⲓ ⲡⲁⲱⲙⲓ	Παωφι	بابه	ⲡⲁ ⲱϥⲓ — ⲱⲃ Februarius	♀	♒
3	ⲁⲑⲱⲣ	Ἀθυρ	هاتور (MS. K. هتور) Azar, אדר = ♂	ϩⲁ ϯ ⲱⲣ Martius	♂	♓
4	ⲭⲟⲓⲁⲕ	Χοιαχ, Χοιαχ	كيهاك (MS. K. كيهك)	ⲭⲱ ⲓⲟⲕ Aprilis	♃	♈
5	ⲧⲱⲃⲓ ⲧⲱⲃⲉ *	Θυβι	طوبه	ϯ ⲟⲩⲃⲉ Maius	♄	♉
6	ⲙⲉⲭⲓⲣ ⲙ̀ϣⲓⲣ *	Μεχιρ	امشير	ⲙⲟⲕϩ ⲱⲣ Iunius	♄	♊
7	ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ	Φαμενωθ	برمهات	ⲫⲁ ⲙⲁⲓ ⲛⲟⲩϯ — ⲙⲉ —	♃	♋
8	ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ	Φαρμουθι	برموده (K. برمونه)	ⲫⲁ ⲉⲣ ⲙⲟⲩⲧ — — ⲙⲉⲩⲧ	♂	♌
9	ⲡⲁϣⲱⲛⲥ ⲡⲁϣⲟⲛⲥ ⲡⲁⲭⲱⲛⲥ	Παχων	بشنس	ⲡⲁ ϸⲟⲙ	♀	♍
10	ⲡⲁⲱⲛⲓ ⲡⲁⲱ̀ⲛⲓ (MS.)	Παυνι	بونه (MS. K. بوونة)	ⲡⲁ ⲱ̀ⲛⲓ — ⲉⲛ	☿	♎
11	ⲉⲡⲏⲡ ⲉ̀ⲡⲏⲡ (MS.) ⲉⲡⲉⲓϕ	Ἐπιφι	ابيب	ⲏⲡⲓ ϥⲓ ⲉⲡⲏⲡ	☽	♏
12	ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ ⲙⲏⲥⲱⲣⲏ ⲙⲉⲥⲟⲩⲣⲏ * ⲙⲉⲥⲱⲣⲓ	Μεσωρι Μεσορη	مسرى (K. مشرى) (MS. مسرى)	ⲙⲓⲥ ⲱⲣ ⲙⲉⲥ ϩⲱⲣ	☉	♐
13	ⲡⲓ ⲉ̅ ⲛ̀ⲧⲉⲡ- ⲧⲉⲩⲧⲉⲣⲟⲛ	ἐπαγομενοι	(K. يوم الكبيس) (MS. خمس ايام النسى)	quinque dies intercalares		

85) Herodot. L. II. c. 82. col. Gatterer Theogonie der Aegypter p. 174. MS. Copt. Bibl. Reg. Par. No. L. pag. 15. Voc. Kircher Ling. Aeg. Res. p. 63. Ideler Chronologie Vol. II. p. 504. Zoega Catal. MSS. Copt. v. I.

Quamquam haec mensium explicatio passim non est satis certa, ex multis tamen patet, ordinem dominorum cum mensibus conuenire. Ceterum mensem Thoth respondere signo ♍, ex eo claret, quod Aegyptii tradunt, Isidem (☽) mense Paophi (♎) se grauidam vidisse, eamque Horum, siue ☉ ex solstitio hiberno prodeuntem, sub solstitium hibernum peperisse (Plut. Is. et Osir. p. 377.). Item Plutarchus (p. 366) refert, Osiridem (☉) mense Athyr (♏) periisse, quo quidem in signo ♏ ☉ ad solstitium hibernum accedit, hemisphaerium inferius iamiam ingressus. Sole in ♋ ingrediente festum Isidis ☽ celebratur. Ceterum Persarum menses plane conueniunt cum Aegyptiacis[86]).

§. 33.
De 52 Septimanis.

Quum omnes fere temporum diuisiones suos habuerint dominos, vix dubitare licet, Aegyptios etiam septimanis septem planetas praefecisse. Quorum cum ordo sit ☽ ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄, non ineptum est coniicere, singulos hebdomadum dominos per annum fuisse hos:

Ordo	1	2	3	4	5	6	7	8	50	51	52
Domini	☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄	☽	☽	☿	♀

§. 34.
De 7 Diebus Hebdomadis.

De ordine et nomine dominorum per singulos dies imperantium satis constat ex veteribus. Tradit enim Herodotus, etiam diebus planetas praefuisse, atque Dio Cassius hanc exhibet regulam. Sumto ordine, inquit, ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽, quum secundum interuallum musicum, quod quartum dicitur, quartam quemque planetam sumas, habes praefectos dierum per septimanam. Ex quo apparet, Aegyptiorum rationem ad nostram vsque aetatem conseruatam esse[87]). Paullo alia ratio fuit dierum hebdomadis apud Aegyptios vltimae. Quum enim sumimus, post 1461 annos Aegyptios annum demo incepisse cum primo mense atque prima cum septimana; annus, cuius 360 dies initio numerabantur, exit in dies ♄ ☉ et ☽. Post hos 360 dies quinque numina nata dicuntur, quae haud dubie dierum, quibus nascerentur singula, imperium habuerunt. Horum quinque numinum ordo hic est secundum Plutarchum; *Osiris*, *Arueris siue Horus senior vel Apollo*, *Typhon*, *Isis*, *Nephthys*, qui singulis deinceps diebus nascerentur. Eadem numina Diodorus Siculus sic recenset: *Osiris*, *Isis*, *Typhon*, *Apollo*, *Venus*[88]). Probabile est itaque, sub finem anni diebus quinque intercalaribus numina regnasse, quae secunda in tabula exstant.

Prima Septimana	*Ordo*	1	2	3	4	5	6	7
	Domini	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀
	Dies	Saturni Samstag	Solis Sonntag	Lunae Mondtag	Martis Dienstag	Mercurii Mittwoch	Jouis Donnerstag	Veneris Freytag

86) Ideler Chronol. Vol. II. pag. 516. ss.

87) Herodot. L. II. c. 82. Dio Cassius L. XXXVII. c. 17. Ideler Chronologie Vol. I. p. 179. ss. Ait Dio, ab Aegyptiis hunc vsum sublinde ad omnes populos venisse.

88) Plutarch. de Is. p. 355. 356. Diodor. Sic. pag. 13. Vid. Jablonski Pantheon P. II. c. 1. pag. 140.

Ultima	*Ordo*	1	2	3	4	5	6	7	1
Septimana	*Domini*	♄	☉	☽	(♂)	(☿)	(♃)	(♀)	(♄)
			Numina	Plutarch.	Osiris	Arueris Horus Apollo	Typhon	Isis	Nephthys
				Diodor.S.	Osiris	Isis	Typhon	Apollo	Venus

§. 35.

De diei partibus.

Ante omnia quaeritur, quod grauissimum est in astronomia, quo tempore Aegyptii diem inceperint. Inde etiam pendet initium mensium, annorum atque variorum cyclorum. Et tradunt quidem veteres, alii diem incipere oriente sole, alii occidente; alii medio die, alii media nocte; alii hora 6 matutina, alii vespertina, quas nos dicimus[89]). Sed clarum est, vti iam alii observarunt, in his triplicem vsum tradi. Vulgari enim ratione incipit dies cum splendore solis, et finitur, quum nox ingruit, quae horae a Gemino, Ptolemaeo, aliisque vocantur *ὧραι καιρικαι*. Quum vero horae ad horologia et stellarum ortum numerarentur, clarum est, diem nonnisi aut a sexta hora matutina, aut vespertina incepisse. Dies enim ciuilis 24 horarum in duas partes aequales, diem scilicet sensu strictiori, et noctem diuidebatur. Quam ob rem haec statuenda esse videntur. Qui diem Aegyptiorum nocte incipere dixerunt, ii, vt Idelerus, V. C., libro laudato satis demonstrauit, serioris aetatis sunt. Quum vero sumitur, hos, quae tradiderunt, ea a maioribus accepisse, credendum est, eos loqui de die lunari. Persuasum enim mihi habeo, Aegyptios vt annos solares et lunares, ita etiam menses, quin septimanas, et dies, et horas vtriusque generis adhibuisse[90]). Chronologia enim lunaris, quae dici potest, in festis maxime solemnis fuit. Hinc apud Aegyptios posteriores cyclus lunaris, ⲡⲓ ⲕⲩⲕⲗⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲟϩ, saepe commemoratur. Luna autem, vt infra apparebit, non, vt ☉, die; sed nocte incipiente suum suscipit imperium. Porro quod, Plinio auctore, Romani, Aegyptii et ipse Hipparchus diem *ciuilem* media nocte inceperint, id plane negare nefas est. Idem enim vsus ab Aegyptiis, omnis fere astronomiae technicae auctoribus, ad Romanos atque nos ipsos peruenisse videtur. Atque hanc rationem postea in Aegypto obtinuisse, sequens paragraphus docet. Quam ob rem, quum haec a sacerdotibus Romanis, vt ait Plinius, obseruata fuerint, probabile est, huius naturae diem Aegyptiacum quippe *ciuilem* pro sacratiori ac fere astronomico habitum esse. Deinde, quod traditur, Aegyptios diei initium posuisse in eo temporis momento, quo ☉ in punctis aequinoctialibus versans oritur, id credo non nisi ad vsum fere vulgarem nec nisi ad diuisionem diei (inde ab ortu solis vsque ad occasum) in 12 horas, quas sequerentur horae 12 nocturnae, spectare. Quare quum e. g. hora

---

89) Vid. Ideler Chronologie Vol. I. pag. 100. ss. Dio Cass. L. 37. c. 17. Paulus Alexand. Introd. in Ast. p. 62. Vit. 1588. Ptolemaeus. L. III. c. 2. p. 162. 163. III. 6, 202. 204. Plin. H. N. II. 79. VIII. 46. Isidor. Etym. V. 30. Seruius ad Virg. V. 738. Lydus de Mens. p. 13. Solin. c. 32.

90) Vid. Petauii Vranol. p. 274. Dissert. vbi quae Damascius de fele praedicat, ad ☽ referri debent. Luna enim symbolo felis indicare potest horas.

prima diei aut noctis commemoratur in scriptis Aegyptiacis vulgaribus, eam intelligendam esse credo aut sextam matutinam, aut vespertinam, quas nos dicimus. Sacratiori enim sensu hora prima esse videtur prima post mediam noctem, vigesima quarta vero, quae illam praecedit. Caeterum haec egregie confirmantur Gemino, quum dicit „meridianus est circulus, qui per mundi polos et per punctum verticale describitur, ad quem vbi ☉ peruenerit, medietates noctium efficit“ [91]). Denique quod astronomi inceperunt diem sole culminante, in eo, vti patet, suam secuti sunt rationem astronomicam; qui quidem dies astronomicus differt ab illis iamiam descriptis, nec nisi in astronomicis obseruationibus adhibitus esse videtur. Atque eam ob causam nostrates quoque, quippe ab Aegyptiis docti, numerant horas a meridie. Cuius rei haec apud Aegyptios fuit ratio, quod ☉, si *μεσουρανημα* occupat, plurimum valet, quemadmodum ♈, quum secundum Astrologorum vaniloquentiam in mundi creatione fuerit in Imo Coeli, grauissimum est signum [92]). Itaque prima ac simplicissima diei diuisio ea fuit, qua 12 horae diurnae a nocturnis secernerentur, quarum primae a vulgo dicebantur primae post ortum aut occasum solis; sin horae *isemerinae*, siue aequinoctiales intelligerentur, eaeque ad horologia relatae, sexta aut matutina aut vespertina ex nostra ratione. Ad illud genus spectat haud dubie, quod astronomi disputarunt de horarum inaequalitate [93]). Ceterum diei dominum fuisse solem, noctis lunam, e scriptis Hermeticis constat [94]).

Ordo	*Partes*	*Nomina*	*Init. vulg.*	*Init. horol.*	*Domini*
1	Dies	ⲙⲏⲣⲓ	☉ oriens	hor. 6. mat.	☉
2	Nox	ⲙⲉⲣⲓ ⲙ ⲉⲭⲱⲣϩ	☉ occidens	hor. 6. vesp.	☽

§. 36.

De temporibus diei.

In superioribus iam est monitum, veteres diei spatium in octo partes diuisisse, quibus nitantur vigiliae 4 noctis totidemque partes diurnae. Huius generis esse videntur tempora, quae in MSS. Copticis inueni descripta hoc titulo: ⲙⲭⲓⲛ ⲫⲱϣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲙ ⲉϩⲟⲟⲩ قسام النهار (اقسام), partes diei, quaeque haud dubie ex antiquo Aegyptiorum vsu originem habent [95]). De quorum dominis, quum

91) Geminus Element. Astr. in Petau. Vranol. p. 21. B.

92) Vid. Scaliger de ann. climact. p. 179. 200.

93) Achill. Tatius et Hipparchus p. 145. p. 210. in Petau. Vranologia.

94) Hermetis Centiloq. post Firmicum Vol. II. p. 35. c. 2.

95) MS. Coptic. Memph. Bibl. Reg. Par. No. L. p. 4. Voc. Kircher Ling. Aeg. Rest. pag. 61. Huc spectat diei diuisio in quatuor partes (apud Mich. Neander. Elem. Sphaer. p. 152.), quae vocantur *Rubens*, *Splendens*, *Vrens*, *Tepens*, et respondere videntur equis Solis: *Abrax*, *Asso*, *Therebo* (Dupuis Origin. III. 2, 26). Idem ex Hygino aliisque affert horarum nomina infra adscripta, quae Jouis et Themidis filiae fuisse dicuntur. Seorsim enumerantur in MSS. dictis partes noctis (ⲛⲓ ⲭⲓⲛ ⲫⲱϣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲙ ⲉ̀ⲭⲱⲣϩ) scilicet ⲣⲟⲩϩⲓ vespera, ϯ ⲕⲣⲩⲃⲓⲁ̀ et ϯ ⲟⲩⲉⲣⲱⲓ, الهجعة, quibus respondere videntur antiquae Hebraeorum tres vigiliae.

nihil tradatur, coniicere licet, eos sequi vsitatum ordinem planetarum, atque ☉ ad meridiem, ♄ vero ad noctem pertinere. Ceterum per se clarum est, haec tempora integrum diem amplecti mediaque nocte incipere.

Orda	Coptice	Arabice	Longitudo	Domini	Horae Hygini
1	ϒⲣⲓⲥⲁⲣⲭⲱⲛ	الفاجر الاول	12— 3 mane	♄	1 Auxo Auge
2	ⲓ̀ⲣⲓⲥ ⲙⲁϒⲣⲟⲥ	الفاجر الثانى (MS. التانى)	3—6	♃	2 Eunomie Anatole 3 Pherusa Musia
3	ϩⲁⲛ ⲁ̀ⲧⲟⲟϒⲓ̀	الصباح	6—9	♂	4 Caria Gymnasia
4	† ⲙⲉⲧϣⲁⲓ	الشروق	9—12 meridies	☉	5 Odice Nympha
5	ⲙ̀ ⲙⲉⲣⲓ	الطهيرة (MS. الظهير)	12—3	♀	6 Euporie Mesembria 7 Irene Sponde
6	ⲙ ⲥⲓⲛⲓ	الزوال	3—6	☿	8 Orthesie Elete
7	ⲓⲣⲓⲥ	الشفق (MS. السفق)	6—9	☽	9 Thallo Acte 10 Hecypris
8	ⲙ ϩⲱⲧⲡ	الغروب	9—12 noctu	♄	11 Dysis

Conuenit itaque haec diei diuisio cum vigiliis, † ⲟϒⲉⲣϣⲓ, φυλακη, الهاجعة, atque cum trihoriis veterum diurnis.

---

§. 37.
De 24 Horis.

Domini Horarum, † ⲟϒⲛⲟϒ, † ⲁⲭⲡ, الساعه, quos Horocratores, siue Diepontes, vocarunt, satis cogniti sunt ex Paulo Alexandrino, vt docet tabula sequens[96]). Ordo enim Horocratorum est planetarum series inde a ♄, ita vt prima quaeque cuiusuis diei hora subiecta sit ei planetae, qui dominus est diei eiusdem. Quaeritur autem, quarumnam horarum hi sint domini. Hoc quidem

96) Paul. Alex. ed. Viteberg. 1586 sine pagg. fol. 31. Vid. Ideler Chronologie Vol. I. pag. 179.

euidens est, non agi de horis vulgaribus, quae varium solis ortum sequuntur; neque de lunaribus, quae non nisi in festis aliquem locum habuerunt; neque de astronomicis, quae aliena et insolita ratione tempus diei diuidunt: sed aut de communibus, quae hora sexta matutina incipiunt, aut de sacratioribus inde a media nocte numeratis. Credo intelligi vtrasque, cuius sententiae haec sunt argumenta. Diserte Plinius, diligentissimus antiquitatis scrutator, tradit, Aegyptios pariter atque Romanos sacerdotes et Hipparchum diem incipere media nocte[97]). Secundum alios quidem hora Aegyptiorum prima fuit sexta nostra. Sed haec diem diuidendi ratio potius ad vsum communem spectare videtur, quo duodecim horae diurnae, totidemque nocturnae numerarentur. Porro quum Aegyptus astronomiae patria sit atque nos quoque diem communem a media nocte incipiamus, probabile est, hunc vsum, quippe incommodum et importunum, quasi astrologicum, ab Aegyptiis ad nos peruenisse, siue secunda, siue tertia manu. Praeterea iam vidimus, Aegyptios octo diei partes a media nocte ad mediam numerasse, quare mirum esset eosdem alium diem pro horis, alium pro temporibus diei habuisse, praesertim quum vtraque diuisio vsui vitaeque communi destinata fuerit. Denique Aegyptii, vt fabulae docent, creationem mundi et temporis initium media nocte accidisse credebant[98]). Quemadmodum vero astrologi scioli ab hoc inde temporis momento non solum annum magnum, sed etiam varias periodos, et annos, et menses, et dies inceperunt; ita etiam horas inde numerare debuerunt. Quid? quod Firmicus ipse auctoritate Aesculapi et Anubii fretus diem primum non post solis ortum, sed ante incepisse affirmat[99]). Quas quidem ob causas credere licet, Aegyptiorum horas, quibus Horocratores siue Diepontes praefectii essent sequentes, media a nocte numeratas fuisse, scilicet secundum rationem sacratiorem. Quum vero negari nequeat, Aegyptios diem ciuilem ac vulgarem incepisse hora sexta matutina atque huius quoque diei spatium astrologica ratione diuidi debuerit; probabile est, eosdem fuisse Horocratores seu Diepontes pro die ciuili apud Aegyptios.

Horae	1	2	3	4	5	6	7	8	9	..	..	..	23	24
Domini Die ♄	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	..	..	..	♄	♃
Domini Die ☉	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	☉	♀	..	..	..	☉	♀
Domini Die ☽	☽	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	..	..	..	☽	♄

Ceterum coniicere licet, Aegyptios alias quoque diei partes fecisse praeter noctem et diem, trihoria, et horas, quas pro more suo diis planetaribus subiicerent; praesertim quum eclipticam in minutas adeo partes diuiserint, atque astrorum motus accuratissime cum temporum lapsu cohaereant: sed de his nihil certi a veteribus traditum legitur.

---

97) Plin. Hist. Nat. L. II. 79. Ipsum diem, inquit, alii aliter obseruauere: sacerdotes Romani et qui diem definiere ciuilem, item Aegyptii et Hipparchus a media nocte in mediam.

98) Vid. Jablonski Panth. Aeg. Pars I. pag. 19 — 28.

99) Firmicus Lib. III. c. 1. pag. 44. 45., vbi ☉ est in ♌, Horoscopus vero in ♋, nascente mundo.

§. 38.
De partibus Horae.

Vnius horae spatium, quum in vita communi, praesertim in astronomicis obseruationibus et computationibus nimis longum sit, non dubium est, quin in minores partes ab Aegyptiis diuisum fuerit, veluti in semihoras, vel quartas, vt nostrates faciunt, vel minores in partes, minutas atque secundas. De his vero non commemorantur nisi minutae seu sexagesimae, momenta, λεπτα πρωτα, NI NAY الوقت, atque secundae, λεπτα δευτερα, ϩAN CHOY, الاون الاون (MS. الايان الاوان), dictae, quae diuisiones Chaldaeorum inuenta praedicantur[100]). Quum domini minutarum et secundarum non possint non conuenire cum horarum dominis; hic fuisse videtur eorum ordo:

Domini Horarum	Ordo Minutarum	1	2	3	4	5	6	7	8	59	60
1 ♄ •	Domini	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♂	☉
2 ♃	Domini	♃	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	☉	♀
3 ♂	Domini	♂	☉	♀	☿	☽	♄	♃	♂	♀	☿

§. 39.
De Periodis.

Inter omnes constat, in chronologia Aegyptiaca non solum annos, menses, dies et reliquas temporis partes minores adhibitas fuisse, sed etiam maiores, siue periodos vel cyclos. Quorum notissimus est annus canicularis, ἐνιαυτος κυνικος, qui post annos 1461 Aegyptiacos, siue 1460 Julianos renouatur, stella canis sub initium anni oriente cum sole. Hoc numero cum 25, qui est numerus annorum periodi Apidis, multiplicato, oritur Cyclus 36525 annorum, ἀποκατασταστις ζωδιακου, siue ἐνιαυτου, qui est numerus librorum Hermeticorum. Non minus celebrata est Periodus Apidis, εἰκοσιπενταετηρις, cuius haec est ratio, vt post 25 annos Aegyptios ☽, cuius symbolum est Apis, cum ☉ eundem fere coeli locum denuo occupet. Hic vero numerus 25 per 20 multiplicatus dat 500 annos, qui periodum Phoenicis, ⲙ ⲉ̀ⲛⲉϩ, الزمان, valere creduntur[1]). Etiam de cyclo 30 annorum, τριακονταετηρις, constat ex Inscriptione Rosettana, quae quidem periodus convenit cum *generatione*, quae secundum Herodotum aliosque circiter 30 annis constitit. Cyclus autem generationis ⲙ ϫⲱⲟⲩ, الجيل العقب, in lexicis Copticis inter diuisiones temporis numeratur. Licet de his aliisque cyclis apud Aegyptios forte adhibitis non tradatur, eos instar reliquorum temporum suos habuisse dominos; id tamen quasi per se intelligitur. Et hoc diserte testatur locus Inscriptionis Rosettanae, vbi Ptolemaeus Epiphanes vocatur κυριος τριακοντα ἐτηριδων καθαπερ

---

100) Geminus in Petau. Vranol. p. 63. al. MS. Copt. Reg. Bib. Par. No. L. pag. 15. Voc., Kircher. Ling. Aeg. p. 62.

1) Vid. Ideler Chronologie Vol. I. p. 124. 182. ss. Zoega de Obeliscis pag. 505. Puto cyclum Phoenicis esse eum, quo ♃ eodem die anni Aegyptiaci iterum cum ☉ coniunctus oritur. Sin accuratius cupis, constat 498 aut 700 annis Aegyptiacis. Nam Phoenix, siue Aquila, symbolum ♃ est. Sic et cyclus 30 annorum is esse videtur, quo ♂ eodem die Aegyptiaco denuo cum ☉ coniunctus oritur primum. Eius enim dominus Hephaestus vel ♂ est. Videntur gradus nonnulli negligi propter numeros rotundos et analogiam anni canicularis.

ὁ Ἥφαιστος ὁ μεγας. Vocabulum enim κυριον solemne est pro domino astrologico, atque Ἥφαιστος ὁ μεγας ipse est ♂, cuius similitudo propter bella bene gesta Epiphanes dicitur, quo viuente, vti probabile est, illa periodus 30 annorum redintegraretur. Ceterum Periodorum quoque dominos fuisse planetas, ex Ptolemaeo concludimus, vbi septem vitae humanae peroidi his dirigi dicuntur astris [2]) :

Ordo	1	2	3	4	5	6	7
Domini	☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄
Periodi	infantia	pueritia	adolescentia	iuuentus	virilitas	senectus	senium
Longitudo	4 anni	20 anni	8 anni	19 anni	15 anni	12 anni	vsque ad mortem

Inuersa ratio fuisse videtur in periodis proprie sic dictis, quae a ♄ inde regerentur. Hoc saltem *in* periodis canicularibus locum habuisse, claret. Cuinam enim non in mentem venit fabula de regno Saturni aureoque aeuo. Tradunt veteres, initio, hoc est post diluuium, regnasse Saturnum (♄), eumque amisso imperio, cessisse regnum rerum omnium Joui. Quum Planetae ♄ et ♃ aliarum periodorum domini fuerint, vt vidimus, iam sequitur inde, eos et cyclis Sothicis praefuisse, primum ♄, hinc ♃. Jam vero periodus quaedam canicularis, vt ex Censorino (c. 21.) constat, finita est anno 139 post Christum, praecedens vero anno 1322 ante Christum, praecedens denique anno 2782 ante Christum. Secundum Syncellum annus diluuii est 3257 a. Ch., quare annis 475 post prima periodus canicularis coepit. Ergo ♄ siue Saturno imperium primae periodi vsque ad annum 1322 ante Ch. conuenit, secundae ♃, id est deo Joui. Quod Saturnus ille filios deuorasse narratur, id a veteribus peculiare suis dicitur. Sus vero symbolum est ♄ planetae, de quo infra [3]).

§. 40.
De Septenariis.

Inter omnes periodos Septenaria ЄΠΤΟΝΑΖΙΝ السابوع maxime vulgaris fuisse videtur, cuius duplex est ratio. Septem enim anni cyclum quendam valebant, et septem huius generis cyclis, seu hebdomadibus, periodus 49 annorum constabat. Hebdomas enim dicitur non solum de diebus, sed etiam de annis, vt scimus ex Gellio, vbi Varro se iam duodecimam annorum hebdomadem ingressum esse dicit [4]). Horum annorum hebdomaticorum, seu septenariorum vel septimanariorum, magnum momentum erat in rebus Aegyptiorum astrologicis [5]). Planetae enim quum sunt chronocratores, siue quum praesunt singulis annis, aut septem annorum spatiis, diuersam exercent vim pro diuersis suis naturis. Atque apud Firmicum singularis commemoratur periodus ex annorum hebdomadibus numero 9 multiplicatis, quae annis 63 constet. Huius generis anni

2) Ptolemaei Quadripart. post Firmicum Vol. II. pag. 72.

3) Caeterum diserte docet Firmicus, antiquissimis libris tradi, post mundum creatum primo ♄, hinc ♃, hinc reliquos planetas temporum potestatem habuisse. Vid. Firm. L. III. c. 1. p. 47. Hinc Doldor. Sic. p. 231. Wes. tradit, Saturni aetate mores fuisse simplices.

4) Gellius N. A. L. III. 10. Ideler Chronol. Vol. I. p. 89.

5) Vid. Salmasius Ann. Climacter. pag. 102 — 107. Firmicus Lib. II. cap. 28. 29. 30. Lib. VI. c. 33.

hebdomatici sunt illi, quos Pharao aetate Josephi somnio vidit. De dominis cyclorum et periodorum septimanariarum nihil traditum inueni, sed probabile est, eos, quum ad vitae aetates referantur atque annus et cyclus 7 et 9 quisque fatales dicantur, cum dominis aetatum vitae conuenire, vt sequens tabula docet.

Anni et Cycli	1	2	3	4	5	6	7	...	49	...	63
Domini	☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄	...	♄	...	♄

§. 41.
De Anno Magno.

Nihil notius et celebratius est, quam annus Aegyptiorum, qui dicitur, magnus, *μεγας ἐνιαυτος* (ϩⲁⲛ ⲟⲩⲛⲱⲟⲩⲓ, الحول المقبل, annus vertens K.). Sed diuersissimae sunt de eo tum veterum, cum recentiorum sententiae, vt Marshamus docet Can. Ch. p. 10. In eo vero plerique consentiunt, quod constet annis, vel temporibus, quibus septem planetae, aut sex ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄ iterum iisdem Zodiaci in gradibus a terra nostra spectati deprehendantur. Luna enim ab aliis ad annum magnum non pertinere dicitur [6]). Fac itaque, quod astrologi se scire iactarunt, mundo nascente haec fuisse planetarum loca: ☉ ♌ 15°, ♄ ♑ 15°, ♃ ♐ 15°, ♂ ♏ 15°, ♀ ♎ 15°, ☿ ♍ 15°, ☽ ♋ 15°; habebis annum magnum finitum, quum planetae iterum iisdem singuli in gradibus apparuerint: vel, quum illa loca aperte falsa sint et a natura astronomiae nostrae aliena, fac, initio septem planetas Aegyptiacos omnes vno eodemque in Zodiaci loco visos fuisse, vt Aristoteles vult (Meteor. L. I. c. 14.); is est finis anni magni, quum loco dicto eadem astra iterum contineantur coniuncta. Dissensus vero est de huius spatii longitudine. Et multi quidem periodum canicularem pro anno magno habuerunt, ita vt 1460 annis constare diceretur [7]). Sed quum haec periodus *ἀποκαταστασις τοῦ ζωδιακου*, et *ἐνιαυτος ἡλιακος*, et *Θεου ἐνιαυτος*; alia vero *ἀποκαταστασις κοσμικη* vocetur: apparet anni magni nomine duas periodos diuersas appellatas fuisse. Eodem ex loco Censorini nouimus, annum magnum constare annis 2484 e sententia Aristarchi, annis 5552 secundum Aretem Dyrachinum, annis 10,800 vel 18,000 secundum Heraclytum et Linum, annis 10,884 ex sententia Dionis, annis 36,000 secundum Cassandrum, annis 36,525, qui est numerus librorum Hermeticorum secundum Manethonem, vt Syncellus vult; annis 100,020 opinione Orphei; annis 300,000, vt Firmicus tradit, annis 350,635 iudicante Achille Tatio, annorumque aliis spatiis secundum aliorum placita, de quibus videndus est Jacobus Thomasius. Haec autem omnia falsa sunt, scilicet orta ex falsa computatione circuitionum planetarum circa solem et ex falsa anni definitione [8]). Subsistamus primum in eo, quod Sextus Empiricus ex astronomis Aegyptiacis

6) Censorinus de Die nat. c. 18. Confunditur vero hic annus Magnus, seu canicularis, cum Maximo. Firmicus ipse in genitura mundi sequente ponit ☽ in ♋. Vid. L. III. c. I. pag. 45.

7) Censorin. de die natali cap. 18. Syncellus p. 25 a. Plutarch. Placit. Phil. L. II. c. vlt.

8) Syncellus pag. 35. d. cyclum 36,525 annorum vocat *ἀποκατασταση κοσμικην*. Firmicus Lib. III. c. I. pag. 47. „trecentorum" inquit „millium annorum maior *ἀποκαταστασις* hoc est redintegratio, per *ἐκπυρωσιν* aut per *κατακλυσμον* spatio perficitur. His enim duobus generibus *ἀποκαταστασις* fieri consueuit. Namque exustionem diluuium, hoc est, *ἐκπυρωσιν κατακλυσμος* sequitur. Nulla enim re alia exustae res poterant renasci, nec vlla re alia ad

atque Ptolemaeus afferunt. Secundum hos enim annus magnus, ἀποκαταστασις ἁπαντων, de quo loquuntur etiam Origenes, Clemens Alexandrinus, Philo aliique, absoluitur annis 9966, vt hic habet, aut 9977, vt Empiricus docet [9]). De his quidem numeris rectior est vltimus, quia, vt Fabricius ad Sextum Empiricum iam monuit, in eo latent anni enneati et hebdomatici. Sunt vero 9977 anni Aegyptiaci, de quibus hic agitur, aequales 9971⅔ annis Julianis et quod excurrit. Qui numerus, si est tempus, quo 7 planetae, qui Aegyptiis dicuntur, denuo in vno eodemque Zodiaci gradu coniuncti appareant, is esse debet, vt per numeros annorum, quibus planetae circum solem feruntur, diuisus residuum non habeat, imo totus absumatur. Quum vero huius rei periculum feceris, videbis, nullius planetae circuitum in illo numero aut decies, aut centies, aut pluries contineri sine fractione. Ex quo sequitur, post 9977 annos Aegyptiacos neutiquam 7 planetas ad eadem loca reuerti, quae totidem annis antea occupauere. Idem valet de reliquis annorum numeris, quae supra attulimus. Et reuera tempus est nullum, quo, quum accuratius id problema inuestigamus, septem illi planetae iisdem simul in locis appareant, siue tantum, vt numerari non queat, quod Proclus iam optime animaduertit [10]). Sed vt anni magni ratio vel aliqua ex parte explicetur, haec addere liceat. Primum quidem requiritur, vt post annum magnum ☉ accuratissime in eodem puncto eclipticae reperiatur, qua de re non agitur de anno Aegyptiaco, sed de Juliano eoque correctissimo, scilicet tropico dierum 365,242264 = 365 d 5 h. 48′ 51″. Porro necesse est, vt quum ☉ initio anni magni, si hoc exemplo vti licet, in ♈ 0° 0′ 0″ pariter atque reliqui planetae ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄ fuerit, omnes simul eodem reuertantur sub finem huius anni, quod pendet a cyclis planetarum. Cyclum enim planetae cuiusdam dicimus tempus, quo bini, veluti ☉ et ☽, ☉ et ☿, ☉ et ♀, ☉ et ♂ et sic porro, iterum in eodem puncto vel eodem anni tropici momento coniuncti apparent. Huiusmodi cycli sex astronomici satis cogniti fuerunt veteribus, vt ex Tatio et Niceta Choniata clarum est [11]). Ex tabulis vero nostris astronomicis facile intelligitur, quales sint. Jam adscribamus sex cyclorum genera, quibus, licet rude computatis, tota res perspicietur. Tabula itaque sequenti docetur, quae sit planetarum longitudo certos post annos, dum ☉ in ♈ 0° 0′ 0″ vel alio in puncto cogitatur, id quod litera *n* significat.

---

pristinam faciem formamque reuocari, nisi admixtiones atque concretus puluis fauillarum, omnium genitalium semina, collectam conspiceret faecunditatem." Achilles Tatius in Petau. Vranol. c. 18. pag. 137. Jac. Thomasius de Stoica mundi exustione Diat. V. Petrus Gassendus Op. T. I. p. 176.

9) Sextus Empir. adu. Astrol. L. V. c. 105. pag. 355.

10) Proclus Paraphras. L. I. cap. 2. p. 10. ἀλλα και οἱ ἀρχαιοι συσχηματισμοι των πλανωμενων, ἐξ ὧν ἐφαρμοζεται τα ἐπ᾽ ἐκεινων παρατετηρημενα προαποτελεσματικη προς τους νυν συσχηματισμους, παρομοιοι μεν γινονται πλειαν ἢ ἐλαττον και τουτο δια μακρων περιοδων ἀπαραλλακτοι δε παντελως, οὐδαμως. Ἡ γαρ παντων ἐν τῳ οὐρανῳ μετα της γης συναποκατασταστις, ἢ οὐδ᾽ ὅλως κατα το ἀκριβες ἀποκαθιστατα, ἢ οὐχι κατα χρονον αἰσθητον ἀνθρωπῳ.

11) Achilles Tatius in Petau. Vranol. p. 137. cap. 18. Nicetas Choniata L. I. de orthodoxa fide cap. 9. Cycli, quos adscripsi, desumti sunt ex tabulis Astronomicis Parisinis 1782., quae, quamuis incorrectae, fini nostro sufficiunt.

☉ et ☽		☉ et ☿		☉ et ♀	
Anni	*Longitudo*	*Anni*	*Longitudo*	*Anni*	*Longitudo*
1	n + 129° 23′ 5″	1	n + 53° 43′ 3″	1	n + 224° 47′ 30″
19	n — 8° 59′ 1″	13	n — 9 23 37	8	n + 1 32 14
38	n — 4° 47′ 28″	33	n + 5 25 15	16	n + 3 4 29
		40	n + 29 37 44		
57*	n — 0° 35′ 13″	46	n — 3 58 23	24	n + 4 36 43
76	n + 3° 34′ 37″	79	n + 1 26 52	32	n + 6 8 58
95	n — 5° 23′ 25″	125	n + 1 34 2	227	n — 2 24 27
114	n — 1° 11′ 51″	171	n — 2 24 21	235	n — 1 2 33
133	n + 2° 58′ 42″	217	n — 2 17 11	243*	n + 0 29 42
152	n + 7° 11′ 15″	388*	n — 0 35 58	251	n + 1 1 56
171	n — 1° 47′ 46″	776	n — 1 11 58	1872*	n — 0 15 50

☉ et ♂		☉ et ♃		☉ et ♄	
Anni	*Longitudo*	*Anni*	*Longitudo*	*Anni*	*Longitudo*
1	n — 168° 42′ 50″	1	n — 329° 34′ 38″	1	n — 347° 46′ 23″
32	n + 5 20 42	12	n + 4 21 18	29	n — 5 11 9
47	n — 3 44 34	83*	n + 0 3 36	30	n + 7 2 28
79*	n + 1 33 8	95	n + 4 24 55	59	n + 1 51 19
158	n + 3 37 42	166*	n + 0 12 13	88	n — 3 17 47
205*	n + 0 21 35	249*	n + 0 20 51	147	n — 1 26 28
410*	n + 0 43 10	996*	n + 1 28 24	206	n + 0 27 2
820	n + 1 57 46	1980	n — 1 24 30	324	n + 4 13 36
1640	n + 3 35 32	1992	n + 2 56 48	353	n — 0 57 32
1687*	n + 0 7 58	3960	n — 2 48 56	756*	n — 0 1 44
				1530	n — 0 3 25

Quemadmodum vero hi cycli sunt simplices, ita et compositi dantur, veluti ☉ ☽ et ☿, ☉ ☽ et ♀, ☉ ♂ et ♃, ☉ ♃ et ♄. Porro oriuntur bicompositi, quum quaterni planetae componantur et sic porro. Horum cyclorum haec est ratio, vt post longiora demum interualla reparentur. Verbi causa, quum ☉ et ☽ post 57 annos demum in eodem gradu eclipticae conspiciantur, et scire cupias cyclum, quo et ♃ ibidem sit; in oculos incurrit, eum pluribus annis constare quam 57. Post 57 annos enim ♃ longe distat a ♈ 0° 0′ 0″, quo ☉ et ☽ versari positum est. Nam ♃, quum paullo accuratius obseruatur, primum post 83 annos iterum cum ☉ in eodem gradu coniunctus est. Quam ob rem hi duo numeri inter se multiplicari debent, ita vt habeas 57 × 83 = 4731 annos, quibus ☉ ☽ et ♃ in aequinoctio verno iterum conspiciantur. At ne hic quidem numerus est iustus et satis accuratus. Quum enim neque ☽ post 57 annos neque ♃ post 83 annos accurate in eodem eclipticae puncto versentur, imo aut plus spatii aut minus aliquid per-

currant; haec differentia, vtut exigua initio, post 4731 annos adeo augetur, vt ☉ ☾ et ♃ iam post hunc decursum longe inter se distent. Quam ob rem denuo numerus annorum quaeri debet, quo illi planetae nihil fere a dicto puncto aequinoctiali distent, ex quo iam sequitur, cyclum illum esse multo maiorem, quem diximus ☉ ☽ et ♃. Item in reliquis. Quam ob causam rem perfunctorie tractemus. Fac, missa Luna, esse hos planetarum circuitus circa solem haecque annorum spatia, quibus, vti dictum est, iterum cum ☉ coniuncti cernantur, quae numeris vulgaribus expressa haec tabula continet:

Planetae	☿	♀	♂	♃	♄
Anni Juliani	8	8	32	83	324
Circuitus facti	33	13	17	7	11

Jam quaeritur spatium temporis, quo horum 5 planetarum omnium ac singulorum simul longitudo iterum eadem reperiatur. Qui numerus is esse debet, partim vt numeris annorum cyclicorum diuidi possit sine fractione, partim vt pro illis numeris minimus sit diuiduus. Itaque habebis annum magnum ex annis Julianus 215136 = 32. 81. 83 constantem. Hic enim numerus est diuiduus minimus pro 8, 8, 32, 83, 324, quae circiter sunt cycli ☿ ♀ ♂ ♃ et ♄ iterum cum ☉ congredientium. Atque hoc quidem spatio numerantur planetarum circuitus circa solem circiter

Planetae	☿	♀	♂	♃	♄
Circuitus	887436	349596	114291	18144	7304

At haec, vti diximus, ratione rudissima inueniuntur. Quum enim circuitus planetarum vel paullo accuratius sumuntur, annus magnus non 215,136 annis, sed duplici, triplici, quadruplici, quin multiplici numero constare cernitur, praesertim quum ☽ ratio habetur. Ceterum hic annus magnus 215,136 annorum est etiam cyclus compositus planetarum ☉ ♂ ♃ et ♄. Quum enim cycli ☿ et ♀ annorum 8 iam insint in cyclo ♂ quippe 32 annorum, ille numerus efficitur solis ☉ ♂ ♃ et ♄ planetis. Post tantum igitur temporis spatium ♂ ♃ et ♄ eodem die Juliano denuo simul in eodem loco eclipticae versantur. Ex quo sequitur, quum Aegyptiorum quaedam observatio astronomica inueniretur, ex solis locis planetarum ☉ ♂ ♃ ♄, neglectis ☽ ☿ et ♀, annum certissime erui posse, quo obseruata fuerint astra. Ex loco ☽ vero ☿ et ♀, vel solius ☽ dies cognosceretur obseruationis institutae. Horoscopus denique, siue stella eclipticae ascendens, quum notatus cerneretur inter reliqua, horam proderet, si locus ☾ non sufficere crederetur. Ad annum vero, quo obseruatio astronomica quaedam facta sit, cognoscendum, ne opus quidem est tribus planetis superioribus, imo saepissime duo sufficiunt, vel vnus superior cum inferiore, veluti ♄ et ♀, ♃ et ☿, si adest obseruatio accurata. Sic ♃ et ♄ post multos demum annos, circiter 58748 = 756 × 83 eodem die Juliano iterum eadem loca Zodiaci occupant, siue, quod idem est, pristinam cum ☉ a puncto aequinoctiali verno singuli simul recuperant longitudinem. Sed de his satis superque. Jam enim clarum est, cuius argumenti gratia haec disputata fuerunt, post immensa temporis spatia demum septem, quos Aegyptii dixerunt, planetas omnes simul in iisdem

locis apparere, siue, vt Proclus l. c. ait, „omnium coelestium et terestrium restitutionem vel numquam adamussim accidere, aut certe non iis spatiis, quae comprehendere homines possunt.“ Per immensa vtique spatia singulis quibusque diebus, imo singulis quibusque horis, aliae sunt planetarum constellationes, neque duo sunt dies, neque duae horae per totam historiam, quibus planetae 7 illi iisdem, vel propinquis in locis apparuerunt, etiamsi vel 5 aut 10 graduum differentiae negligantur. Qua de re quum inscriptio cum constellatione quadam planetarum sine omnium, siue nonnullorum, maxime superiorum, inueniatur, addito facto historico; certi simus, eam non nisi ad vnum annum, vnum mensem, vnum diem, quia vnum horum referri posse et debere per totum historiae spatium.

---

§. 42.
De technicis circa planetas.

Adspectus trigonus (△) vocatur positio planetarum secundum trigona Zodiaci. Quem adspectum Chaldaei dicunt Almugiam trigonam, Copti et Arabes ⲁⲉⲧⲣⲟⲛ الثلث. Quum igitur duo planetae sunt in diuersis signis, ita vt tria alia signa integra intersint, dicuntur in adspectu trigono esse, siue, quae vox est pro eo solemnis, *ἐπιβλεπειν*, *adspicere* sese inuicem.

Adspectus quadratus (□) est positio planetarum secundum quadrangulos, ⲁⲉⲧⲣⲁⲥ التربيع, cuius haec est proprietas, vt planeta quarto signo ab alio quodam planeta positus sit, quod verbo solemni *συμφωνειν*, *consentire* exprimitur.

Adspectus sextilis (✱), ⲉⲍⲓⲟⲛ, السدس dicitur, quum planetae in signis apparent, quae vnum solummodo medium intercedit.

Adspectus confinis (? ⲙ ⲑⲱⲃϣ التاتير [12]) est, quum planetae versantur in duobus signis inter se confinibus.

Coniunctio, ⲙ ϩⲱⲧⲡ الاتصال, parilis radiatio, dicitur, quum planetae inter vnius signi terminos apparent. Sensu strictiori coniunctio est, quum planetae quam minime inter se distant. *Δορυφορησις*, stipatio, est ratio planetarum in vno signo versantium [13]).

Oppositio, ⲙ ϯⲟⲩⲃⲉ المقابلة, *διαμετρος*, in eo constat, quod planetae in signis sibi oppositis, veluti ♈ et ♎ versentur. Ea sensu strictiori dicitur de binis Zodiaci gradibus sibi oppositis, siue 180° seiunctis.

Statio, *στηριγμος*, ⲙ ϫⲓⲛ ⲟϩⲓ ⲉ̀ⲣⲁⲧϥ, ϯⲥⲧⲁⲥⲓⲁ, التقويم dicitur, quum planetae inter stellas fixas per aliquod tempus quiescere videntur ac stationarii sunt. Constitutio, quam Gellius dicit, prima vocatur, quum planeta, in itinere suo antea precedens, primum quiescit; secunda vero, quum, retrocedens antea, iterum immobilis cernitur apud stellam aliquam. Sensu latiori *στηριγμος* dicitur de duobus eclipticae locis, quibus planetae haud multum mouentur.

Recessus, retrogradatio planetarum, ϯⲥⲩⲥⲧⲣⲓⲡⲓⲁ, الزيرجة, est eorum motio contraria a prima statione ad secundam vsque.

---

12) MS. Copt. Bibl. Reg. Paris. No. L. p. 10. Voc. Kircher ling. Aeg. rest. p. 54.
13) Sextus Empir. Lib. V. c. 38. p. 344. Proclus L. I. c. 28. p. 76.

Combustio planetarum est coniunctio eorum cum ☉, cuius radiis, quamdiu subsunt, viribus suis destitui ac comburi dicuntur. Quum vero ☽ in radiis ☉ ita versatur, vt pars ☉ obscuretur, id eclipsis solis, ⲙ ⲡⲓⲙⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲣⲏ vocatur. Sin ♄ ♃ ♂ ♀ et ☿ orbe ☉ teguntur, vocantur stellae absconditae, ἀφανιχται et συνοδιχαι.

Stellae diurnae, seu per diem gaudentes sunt ☉ ♃ et ♄; nocturnae, seu per noctem gaudentes ☽ ♂ ♀; ☿ vero ad vtramque naturam se accommodat; diurnus, ☉ similis, si est orientalis, nocturnus, ☾ similis, occidentalis, hic fortior quam illic. Dicuntur etiam ἀχρονυχται ♄ ♃ ♂ ♀ et ☿, quando oriuntur, quum ☉ occidit, et matutinae, quum praecedentes ☉ orbem oriuntur, et vespertinae, quum post ☉ ortum sequuntur. Et fiunt quidem, vt accuratius traditur, vespertinae aut matutinae certis gradibus a ☉ distantes, vt sequens tabula docet[14]).

Planetae	*Matutini*	*Vespertini*	*Natura diurni aut nocturni*
♄	12° ante ☉	12° post ☉	diurnus vt ☉
♃	11° (al. 12°).	11° (al. 12°).	diurnus vt ☉
♂	8°.....	8°.....	nocturnus vt ☽
♀	8°.....	8°.....	nocturna vt ☽
☿	8°.....	8°.....	communis vt ☉ et ☽

Ἀναταχυσις vocatur, quum planetae diurni in domiciliis planetarum nocturnorum versantur, et vice versa, id quod etiam extenditur ad Hypsomata.

Planetae natura sua masculi sunt ☉ ♄ ♃ et ♂, feminini vero ☽ et ♀, vtrumque genus ☿ prae se fert. Sed mutant sexum omnes, quum masculi sequuntur ☉, atque feminini ☉ forte praecedunt aliasque ob causas[15]).

§. 43.
De technicis circa signa Zodiaci.

Adspectus signorum platicus est ratio signorum secundum Trigona, Tetragona, Hexagona, Diametra, de quibus supra dictum est. Quo quum sensu verba ἐπιβλεπειν, ἐπιθεωρειν et βλεπειν adhibeantur, ζωδια ἄβλεπτα significant ea, quae ratio illa dicta non intercedit, vt ♈ et ♍.

Signa videntia se et audientia sunt varia dodecatemoria, obscuras quasdam ad leges, inter se affinia, vt ♈ et ♋, de quibus videndus est Firmicus[16]).

---

14) Firmicus Lib. II. c. 9. pag. 21. Ptolemaeus Quadr. L. I. c. 7. p 7.

15) Ptolemaeus Quadrip. L. I. c. VI. p. 7. „Aiunt etiam planetas „inquit", vt ita dicam, masculinizare et foeminizare secundum figuras, quae in sui cum ☉ collatione formantur. Nam cum ipsi solem praecedentes orientales existunt, masculini: cum vero solem sequentes occidentales fuerint, foeminini dicuntur. Idem etiam *per figuras*, quas in horizonte formant, habere probantur. Cum enim in locis fuerint, quae sunt ab oriente vsque ad coeli medium, vel ab occidente vsque ad oppositum medii coeli sub terra, sunt masculini, in duabus autem partibus residuis sunt foeminini."

16) Vid. Firm. L. VIII. c. II. pag. 213. secundum librum, vt ait, Abrahae.

Signa bicorporea sunt ♊ ♐ ♍ ♓, reliqua non bicorporea [17]).

Signa firma, *στερεα*, vocantur ♉ ♏ ♌ ♒, reliqua sunt ab ea natura aliena.

Signa Tropica sunt ♈ ♎ ♑ ♋, quoniam in iis aequinoctia, vernum scilicet et autumnale, atque solstitia, aestiuum et hibernum accidunt.

Cardines Zodiaci vocantur quatuor puncta, in quibus quum ☉ versatur, fiunt aequinoctia et solstitia.

Quatuor Trigona Zodiaci vocantur igneum, terreum, aereum, aquaticum, scilicet ♈ ♌ ♐ et sic porro deinceps.

Trigonum dextrum est signum eiusdem Trigoni retro positum, sinistrum vero contra, quare Trigonum ♈, verbi causa, dextrum significat ♐, sinistrum ♌.

Antiscia sunt parallelae cum linea a puncto aequinoctii verni ad aequinoctii autumnalis punctum ducta, ita vt medium signum attingant. Hinc dicuntur signa antiscia veluti ♎ et ♓, ♏ et ♒ et sic porro.

Synanatellonta sunt stellae extra Zodiacum positae, vna cum partibus eclipticae eodem tempore orientes.

---

§. 44.
De Technicis circa Horoscopum.

Horoscopare, *ὡροσκοπειν*, dicitur de quauis stella, siue fixa, siue planeta, etiam de signis, nunc quae prima in parte circuli horoscopici versantur, nunc quae certo temporis momento oriuntur.

Μεσουρανειν, in medio coelo esse, adhibetur de iis stellis, quae culminant, aut, parum accurate, quae insunt in illa parte Horoscopi, quae *μεσουρανημα*, *μεσουρανεια* dicitur.

Centra Horoscopi, vel cardines, vel anguli, *ἐπικεντροι*, sunt quatuor dodecatemoria primaria horoscopici illius circuli, nimirum Horoscopus, Medium coeli, Occasus atque Imum coeli, seu *ὑπογην*; accuratius vero puncta, quibus illa incipiunt.

Loca pigra, *ἀργα*, dicuntur ea Horoscopi dodecatemoria, quibus singulare decretum non fuit adscriptum, scilicet sextum et duodecimum, secundum et octauum, quae et deiuncta et ablepta (male deiecta) vocarunt [18]).

Dominus genituraе, *οἰκοδεσποτης της γενεσεος*, non est nisi vnus ex planetis ☿ ♀ ♂ ♃ et ♄, cuius inuentio varie describitur [19]). Alii enim dicunt, eum planetam esse dominum geniturae, qui in principalibus geniturae locis positus, in signis aut in finibus suis esset inuentus; alii, in cuius stellae finibus ☉ et ☽ fuissent inuenti; alii, qui latitudinis ☽ dominus fuisset inuentus; alii, cuiuscunque signum post natum hominem ☽, relicto eo signo, in quo est, fuisset ingressa, quam rationem, vt verissimam et ab omnibus comprobatam, Firmicus sequitur.

Locus de nuptiis, *γαμικος τοπος*, si platice sumatur, quintus est in Horoscopi Themate, sin

---

17) Sextus Empir. adu. Astrol. L. V. c. 10. pag. 339. ss.

18) Vid. Salmas. de ann. climactericis pag. 230. ed. Bat. 1648.

19) Vid. Firmicus Lib. IV. cag. 12. pag. 99.

μοιρικως definiendus sit, vt Salmasius docet, τον γαμικον κληρον generat, qui πολυτροπως et πολυμερως spectandus est[20]).

§. 45.
Technica circa tempora.

Dies Aegyptius est dies infaustus, κατημαρμενος, quem Romani Graecique dixere, cui opponuntur dies felices, εὐχρηστοι. Horae quoque dicuntur aliae aptae, aliae ineptae et infaustae ad varia vitae negotia tractanda. Quamquam de rationibus non satis constat, ob quas tempora quaedam in calendariis antiquis notata fuerint infausta, id tamen pendere videtur a constellationibus planetarum infaustarum, de quibus infra[21]).

Annus climactericus est annus fatalis, quo pericula imminent. Nam κλιμακτηρ, proprie gradus scalae, significat pericula vitae fortunarumque[22]).

Androclas, ἀνδροκλας (male passim Androdas exaratur), est annus 63 post certam quandam epocham, isque perniciosissimus, quippe ex 7 et 9 inter se multiplicatis constans. Etenim annus septimus et nonus perniciosi habebantur[23]).

Chronocrator dicitur planeta, temporis dominus, praesertim vitae humanae dator. Per diem quidem ☉, per noctem ☽ dominare creduntur in genituris. His quidem cum reliquis planetis potestas adscribebatur, annos natorum nunc augendi, nunc minuendi, secundum rationes astrologicas obscuras[24]).

§. 46.
Obseruationes apotelesmaticae.

Iam aliquid addendum est de placitis Aegyptiorum astrologicis. Lubenter quidem abstineremus a doctrina adeo superstitiosa, calamitosa ac vere impia, quae est astrologia. Haec enim fuit generis humani communis fere peruersitas, vt subinde, amissa per suam culpam cognitione numinis supremi atque clementis vera, ad vanam religionem, astrorum cultum, nefandumque polytheismum et pantheismum et naturalismum abriperetur. Sed astrologia adeo cohaeret cum astronomia, vt vnum quasi corpus duae illae disciplinae apud Aegyptios effecerint, neque altera sine altera penitus intelligi possit. Quam ab rem opus est, duobus saltem verbis significare, in quo constiterit Aegyptiorum astrologia, siue doctrina astrorum apotelesmatica. Et haec est quidem eius summa. Quaecunque fiunt in rerum vniuersitate, et facta sunt, et fient; tum quaecunque hominibus singulis aut grata, aut ingrata et incommoda accidunt: ea effectus sunt astrorum, potissimum septem planetarum cum variis coeli constellationibus cooperantium. Iam vides, quid

20) Vid. Salmas. de ann. climacter. pag. 199.
21) Vid. Petau. Vranol. p. 112. Salmas. de ann. climact. pag. 819. 821.
22) Varro ap. Agellium L. III. c. X. Salm. de ann. clim. p. 1.
23) Firmicus Lib. IV. c. XIV. p. 105. Salmas. de ann. climact. p. 98.
24) Firmicus L. II. c. 28. 29. pag. 37.

sibi velit annus ille magnus, quo rerum omnium vicissitudines nullo die nullaque hora sint eaedem vel satis similes, quo vero absoluto rerum omnium redintegratio fatorumque repetitio incipere credebatur. Ceterum hac tali fide omnem numinis O. M. et prouidentiam, et sapientiam, et gratiam e medio tolli et, quae homo aut bene meruerit, aut peccauerit, ad ferrea fati inexplicabilis et inexorabilis decreta referri; id iam venerandus Pater, Sextus Empiricus in libro suo aduersus astrologos docuit. Iam propius ad rem accedamus. Et constat astrologia Aegyptiaca his quidem capitibus primariis [25]).

I. Planetarum alii sunt benefici, alii malefici, alii denique nunc boni, nunc mali. A beneficis proueniunt quaecunque accidunt bona hominibus, a maleficis contra. Et benefici sunt semper ♃ et ♀, malefici ♄ et ♂, varius autem ☿. Sed ☉ et ☽, quamuis sint quoque benefici semper et fortiores reliquis omnibus, aliam tamen vim habent in aliis locis.

II. Stellae omnes atque constellationes, maxime in Zodiaco positae, aliae beneficae sunt, quae planetas bonos habent dominos, aliae maleficae, maleficis planetis addictae, vt ♑ et ♒, quippe quibus ♄ vt dominus domus praeest.

III. Circuli horoscopici loca alia sunt benefica, alia malefica, de quibus supra dictum est.

IV. Tempora fausta sunt, quae beneficos planetas dominos habent, infausta contra.

V. Quamdiu planeta quidam in domicilio alius domini versatur, vires huius domini cum viribus planetae quodam modo coniunguntur, ita quidem, vt malefici et benefici quique de sua natura aliquid perdant ac remittant in gratiam contrarii. Idem valet de dominis temporum et de Horoscopo.

VI. Quo fortiores sint personae apotelesmaticae, eo minus de viribus suis perdunt, eo magis vero alterius domini naturam siue malam siue bonam infringunt.

VII. Inter planetas quidem ☉ et ☽ fortissimi sunt, reliqui eo fortiores, quo magis propinqui ☉. Domini vero Zodiaci et temporum, licet inferiores planetis, eo fortiores sunt, quo maiora sint aut locorum coelestium, aut temporum suorum spatia. Qui ordo sic se habere videtur pro dominis eclipticis atque Chronocratoribus.

Zodiacus		*Tempus*	
Hemisphaeria	Horia	Anni caniculares	Septimanae
Trientes	Decatemoria	Periodus Phoenicis	Dies
Quadrantes	Duodecatemoria	Generationes	Interdiu
Signa	Icostemoria	Periodus Apidis	Noctes
Trigona	Icostotetartemoria	Enneatica	Tempora diei
Tetragona	Moerae s. Gradus	Hebdomatica	Horae
Hexagona	Minuta	Tempestates	Minuta
Decuriae		Menses	

VIII. Loca, quibus planetae vires suas maxime exserant, sunt eorum Hypsomata et domicilia propria; minime valent in Tapinomatibus, de quo supra disputatum.

---

25) Ptolemaeus Quadripart. L. I. p. 7. 33. 76. no. 42. Sextus Empir. L. V. p. 343. Diodor. Sic. L. I. p. 10. Manethonis Apotelesm. L. I. 203. Manilius Astronom. 15, 21. 16, 18. Firmicus, Censorinus, Hermes Centiloq., Paulus Alexandrin., Proclus, Vettius Valens, Porphyrius, Augustinus et alii.

IX. Constellationes aliae sunt salutiferae, aliae pestiferae, seu malignae; ex quo fit, vt planetae bene inter se collocati perdant aliquid de malitia sua, augeantque bonitatem. Sunt autem

Coniunctio	☌	benefica	Quadratus ads.	□	maleficus
Oppositio	☍	malefica	Sextilis ads.	✱	beneficus
Trigonus ads.	△	beneficus			

X. Non sufficit, planetas alios esse beneficos, alios maleficos; adscribuntur etiam singulis quibusque proprietates, virtutes et effectus peculiares, nunc in rerum natura, nunc in vita communi, nunc in fatis factisque humanis, facultatibus, negotiis aliisque rebus conspicui, quin imo ad animalia, arbores, plantas, terras, saxa, metalla eiusque generis alia fere innumera pertinentes; de quibus infra.

XI. Quae vires et effectus singulis planetis adscribuntur, eadem sunt partibus coeli et temporis propria iis, quibus singuli praesunt planetae. Sic, quod v. c. valet ☿ planeta, idem valent et Domus, et Decuriae, et Horia, et Gradus ☿, et aliae eiusdem planetae possessiones. Quam ob rem omnia numina astronomica, siue apotelesmatica, ad septem deos deasque reuocari possunt ac debent, nimirum ☉ ☾ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄.

XII. Apotelesmata, siue decreta astrorum, sunt aut simplicia, aut composita, aut vniuersalia. Quum enim singuli planetae per se suamque naturam et suas constellationes aliquid valeant et efficiant, nunc singuli rogari possunt, nunc plures, nunc omnes simul. Perfecta autem natiuitas, quae dicitur, κατα συνκρασιν, est, quum omnium numinum apotelesmaticorum, et planetariorum, et zodiacalium, et temporalium decreta consumuntur et summa quaedam inde ducitur.

De his quidem omnibus id est grauissimum nobisque magnopere tenendum, quod Dii Deaeque astronomicae eadem habent adtributa, siue sint domini planetarum, siue diuisionum zodiacalium, siue temporum, siue regionum; id quod opus est paullo accuratius illustrare. Exemplo sit ♂. Tradunt autem veteres de ♂ planeta eiusque Domibus, Decuriis, Horiis, Gradibus, Temporibus, Regionibus, quae sequuntur.

Planeta ♂ calidus, iracundus, vehemens, cuius significatio est pugna, caedes, latrocinium, violentum regnum, incestus, cruenta quaeque[26]).

Domus ♂ in ♈ ad ignem cholericamque naturam declinans, indomita. Homines ad arma parati, clamosi, contentiosi, fortes, timorem incutientes, fures.

Domus ♂ in ♏. Homines militantes, audaces, fortes, incestuosi. Patrocinium animalium mortiferorum[27]).

Decuriae ♂ variae efficiunt iracundos, impetuosos, feroces, audaces, saeuos, temerarios, impios[28]).

Horia ♂, vel fines, termini, hoc habent proprium, quod faciunt fortes, temerarios, rapaces, crudeles, impios[29]).

---

26) Firmicus L. II. c. 10 p. 22 Proclus L. I. c. 5. p. 28. Ptolemaeus Quadripart. L. II. c. 8. p. 29. Manilius Astron. L. IV. c. 12. Firmic. L. III. c. 5. p. 54. 105. 118. aliique.

27) Firmicus L. II. c. 12. p. 25. 26. L. V. c. 5. p. 134. 135. Ptolemaeus Quadripart. p. 6. 31. 32. al.

28) Firmicus L. V. c. 12. p. 144. Ptolem. Quadr. p. 6. 30. 31. al.

29) Ptolemaeus Quadrip. p 52. Firm. L. V. c. 2. sub ♂, pag. 122.

Moerae, seu gradus ♂ in ♈: exercitus, duces, athletae, biothanati, incestuosi. In ♉: athletae, exoleti, irruminatores, impuri, libidinosi, cinaedi. In ♊: superbi, ferro vel punctura teli morituri. In ♋: impugnatores, victores, piscatores, incestuosi. In ♌: inertes, otiosi. Et sic in reliquis[30]).

Tempora ♂ subiecta progenerant perturbationes, mortis pericula et alia, cum actionibus maximis[31]).

Regiones ♂ generant gentes bellicosas, mutua caede occidentes, veneficas, immansuetas, audaces, ad pericula promptas, subdolas, truces, carniuoras, *Marsos*[32]).

Itaque clarum est, numina astronomica, siue apotelesmatica non esse, nisi *septem*, proprie ☽ ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄. Negari enim nequit, horum adtributa esse eadem, aut certe simillima inter se, siue planetas significent, siue partibus Zodiaci, siue aliis possessionibus praestent. Quemadmodum ♂, ita et reliqui planetae sua constanter tuentur adtributa, siue sint planetarum domini, siue Oecodespotae, Decani, Horiocratores, Moerae, Chronocratores, aliisue personis induti. Sed iam accuratius videndum est, quas singulis septem planetis veteres adscripserint vires et effectus. Etenim de his Graeci et Latini auctores et ipsi Aegyptii non solum plurima, sed etiam grauissima quaeque tradiderunt nobisque conseruarunt. Qui iam sequitur catalogus adtributorum diuinorum, descriptus est ex Firmico, qui omnium accuratissime de potestate numinum astronomicorum exposuit, ex Ptolemaeo, Proclo, Manethone, Sexto Empirico, Manilio, Paulo Alexandrino, Censorino aliisque, qui quidem omnes inter se consentiunt, quippe iisdum fontibus vsi[33]). Quum adtributa deorum illorum Aegyptiacorum in V genera rite discerni possint, hanc rationem seruare iuuabit. Itaque monstrabimus I, quae vires et facultates tum physicae, cum psychicae singulis numinibus astronomicis adtribuantur; II, quas animi facultates et affectus progenerent; III, quae magisteria, opificia artesque tueantur; IV, quos rerum euentus, quos actus et quales vitae humanae conditiones producant; V denique, quae subiecta sint singulorum imperio ac patrocinio, tum in rerum natura, tum in vita humana, veluti sphaerae, ventus, personae, corpora humana, animalia, arbores, plantae, saxa, terrae, metalla, colores, eiusque generis alia, cum partibus suis.

---

§. 47.

Adtributa ♄.

1. *Vires propriae.*

frigidus	subuiridis	asper	multae cogitationis
humidus	obscurus	foetidus	altae memoriae
modicum desiccans	niger	vorax	omnis destructio
lentus, piger	grauis	malitiosus	

---

30) Firmicus L. VIII. c. 19. p. 223. c. 20. p. 225. c. 21. p. 226. c. 22. pag. 228, ss. vsque ad pag. 242.

31) Firmicus L. VI. cap. 23. pag. 189.

32) Manilius Astronom. L. II. c. 15. ver. 11—24. p. 58. ed. J. Scaliger. Proclus. L. II. c. 8. p. 90. p. 101.

33) Jul. Firm. Matern. Astronomica ed. Bas. 1551. Lib. II. cap. 10. pag. 22. cap. 12. p. 25. Lib. III. cap. 3. cap. 5. L. IV. c. 16. Lib. V. cap. 2. p. 121. cap. 3. p. 124., cap. 5. cap. 10. p. 142. Lib. VI. cap. 36. Lib. VII. c. 34. p. 187. ss. Lib. VIII. c. 19. 26. p. 234. Ptolemaeus Quadripartitum in ed. Firmici dicta pag. 31. 50. 52. 54. 61. 69. Ptolemaei Centiloquium ib. pag. 75. Hermetis Centiloquium ib. p. 85. Manilius ed. Jos. Scaliger 1590. Lib. IV. 1. 177.

2. *Facultates et affectus animi.*

malitia summa	paucitas verborum	superbia	violentia
omne odium boni	alta mentis taciturnitas	malignitas	dolus
prosecutio omnium	acerrimum ingenium	nequitia	auaritia
separatio a bonis	profunda rerum scientia	pertinacia	tristitia
pigritia, tarditas	altus intellectus	metus	melancholia
regale consilium	stabilis amicitia	ira, inuidia	poenitentia
longa prouidentia	sermo certus	perfidia	vilitas
longae cogitationes	inflatio	proditio	sorditudo

3. *Artificia, opificia, artes.*

omnia artificia manus	lanarii	nautae, nauium gubernatores	decimator
fossaria	lanarum textores	aquarum allator	crucifixio (F. 233.)
cementaria	asinarii, muliones (F. 237.)	natator	cloacarum mundatores
carpentaria	agricultura	piscatores	militaria officia
structores	omnis res rustica	opus lanionis (cum ♂)	studia seruilia
artocopi	rerum dimensio et pondus	faber ferrarius, metallurgia (F. 233.)	magica ars
pistores	aquarum habitatio	poenarum ministri	nigromantia
fullones			somniorum interpretatio.
tonsores			

4. *Euentus, actus, conditiones.*

nex, funera	inundationes	haemorrhoides	solitudo
misera mors	submersio nauium	geniculorum passiones	poenitentia
interemtio filiorum et vxoris (F. 48.)	ventus frigidus et noxius	pulmonis dolor	longa vita
omnes euersiones	febres quartanae	damnatio	difficile senium
pestes animalium vtilium	hydropsis	exsilia	matrimonia infelicia
procreatio bestiarum noxiarum	phthisis	discrimina	summa infelicitas
piscium paucitas	melancholia	angustia	summa egestas
fructuum diminutio	catarrhi	luctus	miseria
caristia, fames	ileon	orbitas	thesaurizatio
	tibiarum molestiae	mancipia	haereditates antiquae
	aegritudines longae	captiuitas	

5. *Imperium et patrocinium.*

septima sphaera	maria, flumina, fontes	captiui	iracundi
ventus australis (♑)	pascua	eunuchi	praui
ventus subsolanus (♒)	loca irrigua, hortensia	nuncii et tabellarii	viles
montium cacumina	senes	tyranni	famosi
obscura domicilia (♑)	serui	minaces	rudes

L. II. 44, 21. 98, 30. Manethonis Apotel. ed. Jac. Gronov. L. II. c. 2. 3. L. III. c. 1. 2. L. IV. var. II. Sext. Emp. adu. Astrol. L. V. c. 29. ss. c. 21. ss. ed. Fabric. Proclus Diad. Paraphras. in Ptol. Lugd. Bat. 1654. L. I. c. 4. 5. 9. Paulus Alexandrinus ed. Viteberg. 1588. var. foll. Censorinus cap. 8. Vettius Valens apud Salmas. de annis climact. pag. 623. al. Ex Hermete Aegyptio affert Jo. Picus adu. Astrol. L. VI. c. 18. has planetarum sortes: ♄ Νεμεσις, ♃ Νικη, ♂ Τολμα, ☉ Ἀγαθοδαιμων, ♀ Ἐρως, ☿ Ἀναγκη, ☽ Ἀγαθη τυχη.

profundi
immorigeri
malefici
auari
fures
mercenarii
vespilliones
pollinctores
magi, vates
sophistae
steriles
vnctores publici

homines Saturnici
1) mellinus color
mediocris crassitudo
pili nigri, crispi
oculi mediocres
corpus haud magnum
2) subnigri
macilenti
corpus paruum
capilli rari et plani
oculi nigri
complexio sicca

auris dextra
vesica
splen
melancholia
flegma
genua (♑)
tibiae, seu crura (♒)
genicula
animalia quadrupeda
aquatica partim.
noxia partim.

asinus (Sal. 623)
locustae
vermes
animalia aerea rationalia
hyacinthus
sapor dulcis, amarus, stypticus
plumbum
color niger, citrinus, leucotheus
praesepia animalium.

---

§. 48.
Adtributa ♃.

1. *Vires propriae.*

bene calidus et humidus
medius inter frigiditatem ♄ et calorem ♂

beneficus semper
magnanimus
maiestas

regales virtutes omnes
boni omnis augmentatio
melioratio status

2. *Animi facultates et affectus.*

magnanimitas
nobilitas
maturum consilium
intellectus
sapientia
virtus

iustitia
aequitas
liberalitas
misericordia
pietas
fides

gratia
amabilitas
conciliatio
continentia
modestia
patientia

hilaritas
festiuitas
sermo grauis
nimia confidentia (raro)
vltionis auiditas
ardor crudelitatis

3. *Opificia, artes.*

iurisprudentia
legislatio
pontificium
regimentum

inquisitio solers
iurisdictio
somniorum interpretatio
palaestra

luctatio
athletica ars
gymnasiasticae exercitationes

textura lanae
gerdii (F. 233. 26°)
nautae
piscatores

4. *Euentus, actus, conditiones.*

stata religio
leges, iura
omne publicum commodum
victoria
gloria
laetitia
spes

gaudium
adauctio animalium vtilium
vbertas frugum
salubris nauigatio
aestus animi et corporis
difficilis exitus (raro)
formae dignitas

nobilitas
apta carneitas
corporis nobilitas
amabilitas
docti, sapientes
diuitiae
honores
fortunati

conuersatio cum probis
femorum aegritudines
pedum mala
synantia
periplenmonia
apoplexia
cephalalgia
cardia

5. *Imperium et patrocinium.*

Sphaera sexta
(globus secundus)
montes
Tarpeia rupes (F. 14.)
amoenae regiones
loca irrigua, horti
loca ruinosa
Aquilo (♐)
Africus (♓)
pontifices
reguli
iudices
vates
iuridici

duces
magistratus
dilecti principum
legislatores
sapientes
cultores Dei
aeditui, hieroduli
amatores iumentorum
luctatores
homines Iouiales
1) albi
apta statura
capillatura conueniens
2) subalbi

capilli plani
semicalui
corpus mediocre
aetas virilis
auris sinistra
pulmo
epar
costae
tactus
cartilagines
sperma
femora (♐)
pedes (♓)
animalia rationalia

equi
aues
aquila (Sal. 623)
serpentes
lilia
spongia marina (F. 235)
sapor amarus
cuprum
argentum? (Sal. 623)
color ruber, seu
croceus

---

§. 49.
Adtributa ♂.

1. *Vires propriae.*

calidus et humidus
comburens et desiccans
rutilus
ignitus

furiosus
iracundus
vehemens
praeceps

maleficus
dissoluendi et necandi vis (Jab. III. 132)

damnum omne per siccitatem
destructio per ignem

2. *Facultates et affectus animi.*

vehementia
iracundia
offensio facilis
controuersia
violentia

elatio, superbia
audacia
fortitudo
temeritas
crudelitas

perfidia
scelerum cupiditas
obscenitas
incautus amor
zelotypia

varia cogitatio
nullum consilium
acutum ingenium
religio nulla

3. *Opificia et artes.*

militia
bellicatio
gubernatio exercituum
hoplomachia, gladii potestas
chirurgia
cruenta quaeque
sanguinaria
medici mortiferi

opus lanionis (cum ♄)
faber ferrarius
conflatores metallorum (cum ☉)
opus aeraminis et minerarum auri (cum ☉)
opus coqui (cum ☉)
scenici pathici
architectura

parietarii
lapides abscindere
sculptores, marmorarii
sigilla sculpere
tonsores capillorum (F. 235)
arbores findere
naues componere
aratio

venatio (F. 236. 17°)
piscatura
latrocinium
spiculatores (F. 234)
errare in finibus peregrinis
praedatio

4. *Euentus, actus, conditiones.*

pugna
caedes
homicidia
mors repentina
acerbus interitus
vulnera ex gladio aut igne
sanguinis effusio
abscissio membrorum (F. 243. 31°)
suspensio per laqueum (F. 242. 17°)
bellicatio
turbationes
seditio
proditio
insidiae
latrocinia
rapinae
praedatio
timor
fugae
captiuitas
seruitutes
gloria cum labore
altum nomen
omnis destructio per calidum
combustiones
fulgura
subitae submersiones navium?
ventus calidus
calor maximus
diminutio aquarum
animalium et vegetabilium paucitas
mediocres homines
deforme corpus
apocopi
abscissi (F. 243. 31°)
pedum claudicatio (F. 238. 30°)
strabones (F. 235.)
gibbosi
omnes morbi acuti mortiferi
empici morbi
hersipile
sanguinis meatus
nefresis (nephresis?)
febres tertianae
elephantia? (F. 235.)
inguinum aegritudines
partus perniciosus
irae regum
cometarum apparitiones (simul cum ☿)

5. *Imperium et patrocinium.*

coelum tertium siue sphaera quinta
circulus aequinoctialis
Aquilo (♈)
Africus (♏)
loca cepurica et hortensia
regiones foetidae et desertae
milites
bellatores
hoplomachi
gladiatores
athletae
spiculatores (F. 234.)
duces exercituum
gubernatores populorum
superbi
ambitiosi
audaces
inhumani
feroces
feri principes
saeui
violenti
iracundi
furiosi
temerarii
ingrati
irreligiosi
maledici
malefici
crudeles
clamosi
ad arma parati
fures
piratae
periuri
fraudulenti
dolosi
vitiligatores
scelerati
rapaces (F. 122.)
biothanati
homicidae
tortores
carnifices
captiui serui
oligochroni
laboriosi
omnia polluentes
inuerecundi
gibbosi
apocopi
abscissi
claudicantes
strabones
homines Martiales
subrutuli
idonea carnitas
oculi parui
capilli rari
caput (♈)
sinistra auris
nares (cum ♀)
rigones
venae
epar (cum ♃)
testiculi
pudendum (♏)
matrix (♏)
inguen
animalia reptilia venenosa, marina et aquea
serpentes (F. 26.)
aspis (F. 234.)
vipera (ib.)
lupus (Sal. 623.)
locustae (P. 31.)
phalanx
mus terraneus
scorpio
viola
sapor salsus, insipidus
color ruber, leucotheus viridis
ferrum
hasta (F. 236.)
cometae (cum ☿ Pt. 32.)

§. 50.

Adtributa ☉.

1. *Vires propriae.*

beneficus, sed alius in aliis locis noxius ob nimium calorem aliquando
igneus, calidus, siccus temperate nitor, claritas
temperies, mens mundi princeps omnium.

2. *Facultates et affectus animi.*

omnes primariae virtutes
fortitudo animi
honorificentissima conciliatio
maturum consilium
consilia grauia
graue eloquium
amabilitas
ambitiosa existimatio
superbia pauxilla (raro)
seuerum iudicium
auri honorumque cupiditas

3. *Artes.*

regimen omnium
pontificium summum
aruspices
vates enthei
sculptura imaginum divinarum
aurifices (F. 238.)
inauratores
brachiarii
conflatio metallorum et opus minerarum auri (vtrumque cum ♂)
opus coqui (cum ♂)
musica
histriones

4. *Euentus, conditiones.*

magnificentia
splendidae magnificaeque actiones
summa expectatio
victoria
inimicorum vindicta
corporis honestas
perspicua mundities
imperium
potentia
gloria
superatio omnium
diuitiae, copiae
intestinorum dolores
morbi oculorum
pectoris aegritudines
stomachi mala
insania, phrenesis
struma

5. *Imperium et patrocinium.*

sphaera, seu coelum medium
aquilo (♌)
loca splendida
ascensus
reges boni
principes iusti
imperatores
potentes
victores
diuites
copiosi
fortes
corpora formosa, procera, pinguia
omnes dextrae corporis partes
oculus dexter
visus
cerebrum
nerui
spiritus
cor
latera (♌) vel scapulae et latus
animalia siluestria ferocia
leo (Sal. 623.)
caput animantis vniuersalis
purpurea rosa
sapor amarus et acutus
aurum
color croceus, ad rubedinem declinans
regius apparatus
regia
praetoria
castra

§. 51.

Adtributa ♀.

1. *Vires propriae.*

temperate humida et frigida
calefaciens et humectans modice
benefica
flaua, alii ποικιλη, alii λευκης χροιας
comes ☉ perpetua
generatio omnium
imitatio ♃ in virtutibus suis

2. *Facultates et affectus animi.*

voluptas
amoenae cupiditates
mulierum dilectio
zelotypia
mutua hominum dilectio
religio
fides
pietas
credulitas
summa humanitas
bona deliberatio
nobilitas
aequitas
hilaritas
ioculatio
vanitas
amor ornamentorum militarium
leuitas
obstinatio

3. *Opificia artes.*

artificia subtilia
operum phrygiorum cultura
ornamentorum fabrica
textura
seritextura
tinctura
pictura
odorum praeparatio
pigmentorum mercatores
pharmacopolae
odorata mercimonia
balneatores
mediastini
aurifices
bractearii
caupones
musica
venatores
aucipes
oratores
sacerdotes
iudices
literarum studia

4. *Euentus, actus, conditiones*

voluptates
amores foemineae
gaudia multa
liciti et illiciti coitus
adulteria
stupra
coitus
debilitas corporis
decor omnis
gratia, iocus
iocosa sponsalia
amores, elegiae
amatoriae indignationes
insidiae
perfidiae
potiones
comestiones multae
conuiuia
edacitas
gulae seruitudo
melioratio coniugalium
soboles multa
dilectio omnium
honores
mansuetudo
religio, pietas
dignitas
venustas
applicatio ad reges
cum potentibus coniunctio
potentum consanguineitas
animalium melioratio
fluminum augmentatio
venti salutiferi
corpus molle
morbi cordis
mala stomachi
epatis mala
renum mala et vertebrarum
sanguinis egestio
apostemata
fistulae
ceruicis aegritudines

5. *Imperium et patrocinium.*

Sphaera tertia
loca culta
seminata
cacumina montium
balnea quaeque
ventus australis (♉)
subsolanus (♎)
Camenae

homines pulcri
virgines formosae
venerii
mercatores
mulieres immorigerae
nani
stolidi
monoculi

surdi
gibbosi (F. 234)
oculi subrufi
pinguedo venusta
apta carneitas
nares (cum ♂)
odoratus
collum (♉)

ilia vel clunei (♎)
epar
caro
animalia domestica et magna violentia
columba, περιστερα
aues ferae venatoriae
anagallis caerulea

sapor amarus (♉) et dulcis (♎)
stannum
color viridis et leucotheus
album
fuci
opobalsama odorata
ornata vestimenta

---

§. 52.

Adtributa ☿.

1. *Vires propriae.*

natura commixta variaque
potius frigidus et siccus
humectans et desiccans
nunc beneficus

nunc maleficus
versicolor, varius, al. ὠχρος, luteus, al. ἀληθινης βαφης.
motus stellarum

ventorum turbulentorum origo
comes ☉ perpetuus
imitatio aliorum
motus citus

2. *Animi facultates et affectus.*

pueritia
lenitas
fallacitas
astutia
infidelitas
voluptas
libidinum cupiditas (F. 69)

involutus affectus
ingenium acutum
sanum consilium
ratio, deliberatio
solertia
sagacitas
facundia

blandus sermo
gloriae captatio
contentio (F. 70)
contradictio
industria artium et scientiae
diuinatio

doctrina
obedientia
vilitas
scelerata mens
commiseratio

3. *Opificia et artes.*

astronomia et astrologia
mathesis
computator
foenatores
barator
fiscales
arithmetica
numeratores
geometria
musica
citharoedi
philosophia
philologia

dialectica
aduocati
grammatici
oratores
sacrarum literarum periti
literati
doctores
acutissimae lucubrationes
medici
sapientes
diuinatores
aruspices

immolatores
regum necessitudine coniuncti
semper cum rege et regina versantes (F. 130)
ministri, famuli (F. 227)
primates, honorati
mercatores
balneatores
mediastini
aurifices
bracteatores
lenones

cinaedi
tragoedi
comoedi
scenici
ceriti
aleatores
ioculatores
impudici (F. 236.)
sagittarii nobiles (F. 130)
iaculatio equestris
venatores
canum cultores et accipitrum (F. 139)

4. *Euentus, actus, conditiones.*

iucunda deceptio
iocosum furtum
auium captus
seductio
fallacia
mendacia
latrocinia
simulata conciliatio
ambitiones
quaestus
tributa aeraria
inuentio secretorum
sophismata
syllogismi
repentinae aeris mutationes
corruscationes
ingrata vocis modulatio
febres quartanae
tussis
humerorum molestiae (♊)
ventris morbi (♍)
daemoniaci

5. *Imperium et patrocinium.*

sphaera secunda
aucipes
ministri
legati
deputati
accipitrum,
falconum,
canum,
molossorum,
vertagorum,
equorumque
cultores (F. 139 L. V. c. 8)
absconsores auri
mercatores
sacerdotes
vates
aruspices
augures
sortilegi
medici (F. 70)
archiatri (F. 68)
homines Mercuriales
1) colore mellis (♊)
corpus moderatum
oculi parui
capilli mediocres
2) subnigri (♍)
macilenti
voce exili
oculi caprini
Subsolanus (♊)
Australis (♍)
loca florentia
excelsa
aprica
memoria
deliberatio
nares
os, locutio
lingua
manus
brachia
humeri (♊)
coxendices
ilia (♍)
fel
animalia potissimum rationalia
simius
omnes aues oscines atque canorae
aues omnes ad aucipia
draco
rubia
sapor dulcis (♊) atque stypticus (♍)
aes (aurum?)
color mixtus, temperatus (♊)
albus color (♍)

---

§. 53.

Adtributa ☽.

1. *Vires propriae.*

humida
frigida
raro calida et exaestuans
benefica
semina genitalia omnium
maturatio
putrefactio
venatio (motus celer)

2. *Affectus et facultates.*

mulieritas
debilis sensus
timiditudo
tenuis memoria
exigua veneris tentigo
religio summa,
inconstans tamen
iustitia
gloriae affectatio
iracundia

3. *Opificia et artes.*

leues, aquaticorumque negotiatores
aquarum opera
terrae cultus
lacunarii
principum negotia
pantomimi delicati
pathici cinoedi
scenici
medici
scribae regum (F. 233)
templorum serui
legati
nautae
venatores
bracteari

4. *Euentus, Conditiones.*

forma
gaudium
irae
assentationes
mendacia
delationes
edacitas
diuitiae
honorum consecutio
magna gloria
potentia, regnum
praepositi popularium
metuendi cum beneuolentia
venustas faciei (F. 141)
amabilitas
pulchritudo
libidinum cupiditates (F. 233)
corpus humidum
dolores corporis
macies
tubera capitis
cordis et cardinum morbi
mentis perturbatio
mania
melancholia
epilepsia
tussis
praecipitatio

5. *Imperium et patrocinium.*

prima sphaera, proxima terrae
ventus Africus (♋)
loca stagnantia et fluentia quoque
homines mediocres
sinistrae corporis partes omnes
oculus sinister
pectus (♋)
gustus
deglutitus
stomachus
venter
mulierum pudenda
matres
auiae
maiores sorores
legum cultores
artiumque
religiosi
sobrii
literati
artifices
nani et
gibbosi (F. 236)
animalia aquatica
bos (Salm. 623. Vett. Val.)
narcissus
sapor acer et salsus
argentum
vitrum
color albus et
leucotheus

---

§. 54.

De affinitate planetariorum numinum.

Ex adtributis numinum planetariorum, quae iam ex veterum scriptis collegimus, satis apparet, alios planetas plane inter se differre et discrepare, alios necessitudine quadam et affinitate inter se coniungi. Sunt enim vires quaedam, tum naturales, tum morales, et effectus, magisteria, et alia, quae binis ternisque personis astronomicis adscribantur. Quin et animalia eadem numinum diuersorum symbola esse traduntur. Sic ♄ et ♂ eadem malitia, ♀ et ♃ eadem bonitas in vniuersum adscribitur. Eadem aucipia nunc ☿, nunc ♀ gaudent patrocinio, atque locusta significat, vt dicunt, tum ♄, tum ♂. Haec autem astronomiae symbolicae ambiguitas et amphibolia neque a diuerso scriptorum ingenio et ratione peculiari, neque a temporum varietate deriuari potest. Etenim auctores, quos laudauimus, eiusmodi in praeceptis omnes inter se consentiunt, atque, quamuis aetate diuersi, omnes Aegyptios magistros eosque antiquissimos, imo astronomiae auctores, vt ipsi profitentur, secuti sunt. Quam ob rem credamus necesse est, veram ac genuinam esse Aegyptiorum rationem, qua adtributa quaedam pluribus personis astronomicis communia habentur. Quum haud exigui momenti sit nosse, quae numina apotelesmatica inter se affinia sint et quibusnam in rebus vel partibus consentiant; iuuabit hanc apponere tabellam, e superioribus constructam.

Numina affinia	♄ *et* ♂	♃ *et* ☉	☉ *et* ♂	☉ *et* ♀
Adtributa communia	malitia omnis destructio mors misera opus lanionis animalia noxia locusta	beneficentia sacerdotium nobilitas maiestas regnum principatus color croceus	calor combustio fortitudo regimentum magisteria ignis opus aeraminis et minerarum auri opus coqui.	beneficentia sphaerae propinquae continua comitatio, et applicatio, et coniunctio religionis cultus nobilitas sublimitas

Numina affinia	☉ *et* ☿	♀ *et* ☿	♀ *et* ☽	☿ *et* ☽
Adtributa communia	perpetua comitatio ingenium acutum consilium maturum gloria aurifices	potentum consanguineitas imitatio ☉ color albus iucunda deceptio aucipia accipiter	genus femininum humiditas pulchritudo amores generatio artes femineae ornamenta	sphaerae coniunctae motus celerrimus venatio inconstantia leues artes gloriatio iracundia alia multa

Ceterum per se intelligitur, haec et alia numina inter se similia, quamuis symbola quaedam habeant communia, propterea confundi inter se non posse. Sunt iis enim alia quoque adtributa peculiaria plurima; et probabile videtur, etiam symbola, quae binis ternisue planetis adscribantur, vt locusta, accipiter, ea aut specie, aut genere inter se diuersa cogitata fuisse.

---

§. 55.
Conclusio.

Itaque actum est, id quod nobis proposuimus, scilicet videre, quid veteres de veterum Aegyptiorum astronomia tradiderint. Nouimus, quot et quos planetas Aegyptii habuerint quibusque nominibus eos appellauerint; quot qualesque partes fecerint zodiaci, aequatoris, horoscopi; qua ratione tempora diuiserint; quos dominos coeli et temporis partibus praeposuerint; quas vires et

euentus in rerum natura vitaque communi numinibus suis adtribuerint, eiusque generis alia. Quorum, si breuiter repetere licet, haec fere est summa.

I. Aegyptii de planetis non nisi eos nouerunt, qui meris oculis conspiciuntur, scilicet ☿ ♀ ♂ ♃ ♄, quibus ☽ et ☉ adnumerarunt, tamquam planetas, vel astra erratica.

II. Nomina planetarum sunt multa et varia, partim naturam eorum significantia, partim mythologica.

III. Zodiaci diuisiones sunt plurimae et diuersissimae, a maximis vsque ad minimas, a semicirculis vsque ad minutas et secundas.

IV. Quamquam fere viginti diuisiones eclipticae, quarum singulae minoribus deinceps partibus constant, numerari possunt, primariae tamen et maxime adhibitae hae fuisse videntur:

Semicirculi, Trientes, Quadrantes, Signa, Stationes, Decuriae, Horia, Dodecatemoria, Gradus, Minutae [34]).

V. Quaeuis zodiaci et aequatoris pars, imo quaeuis fere stella, dominum seu patronum aliquem habet de septem planetis.

VI. Item temporum spatia singula a maximis ad minima vsque subiecta sunt imperio alicuius planetae.

VII. Septem planetae atque coeli terraeque partes nec non temporum spatia, quibus singuli praesunt, tamquam numina habentur vel cogitantur, quippe auctores omnium rerum, quae fiunt in natura vitaque humana, siue sint bona, siue mala.

VIII. Quamuis planetae alii sint benefici, alii malefici, alii denique nunc mali, nunc boni; singulis tamen virtutes et affectus peculiares et singulares adscribuntur.

IX. Quaecunque alicui planetae adtribuuntur, eaedem sunt proprietates partium earum coeli, terrae atque temporum, quibus illud numen planetarium praestat, seu quarum dominus est.

X. Numinum astronomicorum malorum effectus ac symbola sunt, quaecunque in rerum natura vitaque humana malefica esse putantur; bonorum contra.

XI. Numinum astronomicorum effectus et symbola cernuntur 1) in rerum natura, siue in coelo, siue in terra; 2) in hominibus, tum in spiritualibus, tum in corporalibus eorum proprietatibus; 3) in animalibus, quadrupedibus, auibus, piscibus, insectis aliisque; 4) in partibus corporis humani atque animalium; 5) in arboribus et plantis variis earumque partibus; 6) in metallis, terris, coloribus multisque rebus arte et ingenio humano profectis.

XII. Quum Aegyptii vnicuique planetae singularem indolem et efficaciam tribuerint, accidit, vt plerumque ea sint alicuius planetae symbola, quae cum natura planetae, aut vera, aut suppositia, maxime conueniunt. Sic lupus significat ♂, vt vidimus, quoniam in vtroque erratica et rapax natura esse credebatur. Symbolum ♄ est locusta, quoniam instar ♄ perniciem afferat. Leo, quippe animal fortissimum et valentissimum, ☉ significat tamquam planetam valentissimum inter reliquos planetas. Taurus, βοῦς, vero, vt Valens dicit, propterea ☽ symbolum esse putaba-

---

34) Quo facilius variae coeli diuisiones a maximis ad minimas vno obtutu lustrari possint, adiecta est sub finem huius libelli tabula, cuius explicationem in margine habes.

tur, quoniam instar ☽ post ☉ fortissimus est atque ☽ agrorum cultura adsribitur. Ornamenta quaeque ♀ significare videntur, quoniam haec stella insigni venustate elucet. Atque simius symbolum ☿ est haud dubie propter eius naturam, cursum ☉, et ortum, et occasum, et processum per Zodiaci signa, imitandi, aut propter simii applicationem ad artes humanas, quarum inuentio Mercurio tribuebatur.

Sed iam instat alia quaestio eaque grauissima de symbolis seu signis, quibus Aegyptii planetas atque Zodiaci varias partes significauerint. Quum enim in scriptis atque obseruationibus potissimum astronomicis huius generis symbola maxime necessaria sint ad loca planetarum indicanda, vix dubium est, quin Aegyptii quoque symbolicen quandam astronomicam adhibuerint. Etiam de his veteres scriptores tam multa tradiderunt nobisque conseruarunt, vt symbolice Aegyptiorum astronomica satis ampla et certa absque monumentis Aegyptiacis ipsis exstrui possit.

BEITRAEGE ZUR KENNTNISS

DER

LITERATUR, KUNST, MYTHOLOGIE

UND

GESCHICHTE

DES ALTEN AEGYPTEN

VON

GUSTAV SEYFFARTH,

MAG. D. FR. K., DOCT. D. PHIL., A. PROF. D. ARCHAEOL. A. D. UNIV. LEIPZIG, COR. MITGL. D. KOENIGL. ACAD. D. W. ZU TURIN. AUSW. MITGL. D. KOENIGL. ASIAT. GESELLSCH. ZU LONDON. OR. MITGL. D. DEUTSCH. GESELLSCH. Z. ERFORSCH. VATERL. SPR. U. ALTERTH., D. HIST. THEOL. GESELLSCH., D. OECON SOCIETAET, DER NAT. HIST. GESELLSCH. ZU LEIPZIG.

DRITTES HEFT.

MIT

II LITHOGRAPHISCHEN TAFELN.

LEIPZIG

VERLAG VON JOH. AMBROS. BARTH.

1833.

PARS II.

PANTHEON AEGYPTIORUM ASTRONOMICUM

SIUE

SYMBOLICE ASTRONOMICO-HIEROGLYPHICA.

ACCEDUNT

TABULAE II LITHOGRAPHICAE.

Chaeremon aliique permulti non alios Aegyptiorum, in ipsis scriptorum suorum exordiis, ponunt deos praeter vulgo dictos planetas, et zodiaci signa, et stellas simul cum his in adspectum venientes, et sectiones Decanorum, et Horoscopos.

Porphyrius.

§. 1.
Introductio.

Quum de planetis atque Zodiaci partitionibus apud veteres Aegyptios vsitatis disputatum sit in superioribus; iam quaeritur, quibus symbolis haec natio tum planetas, tum partes Zodiaci expresserit. Omnes enim populi astronomiam factitantes signa quaedam adhibuerunt, quibus planetas atque segmenta Zodiaci significarent. Quod quidem non potuit non fieri aut phonetica, aut symbolica ratione, aut vtroque modo coniuncto. Sic nostri astronomi primum Aegyptiorum planetam vocant *Lunam*, primumque Zodiaci dodecatemorium *Arietem*, quorum symbola haec habent: ☽, ♈, et sic in reliquis. Quum vero constet, Aegyptios ab antiquissimis inde temporibus astronomiam factitasse scriptisque patriis celebrasse, quumque dubitari nequeat, esse inter hieroglyphica Aegyptiorum monumenta, quibus obseruationes astronomicae describantur; opus est, accuratius demonstrare, quibus vocabulis signisque hieroglyphicis illi vsi fuerint in scriptis suis astronomicis. Quamquam enim in superioribus dictum est de nonnullis planetarum et segmentorum eclipticorum nominibus, atque de variis eorum symbolis, quippe quae in scriptis Graecorum, Latinorum Coptorumque astronomicis occurrunt; haec tamen non sufficiunt ad interiorem astronomiae Aegyptiacae naturam intelligendam et ad integram huius populi symbolicen astronomicam instruendam. Itaque hoc potissimum agitur, vt demonstretur, quibuscunque figuris, aut simplicibus, aut compositis, Aegyptii tum planetas, tum singulas coeli partes significauerint. Qua quidem in dissertatione antiquam rationem seruabimus. Scilicet veteres scriptores ante omnia audiamus, quippe qui, vt nihil fere antiquitatis scitu dignum omiserunt, ita quoque de symbolice Aegyptiorum astronomica plurima, eaque grauissima tradiderunt. Veterum vero tanta est cum in aliis, tum hac in re auctoritas, tantusque inter singulos consensus, vt, quum eos duces sequimur, a scopo aberrare haud facile possimus. Atque vt libere dicam, quod antiquitatum scrutatores, maxime mythologi, magis suo ingenio indulserunt, quam veterum auctoritati fidem habuerunt his in quaestionibus, inde euenit, vt grauissima ac prima Aegyptiorum ars tam diu incognita manserit, vt tanti in chronologiam, historiam, mythologiam aliasque disciplinas errores irrepserint. Quamquam enim Jablonskius, Vir S. V., rectam et veram viam ingressus est ad astronomiam et mythologiam Aegyptiacam illustrandam; recentiores tamen huius viri nunquam satis laudandi rationem non argumentis refellerunt, sed iniuste quidem damnarunt atque non lucem et ordinem, sed tenebras et disordinem in disciplinas, quas diximus, denuo intulerunt.

§. 2.
De principio hieroglyphices astronomicae.

Quum quaerimus, quaenam lex fuerit summa hieroglyphices Aegyptiorum astronomicae, siue quomodo Aegyptii planetas atque signa zodiacalia reliquasque eclipticae partes significauerint in vniuersum; ad id nemo est, qui tam clare, tam accurate, tam diserte respondeat, quam Chaeremon, sacerdos Aegyptius, apud Porphyrium [1]). *Chaeremon*, inquit Porphyrius, *aliique multi, nihil quid agnoscunt, ante mundum hunc adspectabilem, neque alios Aegyptiorum, in ipsis scriptorum suorum exordiis, ponunt Deos, praeter vulgo dictos planetas, et Zodiaci signa, et stellas, simul cum his in conspectum venientes, et sectiones Decanorum, et Horoscopos. — Quippe videbat enim, qui Solem vniuersi architectum esse dicerent, ab illis non ea tantum, quae ad Osiridem Isidemque pertinent, sed etiam quicquid sacrarum fabularum erat, partim in stellas earumque conspectus, occultationes occursusque, partim in Lunae, modo crescentis, modo senescentis, varietatem, partim in Solis cursum, vel in nocturnum, aut diurnum hemisphaerium, vel in Nilum fluuium, cuncta denique in res naturales, nihil in naturas corporea mole carentes viventesque, conferri.* Itaque ex hoc loco clarum est, numina Aegyptiorum omnia, siue quaecunque hoc a populo diuino honore haberentur et colerentur, ea significare partim planetas, partim segmenta zodiacalia, partim reliquas diuisiones astronomicas. Ergo symbola planetarum et segmentorum Zodiaci sunt Dii Deaeque Aegyptiorum, variis modis cogitatae variisque imaginibus expressae, atque aliae eorum res sacrae. Constat enim, Aegyptios non solum numinum suorum idola habuisse, sed etiam animalia, arbores, plantas aliasque res sacras vt deos coluisse. Chaeremon vero, cum quo multos alios consentire dicit Porphyrius, vir longe eruditus et doctus, fide omnino dignissimus est. Chaeremonem enim fuisse Scribam Sacrorum, ἱερογραμματεα, inter principes sacerdotum, qui interiorem mysteriorum notitiam haberent, ex Eusebio constat. Eundem Porphyrius philosophiae Stoicae addictum nuncupat [2]). Sunt vero et alii multi, qui cum Chaeremone consentiant. Sic Julius Firmicus in astronomia sua Aegyptiaca planetam ♃ vocat *habitatorem rupis Tarpeiae* [3]). Quo vnquam vero iure ♃ planetam dicere licuisset Jouem Capitolinum, si statua Jouis Capitolini non symbolum fuisset ♃ planetae? Item Firmicus decanos, siue dominos decuriarum per duodecim signa dispositos, quippe planetas, diserte deos appellat [4]). Papyri Graeco-Aegyptiacae cum constellatione et natiuitate Anubionis, cuius explicationem infra dabimus, hic est titulus: ἑπτα θεοι; ex quo apparet, septem Aegyptiorum deos primarios fuisse septem planetas [5]). Idem sibi volunt septem Aegyptiorum atque aliarum nationum Cabyri, גבירים, quorum pater Sadyc, vel Sydic, Vulcanus, siue Deus O. M. fuisse fertur, qui quidem sexcenties a veteribus commemorantur [6]). Cabyrorum vero templum Memphi exstabat, teste Herodoto. Eosdem

---

1) Porph. in epistola ad Anebonem in Jamblichi de mysteriis Aegypt. libb. p. 7.

2) Euseb. Praeparat. Euangel. L. V. c. 10., Porphyr. de Abstin. L. IV. p. 371.

3) Jul. Firm. Matern. Astron. Lib. I. cap. IV. fin. pag. 14.

4) Firmicus L. IV. c. XVI. p. 107. per 12 „signorum", inquit, „numerum *deorum, seu decanorum* multitudo diuiditur".

5) Pars III. Astron. Aeg. §. 2. Vide Young Hieroglyphics Tab. LII.

6) Herodot. Lib. II. c. 37. 154., Syncell. p. 18., Cicero de Nat. Deor. L. I. c. 13., Clemens Alex. Protrep. p. 44. septem dicit esse deos planetas, octauum vero, qui ex his omnibus constat, mundum.

Cabyros Samothraces vocarunt θεους μεγαλους et δυνατους, atque in Laconia Pausanias septem Cabyrorum columnas vidit [7]). Etiam Graeci, vt Plato tradit, septem planetas coluerunt [8]). Apud Arabes vero vsque ad septimum saeculum post Christum planeta ♀ כבר, Χαβαρ, appellari consueuit. Apud Persas quoque septem principes (planetae) summi regis (Dei O. M.) faciem adspicere atque post hunc summam potestatem exercere dicuntur. Hinc sanctitas illa numeri septenarii per totam antiquitatem celebrata. Hinc septem Aegyptiorum ordines, quorum nobilissimus, nimirum sacerdotum ordo, Soli consecratus fuit. Quid? quod numi Aegyptiaci exstant astronomici, in honorem imperatorum Romanorum excusi, quibus septem planetae septem deorum summorum Graecorum Romanorumque imaginibus et adtributis exprimuntur [9]). Hinc septem hebdomadis dies a septem numinibus maximis, quippe planetis, appellantur. Ipse Manetho, sacerdos Aegyptius, in libro suo astrologico septem planetis non solum nomina deorum tribuit, sed iis etiam vti numinibus sacrificari diserte tradit [10]). Aegyptiorum vero deos planetas fuisse, Eusebius luculenter demonstrat. *Phoenices quidem et Aegyptios*, inquit, *omnium primos Soli, Lunae atque stellis* (planetis et fixis) *diuinitatem tribuisse, vulgatum est, iisdem solis rerum omnium ortus interitusque causam assignasse* [11]). Etiam Proclus planetas deos vocat et dominos mundi, κοσμοκρατορας [12]). Haec de cultu planetarum in vniuersum. Aegyptios vero singulos planetas pro diis, vel singula idola pro planetis habuisse, tam multa veterum loca testantur, vt omnia afferre taedeat. Sic Herodotus vidit, ☉ et ☽ per totam Aegytum coli, quod Diodorus Siculus et Eusebius confirmant [13]). Eadem fere tradit Diogenes Laertius. *Aegyptiorum*, inquit, *de diis philosophia talis est. — Solem ac Lunam deos esse, alterumque Osirin, alterum Isin appellatos* [14]). Quum vero Osiris et Isis variis Aegypti in locis culti fuerint suaque et templa et idola cum insignibus propriis habuerint; clarum est, horum numinum et nomina et imagines symbola fuisse ☉ et ☽ apud Aegyptios. Similiter Proclus stellam ☿ Apollinem, stellam ♂ Herculem vocat [15]). Constat vero duo in Aegypto numina culta fuisse, quae Graeci cum Apolline et Hercule compararent; ex quo sequitur, illa numina, vtut efficta et insignibus ornata, planetarum ☿ et ♂ symbola fuisse. Eandem sententiam ipsa Scriptura Sacra confirmat [16]). Scriptores enim inspirati iterum iterumque inuehunt in nefandam illam Aegyptiorum idololatriam, cultumque animalium, a qua populum Israeliticum

---

7) Vid. Jablonskii Pantheon Aeg. Proleg. p. LXI. ss.

8) Platon. Cratylus pag. 63. Bas. ed. Idem de Zabiis tradit Maimonides. Vid. Dan. Millius Diss. D. IX. p. 278. s. ed. prima.

9) Vid. Dupuis Origine de tous les cultes Vol. I. Tab. II. pag. 178. Kreuzer Symbolik Tab. VI. No. 12.

10) Manetho Apotelesmat. L. I. ver. 203. vbi planetae vocantur: ☉ Ἥλιος, ☽ Μηνη, ☿ Ἑρμης, ♀ Κυθερεια, ♂ Ἀρης, ♃ Ζευς, ♄ Κρονος, quibus quidem omnibus ceu Diis sacrificia offerantur.

11) Euseb. Praeparat. Euangel. L. I. cap. 6. Prolixius eadem tradit Lib. III. c. 4.

12) Procl. in Platon. Tim. L. IV. pag. 251.

13) Herodot. Lib. II. cap. 42. Diod. Sic. L. I. cap. 10. Eusebius Pr. Eu. L. III. c. 4.

14) Diogenes Laert. in Prooemio de vitis philosophorum §. 10.

15) Procl. Diadochi Paraphras. in Ptol. L. I. c. IX. p. 33. §. 4. ♊ Col. Ptolemaei Quadripart. L. I. c. IX. p. 8. Vide supra pag. 31. sign. ♊.

16) Amos V. 25. 26. cal. LXX. et Actor. VII. 43. Deuter. IV. 19. Iob. XXXI. 26. 27. 2. Reg. XVII. 16. Exod. VIII. 25. 26.

coercere studuerunt. Qualis ille fuerit cultus, ex eo apparet, quod Israelitis, quum in idololatriam Aegyptiam reciderent, exprobratur, eos *portasse tabernaculum Molochi* atque *Astrum Dei Kiun*, vel *Remphah*. *Moloch* enim ipse est ♂ planeta, vt vidimus [17]). Quod hoc ipsum vocabulum demonstrat, quippe a מלחמה, לחם, ملاب, *bello*, *bellare*, *pugnare* deriuandum. Bellum enim proprium est ♂ planetae [18]). Astrum vero كيوان כיון est ♄ planeta. Ex his itaque locis clarum est, ♂ et ♄ planetas vt deos ab Aegyptiis cultos, eosque reliquorum ad instar statuis, aut aliis symbolis expressos fuisse. Israelitas vero ♂ et ♄ symbola portasse, non licet mirari, quum habitauerint in iis Aegypti regionibus, quibus haec numina praecipue colerentur, de quo infra [19]). Iam vero Aegyptios non solum planetas, sed etiam signa Zodiaci et Decanos pro diis habuisse, vt Chaeremon tradidit, vix opus est pluribus demonstrare. Vidimus enim Firmicum ipsum Decanos nuncupare Deos [20]). Teste Herodoto, antiquissimis iamiam temporibus in Aegypto, duodecim dii magni ex octo numinibus maximis prodierunt [20*]). Cuius effati hic esse videtur sensus. Antiquitus Aegyptii, quum Cabiros 8 solummodo colerent, etiam 12 signa Zodiaci in Deorum numerum receperunt; aut, quum Zodiacum initio in 8 partes secundum 8 Cabirorum numerum diuiderent, subinde duodecim signa, siue partes Zodiaci distinxerunt, quarum numina praeposita, seu domini, ad secundum deorum Aegyptiorum ordinem pertinent. Vtut sit, eodem loco Herodotus tradit, Herculem, quem ♂ planetam significare vidimus, ex 12 diis fuisse; ex quo intelligitur, Herculem hoc loco dominum signi, seu domicilium ♂ significare, de quo supra dictum. Ceterum inter 12 deos Aegyptiorum magnos, quorum idola Thebis in templo quodam prostiterunt, ab Herodoto aliisque alia quoque numina referuntur, quae alias in planetis seu Cabiris recensentur [21]). Eadem vero est ratio astrologorum, qua planetarum numina etiam signis Zodiaci praesunt. Quid? quod menses Aegyptiaci, qui 12 dodecatemoriis eclipticis respondent, ad planetas vel dominos signorum referuntur, de quo infra. Huc accedit, quod veteres, vt Aratus aliique, teste Tatio, 12 signa coelestia *εἴδωλα* dixerunt [22]). Idola vero illa partim sunt Dii, partim animalia, deorum symbola. Ceterum inter Deos Aegyptios homines nunquam relatos esse, vt Chaeremon affirmat, Herodotus aliique multis in locis testantur [23]). Apprime huc facit Scriptura Sacra [24]). Idololatrae enim illi dicuntur, non solum Planetas pro Diis habuisse, sed ipsa quoque signa Zodiaci, seu Domus, מזלות, منزل. Idololatria quidem Chaldaica non diuersa fuit ab Aegyptiaca. Etiam constat, totam Aegyptum ad instar Zodiaci in 12 prouincias atque in 36 nomos diuisam fuisse, quorum in singulis singula

---

17) Vid. supra Pars I. §. 4. pag. 12. No. 5.

18) Vid. supra Pars I. §. 49. 3. p. 61.

19) Vid. infra Pars II. §. 5.

20) Firmic. L. IV. c. XVI. p. 107.

20*) Herod. L. II. c. 43.

21) Herod. L. II. 46. 145. 144.

22) Achill. Tat. Isagog. in Petauii Vranol. p. 145.

23) Maximus Tyrius Dis. XXXVIII. p. 455. Ox. 1677. Lucian. in Deor. Concil. Opp. II. p. 951 ss. Salm. Herod. II. 50. 143. al.

24) 2. Reg. cap. 23. v. 4. 5. — Praecepit rex, vt eiicerentur, quae facta fuerant Baal, et in luco, et vniuersae militiae coeli. — Deleuit eos, qui adolebant incensum Baal, et Soli, et Lunae, et duodecim signis, et omni militiae coeli. Vulgata Vers.

numina sua haberent templa suisque modis colerentur. Satis enim constat de variis Aegyptiorum festis variis in locis celebratis varierumque numinum in honorem institutis. Numina vero illa prouinciarum et nomorum sunt domini signorum atque Decani, de quo accuratius infra. Denique, quod supra demonstratum est, Aegyptii non solum planetis, sed etiam 12 signis, Decuriis, Horiis et reliquis coeli particulis diuinas virtutes et proprietates adscripserunt, quod fieri non potuisset, si stellas, vel varias Zodiaci diuisiones pro Diis non habuissent [25]). Vidimus enim suprema Aegyptiorum numina fuisse planetas, hinc Signa Zodiaci, hinc Decanos, hinc reliqua vsque ad Moeras, quippe infimos deos. Quid dicam denique de eo, quod Homerus ipse Oceanum dicit lauacrum deorum, scilicet planetarum, signorum Zodiaci et reliquarum stellarum (Iliad. R. A. 423. Hymno ad Lunam v. 7.)? Quotidie enim sidera coeli ad Oceanum Hemericum descendunt eoque lauantur. Annon clarum est, etiam ex Graecorum, quippe ab Aegyptiis doctorum, sententia non esse Deos praeter planetas et Zodiaci partes? Iam satis de symbolice Aegyptiorum astronomica in vniuersum. Sufficiunt enim haec veterum testimonia ad confirmandum id, quod Chaeremon tradit, Aegyptios non alios Deos Deasque habuisse, nisi planetas atque stellas fixas, quas diximus. Iam vero haec grauissima sunt. Ab hoc enim argumento tota pendet explicatio scriptorum astronomicorum, quotquot supersunt, Aegyptiacorum. Quum enim verum est, quod tot veteres scriptores tradunt, omnia Aegyptiorum numina origine esse astronomica, iam nouimus certe in genere, quibus symbolis Aegyptii in monumentis suis astronomicis partim planetas expresserint, partim varias illas Zodiaci partes, quarum in finibus, certo quodam tempore, planetae apparuerint. Inde enim sequitur:

I. Varia numinum Aegyptiorum nomina et cognomina, quae veteres auctores atque inscriptiones Aegyptiacas, Copticas, Graecaeque nobis conseruarunt, ad planetas aut Zodiacum referenda esse.

II. Varias Deorum Dearumque imagines, quae in omnibus fere monumentis Aegyptiacis cernuntur, quaeque insignibus suis aliisque adtributis facile dignoscuntur, esse symbola aut planetarum, aut partium Zodiaci.

III. Varia animalia, arbores, plantas, instrumenta, artificia eiusque generis alia, quippe variis Diis sacra eorumque symbola, eadem quoque nunc ad planetas, nunc ad Zodiaci partes indicandas adhiberi potuisse ac debuisse in scriptis Aegyptiorum astronomicis.

§. 3.

Argumenta contraria.

Quamquam Chaeremon, sacerdos Aegyptius, clarissime et disertissime tradat, vt vidimus, Aegyptios non alia habuisse numina praeter astronomica; et quamuis Herodotus, Diodorus, Proclus, Firmicus, Diogenes Laertius, Manetho, Scriptores Sacri aliique permulti confirment, id quod Chaeremon contendit: huic sententiae tamen non pauca argumenta eaque grauissima obstare videntur. Primum enim non satis intelligitur, quomodo natio nobilissima et sapientissima, per

25) Vid. supra P. I. §. 46. 47. seqq. pag. 55.

totam antiquitatem laudatissima, quae fuit Aegyptiorum natio, adeo impietatis et superstitionis procedere potuerit, vt numinis aeterni, omnipotentis et clementissimi loco, astra inertia, animalia bruta, aliasque res viles et abiectas, in rerum natura conspicuas, diuino honore prosequeretur atque eiusmodi a nugis veram salutem repeteret. Ad haec vero respondendum, veriorem Dei Θ. M. cognitionem et cultum sensim sensimque demum in Aegypto quoque periisse, eamque nunquam plane abrogatam fuisse. Haec enim philosophiae est ratio, vt aut quaquauorsum exspatietur, aut, quum sibi constet, paulatim in deteriorem statum delabatur. Ceterum mysteria Aegyptiorum habita docent, veriorem fidem inter paucos certe propagatam fuisse. Etiam diserte veteres tradunt, in tantis Aegyptiorum ineptiis sapientiam quandam latuisse, quam theosophiam arte symbolica, veluti vestimentis, inuolutam, dicere licet. Sic Proclus, quamuis astrologiae assecla, planetis dicit Deum insensibilem et aeternum vti vt organis temporum [26]). Simile habet Arnobius, dicens: non ignorasse antiquos, nihil habere Numinis signa, neque vllum omnino inesse his sensum; sed propter indomitum vulgus ea formasse salutariter [27]). Qua de causa mythologia Aegyptiaca, quamuis abominanda et nefanda, initio saltem veriorem religionem in se continuisse ac inuoluisse videtur, donec in polytheismum et pantheismum degeneraret.

Grauioris momenti est, quod obiicitur, mythologiam Graecam, quae cum Aegyptiaca arctissime cohaereat, non constare numinibus astronomicis. Sane concedendum est, mythologiam Graecam et Aegyptiam arctissime inter se coniungi, quod veteres testantur atque vtriusque gentis numina inter se comparata demonstrant. Imo probabile est, vtramque religionem aut parem fuisse initio, aut, quod Herodotus aliique volunt quodque Aegyptiorum in Graecia coloniae antiquissimae probant, totum fere Pantheon Aegyptiacum antiquitus in Graeciam venisse. At distinguendum est inter antiquam Graecorum fidem et recentiorum commenta philosophica et mythologica. Sic multis persuasum est, omnem paganismum ex eadem radice prouenisse atque omnes gentium mythologias ita vt ramos vnius arboris inter se coniungi; atque demonstrare posse credunt, mythologiam Aegyptiacam pariter atque Chaldaicam, Phoeniciam, Persicam, Indicam, Sinensem, quid? quod Mexicanam, Germanam aliasque fundamento astronomico eodem inniti: sed eaedem mythologiae variis in terris subinde adeo suo quaeuis modo excoli et mutari coeperunt, vt nunc non nisi in principiis inter se consentire videantur. Quam ob rem non mirum est, Pantheon Graecum ab Aegyptiaco plurimis numeris differre. Quod discrimen in eo potissimum consistit, quod Graeci naturam deorum insensibilem, seu ἀναισθητον, maxime ante oculos habuerunt atque, vt vno verbo dicam, religionem de coelo in terram detraxerunt. Mythologia enim Graeca potius in terrae finibus rebusque proprie naturalibus versari cernitur, qua de causa et heroes inter deos retulisse Graeci videntur [28]). At vero principia mythologiae Graecae atque Aegyptiacae eadem fuisse, certo certius est atque solo ex Herodoto facile demonstrari potest. Ceterum, si nullum vtriusque mythologiae statuas vinculum, non agitur de Graeca, sed de Aegyptiaca mythologia,

---

26) Proclus in Platon. Tim. Lib. IV. pag. 251. Vide quae Jablonskius affert in Pantheo Aeg. Prol. p XLI. §. XXII ss. p. LXXIX.

27) Arnobius aduersus Gentes L. VI. p. 208.

28) Vid. Jablonskii Panth. Aeg. Proleg. §. XXI. p. XLIII. ss.

cuius numina clarissimis et certissimis veterum locis, vt vidimus, ad planetas atque Zodiacum referuntur.

Porro commemorantur Aegyptiorum Dii, qui partim ad nullum planetam, aut Zodiaci signum, partim ad plura referri posse videntur. Sane de multis numinibus aut paucissima, aut tam aliena praedicantur, vt difficillimum sit de natura eorum astronomica iudicare. Sed haec nulla est ratio negandi, eiusmodi Deos Deasue, quod de aliis clarum est, ad astronomiam spectare. Sunt enim multa, quae veteres obiter monuerint, aut omiserint. Neque hoc negari potest, nonnulla Aegyptiorum numina secundum quasdam proprietates et adtributa atque symbola, quae veteres iis adscribant, non ad vnum planetam aut Zodiaci partem, sed ad plures iure meritoque referri posse. Quod non licet mirari. Vidimus enim in superioribus [29]), esse quasdam vires, effectus et symbola binis ternisque planetis communia. Ceterum, theologiam in mysteriis habitam fuisse apud Aegyptios, quis est, qui ignoret? Atque haec est mysteriorum veterum ratio, vt ambiguitate impediat nouitios, vel profanos. Quod egregie pluribus exposuit Meyerus, Vir S. V. [30]). Nulla vero est ambiguitas, quin in se ipsa habeat solutionem suam.

Denique sunt Aegyptiorum numina, quae non ad coelum, sed diserte ad terram resque naturales referantur, veluti Deus Nilus. Haec Chaeremon quoque loco laudato luculenter docet. Sed bene hoc loco tenendum est id, quod astronomi nostri tradunt, scilicet omnem rerum naturam, tum coelum, tum terram, tum adspectabilia, tum inadspicua, septem planetarum imperio subiecta esse [31]). Quemadmodum planetae praesunt 12 Signis, Decuriis, Horiis, Dodecatemoriis, Moeris aliisque coeli partibus; ita etiam dominantur regionibus coeli, terrarum tractibus, montibus et vallibus, fluminibus et maribus, variis hominum generibus, animalibus, arboribus, plantis, saxis, metallis aliisque rebus, quarum indicem supra exhibuimus. Atque haec innuit egregius antiquitatis scrutator Eusebius, dicens, *mundum inter septem planetas diuisum esse* [32]). Rem plane eandem tradit Cicero (Nat. D. I. c. 13). *Deos*, ait, *esse octo; quinque qui in stellis vagis* (planetis) *nominantur; vnum* (terrarum orbem) *qui ex omnibus sideribus, quae infixa coelo sunt, ex dispersis quasi membris, simplex sit putandus deus; septimum* ☉, *octauam* ☽. Quae verba clarius adhuc explicat Clemens (Protrept. p. 44), dicens, *esse septem Deos planetas, octauum vero, qui ex his omnibus constat, mundum.* Iam clarum est, etiam terrestria Aegyptiorum numina ad coelestia, siue ad astra referri debere. Quamquam enim non exigua inde ambiguitas oritur, res tamen non aliter fert. Sic quum e. g. Aegyptii Iouem suum nominant; in oculos incurrit, hoc nomine innumeras fere notiones et ideas innui. Cogitandum enim est primum de Planeta Deo, hinc de domino signorum, hinc alio respectu de domino temporis, aut de terrae tractu, aut vento, aut fluuio, aut alio numine. Quam ob causam de Diis Aegyptiis res maxime variae et diuersae

---

29) Vid. Pars I. §. 54.

30) Joh. Fried. von Meyer Blätter für höhere Wahrheit. Vol. V. Francofurti a. M. 1824. p. 113.

31) Vid. Pars. I. §. 46. 47. ss. Col. Tab. lithogr. I.

32) Euseb. Praep. L. III. c. 9. etiam haec habet: Ea porro Aegyptiorum doctrina fuit, ex quibus, vti suam Orpheus Theologiam hauserat, ita mundum vtique Deum esse voluit, ex pluribus Diis, tamquam sui partibus (nam ipsas quoque mundi partes Deorum in numero ab ipsis repositas fuisse, ante demonstrauimus) compositum et constitutum.

praedicari poterant. Sic in columna notissima Isidis haec Dea vocatur domina regionis Nisaeae, tum domina nomi et vrbis Bubastis, tum nutrix Aegypti. Eadem dicitur Saturni filia natu maxima et Mercurii discipula, inuentrix frugum et oriens in Canis sidere[32*]). Quae quidem mythorum, vel adtributorum diuinorum repugnantiae explicari sane nequeunt, quum obliuiscimur, Aegyptios ad vnum idemque numen, vel ad eundem planetam permultas et peruarias mundi partes retulisse. Idem valet de nominibus numinum. Quamquam enim aliis ea nominibus vocarunt, quum sunt planetae; aliis, quum sunt signorum domini aut Decani; aliis porro, quum ventis, aut regionibus, aut nemoribus, aut fluuiis aliisue rebus praesunt: manet tamen in omnibus genuina quaedam indoles, veluti genuina substantia. Hanc quidem ob causam veteres Solem et Lunam et alios planetas vocarunt nunc *μυριονυμους*, nunc *πολυονυμους*[33]).

Itaque nihil obstat, quin concludamus, omnes Aegyptiorum Deos Deasque proprie ad astronomiam spectare. Quum vero mythologia Aegyptiorum est astronomica; sequitur, omnes personas eorum mythologicas esse symbola astrorum tum planetarum, tum partium Zodiaci. Quod quidem ante omnia nobis hac nostra de Aegyptiorum astronomia disputatione demonstrandum erat. Quum vero Aegyptiorum numina sua habeant nomina singularia, atque variis imaginibus et insignibus peculiaribus exprimantur, nec non variis animalibus aliisque rebus sacris significentur; triplex Aegyptiorum est symbolice astronomica, *phonetica* scilicet, *imaginea* atque *mimetica*, si dicere licet. Animalia enim et caetera sacra Deorum, quorum symbola sunt, naturam imitari dicuntur.

§. 4.
Nomina mythologico - astronomica.

Admodum probabile est, innumera fere fuisse numinum Aegyptiorum nomina et cognomina. Quum enim ipse Sol et Luna nunc *μυριονυμοι* nunc *πολυονυμοι*, vt vidimus, dicantur; vix dubium est, quin veteres reliquis etiam planetis varia nomina tribuerint. Quemadmodum vero Dii Aegyptiaci aliis nominibus appellantur, quum planetas significant, aliis, quum dominantur 12 Signis coelestibus, aut 36 Decuriis; ita quoque tamquam patroni 60 Horiorum, et 120 Toporum, et 144 Dodecatemoriorum, et 360 Graduum, et aliorum domiciliorum domini sua nomina peculiaria tenuisse videntur. Nihil dicamus de dominis regionum, ventorum, aquarum aliarumque rerum terrestrium, nihil de Chronocratoribus. Sed de his nominibus mythologico-astronomicis admodum pauca veteres nobis conseruarunt, quorum catalogus infra. His accedunt nomina planetarum vulgaria, signorum Decanorum, Stationum Lunarium, Mensium atque regum Aegyptiacorum primorum[34]). Non ineptum esset hoc loco, omnia haec vocabula explicare atque ad radices suas Copticas reducere; sed vereor, ne operam et oleum perdam. De nominibus enim Deorum Aegyptiacorum passim Jablonskius disputauit in Pantheo suo, quorum multa nimis incerta esse videntur; certiora infra afferantur. Decanorum nomina Salmasius tentauit; sed de his dolendum, miram esse codicum atque Firmici et Valentis discrepantiam. Signorum vero et Stationum Lunarium nomina,

---

32*) Diodor. Sic. Biblioth. Lib. I cap. 27. pag. 31.
33) Vid. Jablonskii Panth. Aeg. Vol. I. p. 157. ss. II. 55. ss.
34) Vid. sup. P. I. §. 4. §. 17. §. 32. rel. pag. 12. 23. 40.

quamuis ex antiqua Aegyptiorum lingua orta et corrupta esse videantur, nunc nimis ad Graecum genium adspirant, quin facile explicari possint. Verbum addere liceat de primis Aegyptiorum regibus, quorum nomina nondum satis perspecta esse videntur, atque de nominibus mensium et planetarum propriis. Quibus in vocabulis explicandis tenendum est in vniuersum, omnia veterum nomina fuisse significantia atque maximam esse linguae Copticae cum Semiticis atque Graeca conuenientiam et affinitatem. Primum quidem (sup. p. 12) de Luna ⲓⲟϩ, Thebaice ⲟⲟϩ et ⲱϩ, Jablonskius iam demonstrauit, eam non diuersam esse ab Arohiuorum Ione, adstipulante Herodoto [35]). Quum Eustathius tradat [36]), nomen Io vel ⲙ-ⲓⲟϩ Lunae esse mysticum, non proprium; licet hoc vocabulum a Coptorum ⲙ-ⲓⲁϩ, ⲙ-ⲓⲟϩⲓ, ⲙ-ⲓⲁ, ⲙ-ⲉⲓⲁ, גיא *vallis*, *campus* deriuare. Nam ♄, vt astrologi tradunt, praefuit locis infimis, maxime depressis, atque agrorum culturae, quippe domina infimae sphaerae, quemadmodum ♃ et ♅, domini altissimarum sphaerarum, montium cacuminibus praestant [37]). Etiam vocabula *Μην*, *Μηνη*, sunt origine Aegyptiaca, quippe cum ⲙⲏⲛ, ⲙⲟⲛⲏ, ⲙⲟⲛⲓ, *stare*, *pascere*, *alere* conuenientia, vnde *νεμειν*, *μενειν* atque *Μηνης*. Ipsum ⲥⲩⲗⲏⲛⲏ verbis ⲥⲓⲟⲩ *stella*, *astrum*, et ⲗⲉⲟⲛ *pulchra quaeque ornamenta*, aut ⲣⲁⲛ, ⲣⲁⲛⲁⲓ, *placitum*, *pulcrum*, vnde Latinorum *Luna*, Graecorum *Σεληνη*, constare videtur. Porro nomen ☿ *Ἑρμης* ab ⲉⲣ-ⲙⲁⲓ, ⲙⲏⲓ, ⲙⲉ *purum*, *verum esse*, aut ab ⲱⲣ et ⲙⲁⲟ *abundare (auro)* deriuari potest, quam ob rem ☿ Graece *χρυσοφαης*, *στιλβων* atque coloris *ἀληθινου* dicitur [38]). Etiam vidimus auri tractationem Planetae ☿ conuenire secundum astrologos. Nomen ♀ ⲥⲟⲩⲣⲟⲧ, ⲥⲟⲩⲣⲱⲑ congruit cum زهرة *Zoharath*, Arabico ♀ nomine, a زهر, זהר Heb. et Chal. *fulgere*, *pulcrum esse*, quam ob rem Manetho recte monuit, ♀ ab Aegyptiis appellari *την καλλιστην* [39]). Nomina ☉, ⲅⲗⲓⲁ, *Ἥλιος*, *Πεῤῥα* ad ⲣⲏ, ⲣⲁ, *Sol* referenda esse, in oculos incurrit. Baschmurice enim ⲗⲏ, ⲗⲁ dicitur pro ⲣⲏ, ⲣⲁ. Etiam *Sol* ex ⲥⲓⲟⲩ, Thebaice ⲥⲟⲩ, *astrum* atque ⲗⲏ vel ⲣⲏ constare videtur. Atque ⲣⲏ, ⲣⲁ *Ἥλιος*, ⲅⲗⲓⲁ haud dubie ab הרא i. e. ראה *videre*, *visus*, descendit. Qua de re *oculus* atque *visus* ☉ adscribuntur ab Aegyptiis, vt vidimus. De vocabulo ⲙⲟⲗⲟϫ, i. e. מלאב, לחם, vel מלח, *bellum*, quod ♂ est proprium, supra diximus. Alterum vero ♂ nomen *Ἔρινυς* vel *Ἄρης*, vnde Martis (ⲙⲁ ⲉⲣ ϯ vel ⲧⲟϫⲓ) nomen apud Romanos haud dubie ortum est, egregie conuenit cum noxia ♂ natura, quam nouimus. Nam ⲉⲣ ⲧⲱϫⲓ significat *damnum*, *damnosum*. Nisi *Ἄρης* eiusdem radicis est, descendit ab ⲉⲣ ϯ *pugnare*. Nomen vero ♃ planetae ⲍⲉⲩⲥ aperte Copticum ⲥⲓⲟⲥ, *dsios*, vel *dsrhios*, *dominus* est, vnde Graecorum *Ζευς* et Latinorum *Deus*. Coptice enim *princeps* dicitur ⲥⲓⲟⲥ, ⲥⲟⲉⲓⲥ, ⲥⲱⲓⲥ, ⲥⲱⲉⲓⲥ, ϫⲟⲉⲓⲥ, a ⲥⲓ vel ϫⲓ *capere*, *subigere*, *dominari*. Denique nomen ♅ ⲣⲉⲫⲁⲛ, ⲣⲏⲫⲁⲛ, quod et *ῥεμφα* pronunciatur et *ῥαιφαν*, et *ῥομφα*, et *ῥηφαν*, deriuandum videtur, missis aliorum sententiis, a ⲣⲉ vel ⲣⲁ atque ⲟⲩⲉⲛ, ⲟⲩⲟⲉⲓⲛ, ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ, *splendere*. Eiusdem enim radicis esse videntur *φαινεσθαι*, *ἐμφανος*, فان,

35) Herod. L. I. c. 1. et 5. Jablons. Panth. Aeg. I. p. 5. 6.

36) Eust. Comment. in Dionys. Perieg. v. 94. vel p. 23. Ed. Step.

37) Vid. supra P. I. §. 53. Firmicus L. II. cap. X. pag. 23. 24.

38) Supra P. I. §. 4. Vettius Valens apud Salmas. de Ann. climacter. p. 620.

39) Chronicon Alexandr. pag. 108. ed. Rod. col. Hom. Il. X. 318.

alia. Certe ⲣⲏⲫⲁⲛ, quum vertitur *lumen splendens*, consentit cum translatione Graeca ♄, *φαινων* [40]). *Νεμεσις* vero, quo nomine Graece ♄ appellatur, Coptice dicitur ϣⲓϣ, ϣⲓ, ⲥⲏϣ, *vltio, retributio.*

Quod nomina mensium attinet (vid. p. 40), quum ad duodecim deos Aegyptiorum maximos secundarios, siue ad duodecim signa caelestia, eorumque dominos spectent, pro cognominibus deorum siue planetarum, quippe qui singulis praesunt, haberi debent. De mense primo quidem satis constat, eum ad Hermam, Mercurium, vel Janum, Aegyptiorum Thouthum, pertinere, a Coptico ⲑⲟⲑⲟ, *οἰκουμενη*, vel a ⲑⲟⲩⲟϯ, *στηλη, columna*, dictum [41]). Mensis secundus ♀ sacer ⲡⲁⲑⲟⲙ, ⲡⲁⲱⲙ, *Παωφι*, constare videtur ex ⲡⲁ, *attinens*, et ⲱϥⲓ, ⲱⲃⲉ, ⲱⲃ, *castigare, dominari*, quae quidem inter venereas ♀ virtutes et effectus numerari possunt [42]). Tertius ⲁⲑⲱⲣ, *Ἀθυρ*, ♂ consecratus, plane conuenit cum Persarum et Chaldaeorum mense tertio אדר, اذر, ipsi ♂ ab iis consecrato, sicuti tertius Romanorum mensis est Martis. Quod vocabulum, si non cohaeret cum אדר *valere, intumescere*, quae propria sunt ♂, ad ϯ et ⲱⲣ *impugnationem Hori* referri potest, quae ♂ tribuitur. Vocabulum ⲭⲟⲓⲁⲕ, mensem ♃ designans, forsan ex ⲭⲱ, ⲕⲱ *ponere, statuere* et ⲓⲟⲕ, ⲙ̀ⲓⲱⲕ *gloria* constat. Saltem gloriae auctor ♃ dicitur. Mensis ⲧⲱⲃⲓ, ⲧⲱⲃⲉ, *τυβι* i. e. ϯⲟⲩⲃⲉ *adversarius, contrarius, conturbator, nequam* rectissime ♄ conuenit, quippe omnis malitiae auctori. Sequens mensis, item ♄ sacer, ⲙⲉⲭⲓⲣ seu ⲙⲟⲕϩ, ⲙ̀ⲕⲁϩ ⲱⲣ *afflictio, labor Hori* seu *Solis* vocatur, aut quia signum ♒ labores Soli affert, aut Typhon hoc in signo superari dicitur. Nam ☉ in solstitio hiberno versans peperit fabulam illam de Typhonis victoria, atque festum illud Papremiticum, quo Hori siue Osiridis ad nouum annum properantis cum Typhone pugna symbolice celebrabatur [43]), de quo infra fusius. Haud incertior est explicatio nominis mensis septimi ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ, cui praestat ♃. Nam vocabula ⲫⲁ *attinens*, ⲙⲁⲓ, ⲙⲉ *veneratio*, ⲛⲟⲩϯ *Deus, Dii*, significant id, quod ♃ tribuitur, nimirum *pietatem in deos, religionem*, atque *sacerdotium* [44]). Mensis ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ, ♂ sacer, facillime a ⲫⲁ *attinens*, ⲉⲣ *facere*, ⲙⲟⲩⲧ, ⲙⲉⲩⲧ *mors* deriuatur. Nam ♂ est necis auctor, vt vidimus, quare recte hic dicitur *auctor* seu dator *mortis* [45]). Item de mense *παχων*, ⲡⲁⲭⲱⲛⲥ, ⲡⲁϣⲟⲛⲥ vix dubitare licet, quin vocabula ⲡⲁ *attinens* et ϧⲟⲙ, ϧⲟⲙⲥ, ϧⲟⲛⲥ, ϧⲙⲟⲙ, חמם *ardere, ardor, amor* contineat. Nam ⲥ in fine vocabulorum Copticorum substantiua significat, atque solemnis est mutatio ϧ in ϣ. Veneri autem, quae domina est huius mensis, adscribuntur ardor venereus, amor, generatio et cetera [46]). Mensis ⲡⲁⲱⲛⲓ constare videtur verbis ⲡⲁ *attinens* et ⲱⲛⲓ, ⲉⲛ, *imitatio, simia.* Nam symbolum ☿, qui praeest huic mensi, *simiam* veteres dixerunt [47]). Vndecimi mensis nomen ⲉⲡⲏⲡ, ⲉⲡⲉⲓⲫ, *Ἐπιφι*, si non

---

40) Vid. Jablonskii Opusc. Vol. II. 13. Nomen legitur Amos V. 25. Stephan. Mart. Lucae VII. 43 Col. Rossii Etymol. Aeg. p. 174.

41) Vid. Jablonskii Panth. Aeg. P. III. §. 16. p. 180. Vid. infra §. 8. Thoth.

42) Vid. supra P. I. §. 51. pag. 64. Col. §. 53. et 54., vbi monent astrologi, ☽ et ♀ multas proprietates communes habere.

43) Herod. Lib. II. §. 63.

44) Supra P. I. §. 48. No. 4. pag. 60.

45) Supra P. I. §. 49. No. 3. 4.

46) Supra P. I. §. 51. No. 2. 4. pag. 64.

47) Supra P. I. p. 52. No. 5.

ab Apide, ☽ symbolo, quem Herodotus *Epaphum*, Ἔπαφον vocat [48]); certe ab ⲏⲡⲓ, ⲟⲓⲡⲉ, *numerus, mensura* et ϥⲓ *ferre, afferre* deriuandum est. Constat vero, Aegyptios Lunae, quae domina est huius mensis, adscripsisse incrementa Nili, qui quum iustum cubitorum numerum assequitur, summam vbertatem affert [49]). Denique mensis vltimus, quem ☉, seu domicilio ☉ i. e. ♌, respondere coniicimus, nomen accepit a Sole. Sol enim siue Osiris, vt in vulgus constat, est pater Hori, ⲙⲓⲥ ⲱⲣ vel ⲙⲉⲥ ϩⲱⲣ, *generator Hori*, vnde nomina huius mensis ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ, ⲙⲏⲥⲟⲣⲏ, ⲙⲉⲥⲱⲣⲓ, Thebaice ⲙⲉⲥⲟⲩⲣⲏ, *Μεσορη*, *Μεσωρι*. Haec sunt, quae de nominibus mensium, vt cognominibus Deorum Aegyptiacorum, annotanda videbantur.

Iam probare opus est, primam regum Aegyptiorum dynastiam summis huius terrae numinibus, nimirum planetis, constare, quod haud exigui momenti esse videtur. Scilicet Manetho, primus Aegyptiorum historicus, primorum regum, quorum aetatem vere diluuium antecedere crediderunt, haec affert nomina [50]):

1 ☽	2 ☿	3 ♀	4 ☉	5 ♂	6 ♃	7 ♄	8 ♅
Μηνης *Μινης* *Μην*	*Ἀθωθις* *Ἀθωσθις*	*Κενκενης*	*Οὐενεφης* *Οὐεννεφης* *Οὐαουενεφις*	*Οὐσαφαης* *Οὐσαφανης*	*Νιεβες* *Νιεβαϊς* *Νιεβαης*	*Σεμεμψης* *Σεμενψης* *Μενψης*	*Βιηνεκης* *Βιηναχης* *Οὐβιενθης*

De nomine *Μηνη*, *Μην* satis dictum est supra atque demonstratum, id ipsum ☽ nomen apud Aegyptios fuisse, quippe a ⲛⲁⲙ, ⲙⲁⲛ, *νεμειν*, *μενειν*, אמן *pascere, alere* deriuandum, vnde et Graecorum Latinorumque *μην mensis*. Vocabulum *Ἀθωθις* cum *Θωθ*, *Θωουθ*, ☿ congruere, per se intelligitur. Ceterum huic regi medicina atque libri Hermetici adscribuntur, quae ☿ propria esse nouimus [51]). Nomen *Κενκενης*, siue a ⲕⲉⲛ, ⲕⲉⲛⲓ *pinguedo, anser*, siue a ϫⲉⲛϫⲉⲛ, ⲥⲉⲛⲥⲉⲛ, ⲕⲉⲙⲕⲉⲙ, *sonare, tympanus, cithara, sistrum* deriuetur, ♀ conuenit. Pinguedo enim, pariter atque anser, nec non instrumenta musica, praecipue sistrum, ♀ sunt symbola, vt vidimus atque infra docebitur [52]). *Οὐενεφης* vel *Οὐεννεφης* constare videtur verbis ⲟⲩⲏⲛ *abundantia* atque ϥⲓ *ferre* aut ⲛⲟⲩϥⲓ *bonum*. Et recte quidem omnem naturae prosperitatem ☉ veteres tribuerunt. Ceterum huic principi pyramidum inuentio adscribitur; pyramis vero ☉ symbolum fertur [53]). *Οὐσαφαης* nomen referendum est ad ⲥⲏϥⲓ, *gladius*, ξιφος, سيف, סיפא, סיף, qui cum reliquis armis ♂, belli Deo, sacer est [54]). *Νιεβαης*, vel *Νιεβαϊς*, vt versio Armeniaca legit, descendit a ⲃⲁⲓ, ⲛⲓ-ⲃⲁⲓ, *palma, rami palmae*, quae arbor cum partibus suis, vt infra apparebit, ♃ symbolum est. Septimus rex, quem cum ♄ comparauimus, vocatur *Σεμεμψης*, vel simpliciter *Μεμψης*.

48) Herod. L. II. §. 28.

49) Vid. Jablonskii Panth. Aeg. P. II. p. 10. 11. 12. 13.

50) Syncellus ed. Dindorf. pag. 100. 102. Par. p. 54. et 55.

51) Supra P. I. §. 52. No. 3. 4. pag. 65. Col. Clemens Al. Strom. V. c. 4. p. 757. Zoega Obel. p. 514.

52) Supra P. I. §. 51. No. 5. pag. 64. Infra vid. Instrumenta; Sistrum.

53) Vid. Syncell. ll. cc. p. 100. 102. Infra Instrumenta; Pyramis. Etiam comparare licet ⲟⲓⲡⲉ, ⲱⲙⲡⲓ, איפה modius, mensura frumentorum.

54) Vid. supra P. I. §. 49. No. 3. 4. 5. pag. 63.

Vtramque facillime explicatur. Nam ⲘⲤⲀϩ, ⲉⲘⲤⲀϩ, vt Herodotus iam monuit, crocodilus dicitur, quod animal ♄ sacrum erat [55]). Idem rex plenius dicitur ϫⲰⲘ ⲘⲤⲀϩ *potestas* vel *indoles crocodili*. Ceterum huic regi valida pestis (φθορα μεγιστη) adscribitur, quae, vt vidimus, ♄ est propria [56]). Denique octauus rex haud dubie est Octauus Cabyrorum, siue terra. Diserte enim tradit Clemens, *Octauum esse mundum* ipsum, atque in numo astronomico laudato *Octauus* seu terra cernitur in medio circulo, reliquis Cabyris seu planetis atque signis Zodiaci circumdata [57]). Cui sententiae adstipulatur sequens nominum regis huius explicatio. Syllaba enim βιην, βιεν spectat ad ⲟⲩⲁⲛ, vel ⲟⲩⲏⲛ, *agger*, *terrae tumulus*, χωριον, χωμα, patens (campus); atque syllaba Χη, siue ad ϫⲏ *persistere*, siue ad ϫⲁ *firmamentum*, siue ad ⲕⲟⲓ, ⲕⲁⲓⲉ, γαια, *ager*, *terra* referatur, plane conuenit cum syllaba θη secundi nominis, quae est ⲑⲟ, ⲑⲉ (=ⲕⲡ) *mundus*, οἰκουμενη. Itaque Οὐβιενθη atque Βιενεχη *Terram*, siue Octauum Aegyptiorum deum maximum significant. Iam ex his apparet, quales sint antiquissimi Aegyptiorum reges secundum Manethonem, celeberrimum historicum, nimirum planetae ☽ ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄ cum ♁, ordine quidem apud Aegyptios vulgari [58]); atque clarum est, quam fragilis sit eorum ratio, qui ad chronologiam, quam putarunt, Aegyptiacam terrae huius historiaeque antiquitatem definire studuerunt. Vera quidem huius chronologiae ratio Manethonem non latuit, quippe qui ipse tradit, primis 12 dynastiis Deos regnasse [59]); latuit autem nostros chronologos, qui Manethonem aliter, atque ipse vult, interpretati sint. Quemadmodum vero iam de natura historiae Aegyptiacae antiquissimae rectius iudicare licet, ita et de chronologia Indica et Sinensi, serius ocius, aliquando demonstrabitur, eam non esse historicam et veram, sed mythologicam vel astronomicam atque falsam et facticiam. Iam satis de nominibus et cognominibus numinum Aegyptiorum. Perspectum enim habemus, Deorum Dearumque nomina apud Aegyptios partim quam maxime varia et diuersa fuisse, partim ex astrologicis astrorum virtutibus et proprietatibus originem habere. Qua quidem ex lege reliqua Deorum Aegyptiacorum nomina, apud scriptores Graecos, Latinos aliosque obuia, quorum catalogus sequitur, explicanda esse videntur.

Numina masculina.

Aegyptiace	*Graece et Latine*	*Cultus*	*Aegyptiace*	*Graece et Latine*	*Cultus*
Amenebes	Amenophis	Memnonium	Anubis	Ἑρμης, Mercurius	Hermopolis
Ammon	Ζευς, Iupiter	Diospolis		Apollo	Cynopolis
Amun	Amon	Elephantine		Κρονος, Saturnus	
	Belus	Lybia	Apis	Taurus Memphiticus	Memphis
Antaeus	Ἀνταιος	Antaeopolis	Aphophis	Κρονος	
	Pan	Panopolis	Apophis	Saturnus	
	hircus Mendesius			Typhon	

55) Herod. Lib. II. 69. Jablonskii Panth. Aegypt. P. III. §. 11. pag. 66. pag. 79. Vid. Infra: Crocodil.

56) Vid. supra P. I. § 47. No. 4. pag. 59. col. Plutarch. pag. 368.

57) Clemens Alex. Protrept. p. 44. Vid. supra Not. 6. pag. 74. Dupuis Origin. de tous les cultes Tab. 2.

58) Vid. supra P. I. §. 4.

59) Vid. Syncell. p. 29. 30. ed. Ven.

Nomina masculina.

Aegyptiace	*Graece et Latine*	*Cultus*
Arsaphes	Osiris	
Arueris	Apollo	Apollinopolis M. Ombos Apollinopolis P.
Babis	vid. Bebon.	
Bacis	vid. Pacis	
Bebon vel Babys	Typhon	
Belus	Ζευς, Iupiter	
Besa	Ammon	Abydos Antinoe
Camephis	Ἡφαιστος Vulcanus	
Canobus vel Canopus	Ἑρμης Mercurius	Canopus
Chom vel Chon	Hercules vid. Zom	Thebae
Cneph vel Cnuphis	Ἀγαθοδαιμων Amon Vulcanus	Elephantine Thebae
Esmun Smun Ichmin	Aesculapius Mercurius Pan	Hermopolis Panopolis Mendes
Harpocrates	Aesculapius Osiris	
Horus	Apollo Priapus (Pan)	Apollinopolis
Jao	Ἥλιος, Sol	
Ichmin	vid. Esmun	Hermopolis Mendes
Ichonuphis	vid. Cneph	
Ichton Ἴκτων	Deus creator	
Imuthes	Aesculapius vel Mercurius	Memphis Alexandria
Macedo	frater Anubidis, filius Osiridis	
Mandulis	Κυριος Sol	Talmis
Men vel μην	Μηνης vel Lunus	
Mendes	Pan Bacchus	Panopolis Mendesius nomus Chemmis
Mueuis	taurus Heliopolitanus	Heliopolis
Moloch	Hercules	
Nilus	Oceanus Osiris, Zeus	Nilopolis Elephantine
Onuphis	taurus Hermonthites	Hermonthis
Osiris	Ἥλιος, Bacchus Dionysus	Apollinopolis P. Busiris Canopus
Paamyles	numen phallicum	Thebae
Pacis vel Bacis	taurus Hermonthites	Hermonthis
Palmytes	v. Paamyles	Thebae
Paytnuphis	Ἑρμης	Bacchi insula Catarrhactae
Perseus		Chemmis
Petempamentes	Bacchus	
Peteusenes	Hermes siue Mercurius	Catarrhactae Bacchi insula
Petensetes	Saturnus	ibidem
Phruron	Nilus	
Phtha Aphthas	Ἡφαιστος Vulcanus	Memphis
Python	Typhon	
Schmun	v. Esmunus	Hermopolis
Serapis Sarapis	Pluto, Zeus Sinopiticus Saturnus	Alexandriae s. Racoti Memphis
Seth	Typhon	Parembole
Smy	Typhon	Canopus
Socharis	Paamyles	Philae
Tchonemyros		Oasis magna
Thoth	Ἑρμης, Anubis	Hermopolis Schmun Erman
Typhon	Typhaeus	Ombos
Zom vel Som	Hercules	Thebae

Numina feminina.					
Aegyptiace	*Graece et Latine*	*Cultus*	*Aegyptiace*	*Graece et Latine*	*Cultus*
Ambo	vid. Tithrambo	Ombos	Menuthis	Ἐυμενουθις	Menuthis prope Canopum
Anuce	Vesta	Fines Aegypti et Aethiopiae	Methuer	Isis	
Aso	Nephthys	Ibidem	Muth	Isis	
Athor	Ἀφροδιτη Venus	Atarbechis Prosopis	Neith Sais	Ἀθηνη Minerua Isis	Sais
Athyri	Isis	Aphroditopolis			
Bubasi	Isis, Io	Coptus	Nephthis	Rhea Ἀφροδιτη Venus	Tentyris Phylae
Bubastis	Diana Juno Lucina, Ἐιλειθυια	Bubastis	Sais	v. Neith	Sais
Buto	Latona	Butus Letopolis Busiris	Sate Sates Satis	Ἥρα Iuno	Bacchi insula
Esenephys	Ver, ἰαρ		Sothis	Isis	Prouincia ♋ respondens
Eumenuthis	vid. Menuthis	Canopus.			
Io	vid. Bubasi	Coptus	Thermuthis	Hecate Brimo	Prope Thermutiacum ostium
Isis	Ἀφροδιτη Venus Juno Ceres	Philae Tentyris Parembole Bubastis Iseum	Thueris	Typhonis pellex	Thebais
			Tithrambo vel Ambo	Proserpina	Ombos
Mene	Luna		Typhi	Venus	

§. 5.

Animalia sacra aliaque symbola mythologico-astronomica.

Inter omnes constat, in variis Aegyptiorum templis non solum varios Deos Deasque cultas fuisse, sed etiam animalia, vt viua numinum symbola. Voluerunt enim, qui animalium cultum antiquitus instituerunt, vt animalia, quemadmodum veteres tradunt, essent *μιμηματα θεον*, *Deorum imagines viuae*, vel *figurae et allegoriae virtutum quarundam*, *quibus adiutricibus regatur humanum genus*, vel *diuinae potentiae effigies quaedam*[60]. Scilicet, quum Aegyptii crederent, vt vidimus, omnia, quae fierent aut facta essent, a septem planetis, ceu Diis maximis, originem habere, atque praeciperent, totum terrarum orbem inter planetas diuisum esse, ita vt quoduis numen suam tueatur particulam; singula animalia, vegetabilia et alia, eorumque adeo partes singulis Diis vel Planetis vt propria adtribuerunt atque consecrarunt[61]. Hanc ob causam Aegyptii non per Deos, sed per animalia, quippe Deorum symbola, iurarunt, veluti *μα τον κυνα θεον*,

60) Porphyr. de Abstin. L. IV. p. 372. Hyginus Poet. Astron. L. II. c. 28. Clemens Recogn. L. V. c. 21. Plutarch. de Is. p. 380. fin. Alia loca vide apud Kreuzer. Exercit. Herod. pag. 152.

61) Vid. supra not. 32. pag. 79. atque Part. I. §. 46. not. 33. §. 47 ss. pag. 58. No. 5. col. Marsham Chron. p. 58.

quod Plato aliique testantur[62]). Alii tradunt, quod eodem recurrit, Deos Aegyptios, quum fugerent a Typhone, in animalia sese mutasse, quo tutius laterent[63]). Quam varia vero fuerint animalia aliaque Aegyptiorum symbola sacra, ex ipsa Scriptura sacra constat[64]). Praeter idola enim commemorantur, quadrupeda, aues, reptilia, pisces, vegetabilia. Quorum Graeci Romanique scriptores permulta nominarunt. His accedunt varia instrumenta atque arte facta. Quum enim singulis Diis singulae artes et magisteria consecrata essent, vt vidimus; sequitur, eorum instrumenta quoque eorundem Deorum symbola fuisse[65]). Etiam videbimus infra, quae instrumenta et artificia, quibus adeo literae, tum vocales, tum consonae, gestus, soni, cogitationes animae adnumerantur, singulis planetis vel numinibus conueniant. Iam, quae veteres scriptores singulis numinibus Aegyptiacis vt symbola adtribuerunt, eorum sex classes discerni possunt, scilicet: I. quadrupeda lactantia, siue vera, siue facticia; II. aues et insecta volantia; III. Amphibia et serpentes; IV. pisces; V. vegetabilia, potissimum arbores, plantaeque; VI. denique instrumenta atque artificia; quorum quidem catalogus cum indice prouinciarum, nomorum et vrbium, quibus colerentur, iam sequitur.

I. *Quadrupeda lactantia.*

Nomina	*Sedes*	*Nomina*	*Sedes*	*Nomina*	*Sedes*
Aper	paludes	Hinnulus	.....	Ouis v. Aries	Sais
Aries	Thebae	Hippopotamus	Papremis		Thebae
Ouis	Sais		Andropolis	Panthera	.....
Asinus	Coptitis	Hircus v. Caper	Mendes	Porcus v. Sus	.....
	abominatio		Thmuis	Rhinoceros	.....
Bos v. Taurus	Hermonthis	Hyaena v. Lupus	Lycopolis	Simius	Cynopolis
Camelus	.....			Simia	
Canis	Cynopolis	Ichneumon	Heracleopolis	Sorex v. mus	Vulcani templum
Caper	Mendes	Leo	Heliopolis	Sus	.....
Capra	Thmuis	Leaena	Leontopolis	Talpa	.....
Catus v. Felis	Heliopolis	Lupus	Lycopolis	Taurus	Memphis
Cercopithecus	.....	Lupa			Heliopolis
Ceruus	Coptus	Lutra	.....		Hermonthis
Cerua		Mulus v. Asinus	.....	Vacca	Momemphis
Caniculus v.	.....				Chusae
Lepus		Mus	Vulcani templum	Vespertilio	.....
Cynocephalus	Cynopolis Anubideum	Mus araneus	Butus	Vrsus	Heliopolis
		Mustela	Thebae	Vulpes	.....
Dorcas	Coptus	Mygale v. mus ar.	Butus		
Elephas	Elephantine?				
Equus	Heliopolis	Onager v. Oryx	deserta Lybiae		
Felis	Bubastis				
Gazella	deserta	Oryx	deserta L.		

62) Plato Gorg. p. 316. Bas. Jablonskii Panth. Aeg. P. III. p. 8. ss.
63) Vid. Apollodori Bibl. L. I. c. VI. §. 3. Anton. Liber. Fab. XXVIII. Ouid. Met. L. V.
64) Exod. XX. 45. Deuteron. IV. 15. 16. Ep. ad Rom. I. 23. col. Marsham. Chron. p. 162. ss.
65) Vid. supra P. I. §. 47. ss. pag. 58.

II. *Aues et Insecta volantia.*

Nomina	*Sedes*	*Nomina*	*Sedes*	*Nomina*	*Sedes*
Accipiter	Hieracon polis	Cygnus	.....	Pelecanus	.....
	Apollinopolis	Gallus gallina	Herculis et Herae templum	Perdix	.....
	Elephantine			Phoenix	Heliopolis
Anser	.....	Grus, gryps	.....	Picus	.....
Apis v. vespa	.....	Herodius v. ardea	.....	Scarabaeus	Sais
Aquila	Heliopolis			Struthio	.....
	Memnonia	Hirundo	.....	Trochilus	.....
Ardea	Diomedea insula	Ibis	Ibiu	Vespa	.....
Cicuta v. locusta	.....	Locusta	.....	Vpupa v. cucupha	.....
		Musca	.....		
Ciconia	.....	Noctua	Sais	Vulpanser	.....
Columba	Athribis	Olor v. cygnus	.....	Vultur	Elephantine
Corvus corvix	.....	Ortyx v. coturnix	.....		Thebae
Coturnix	.....				
Cucupha	.....	Pauo	.....		

III. *Amphibia, Serpentes et Insecta reptilia.*

Araneus	.....	Formica	.....	Suchus v. crocod.	Arsinoe
Aspis	Canopus	Lacerta	.....		
Basiliscus	Memnonia	Meïsi v. aspis	.....	Testudo	.....
Boa v. draco	.....	Rana	.....	Thermuthis v. aspis	.....
Champsa v. crocodilus	Elephantine	Scorpio	Coptus		
		Serpens alatus	Fines Arabiae et Aethiopiae	Vipera v. aspis	Canopus
Cneph	Memnonia				
Cnuphis	Memnonia	Serpens hieracocephalus	.....	Vraeus v. basiliscus	Memnonia
Crocodilus	Crocodilopolis				
	Ombos	Serpens cornutus	Memnonia		
	Coptitis abominatio				
Draco	Serapidis templum	Stellio, lacerta	.....		

IV. *Pisces et Conchylia.*

Anguilla	Sais	Maena	.....	Scarus	.....
Carabus	.....	Maeota	Elephantine	Silurus	Bubastis
Delphinus	.....	Muraena	.....	Squamosus piscis v. lepidotus	Papremis
Fel marinus v. Silurus	Bubastis	Oxyrinchus	Oxyrinchus s. Pemze		
		Phagrus	Phagroriopolis		
Lepidotus	Papremis		Pseneros	Stella marina	.....
Locusta aquatica v. carabus	.....		Syene	Veneris piscis v. Silurus	Bubastis
		Physa	.....		
		Polypus	.....		

V. *Arbores et Plantae.*

Nomina	*Sedes*	*Nomina*	*Sedes*	*Nomina*	*Sedes*
Acanthus	Acanthus Abydos	Ilex	.....	Persea	Panopolis
Allium	.....	Juncus v. papyrus	Biblus	Pinus v. cedrus	.....
Aloe	.....	Laurus	.....	Platanus	.....
Biblus v. papyrus	Biblos	Lotus	Racoti	Porrum v. allium	.....
Caepa v. scylla	Pelusium	Malum punicum v. granat.	Schmun	Quercus	.....
Cedrus	.....	Myrtus	.....	Sari v. papyrus	.....
Cypressus v. cedrus	.....	Olea	Heracleotis	Scylla maritima	Pelusium
Ficus	.....	Palma	Memnonia	Sycomorus	.....
Granatum	Schmun		Taphne		
Hedera	.....		Tabenne		
		Papyrus	Biblus		

VI. *Varia artefacta et physicalia particularia.*

Alae	.....	Instrumenta	.....	Pschent	.....
Cadauer	.....	Laqueus	.....	Pyramis	Memphis
Caduceus	Anubideum	Luna falcata	.....	Sal	.....
Calceus	Persei templum	Lyra	.....	Sceptrum	.....
Cebus s. Cepus	Babylon ad Memphin	Mare	fines Aegypti	Sistrum	.....
Cerberus	Racoti s. Alexandria	Membra humana	.....	Situla	.....
Circulus v. discus	.....	Metalla	.....	Soni musices	.....
Cithara v. discus	.....	Modius	Serapeum	Sphinx	Aethiopiae fines
Consonae	.....	Nauis v. velum	.....	Stelae	.....
Corbis	.....	Nilometrium	Memphis Serapeum	Tibia v. fistula	.....
Crux ansata	.....	Numeri v. consonae	.....	Tuba	Busiritis abominatio
Discus	.....	Obelisci	Memnonia Memphis	Vasa	.....
Falx	.....	Orbis v. discus	.....	Velum nauticum	.....
Fistula	.....	Patina v. phiala	Anubideum	Vlna v. nilometrium	Serapeum
Flagellum	Panopolis	Phiala	Anubideum	Vocales	.....
Generationes	.....	Pileus	.....		
Hydria	Canobus				

Hae sunt itaque primariae et praecipuae partes Panthei Aegyptiorum, et mythologici, et astronomici. Iam propius accedamus ad id, quod grauissimum est, scilicet demonstrare, quibus planetis singula Deorum Dearumque nomina et simulacra conueniant, quaeque animalia, vegetabilia et artificia singula singulorum numinum sint symbola. In eo enim potissimum versatur symbolice Aegyptiorum astronomica.

§. 6.
Astronomica Aegypti Geographia.

Quamquam veteres de multis Aegyptiorum numinibus aliisque rebus sacris docent, quorum planetarum sint symbola; tamen plurima eorum inexplicabilia essent, si astronomica quaedam Geographiae Aegyptiacae descriptio nobis non succurreret. Scilicet qui paullo accuratius in veterem Aegypti geographiam inquisiuerunt, eos non fugit, Aegyptum plane eodem modo diuisam fuisse atque Zodiacum. De Aegypti vero prouinciis et Nomis constat, quod veteres testantur, in singulis quidem fuisse numinum templa et simulacra et symbola viua eorum, quae similibus Zodiaci partibus praeessent. Quod astronomicam Aegypti diuisionem attinet, primum nemo nescit, Aegyptum superiorem, quam Mares, ⲙⲁⲣⲏⲥ, *Solarem*, vocarunt, atque inferiorem, quae Sahit, ⲥⲁϩⲏⲧ, ⲥⲁϧⲏⲧ, *Inferior*, *Septentrionalis* vocatur, a veteribus discerni. Similis est Zodiaci diuisio in Hemisphaerium inferius et superius, vel solare et lunare. Alia ratione Aegyptum in tres partes, superiorem, mediam et inferiorem diuiserunt, quibus respondent Zodiaci Trientes, scilicet vernus, aestiuus atque auctumnalis [66]). Deinde Herodotus atque Diodorus Siculus narrant, antiquitus Aegyptum in 12 prouincias diuisam fuisse, atque singulis his partibus aliquem regem propositum fuisse [67]). Eadem est ratio Zodiaci, cuius 12 partibus totidem numina praesunt. Huc facit, quod non solum Aegyptus, sed etiam aliae ciuitates ad instar Zodiaci in 12 prouincias diuisae fuerunt. Sic Iones 12 vrbes seu prouincias tenebant (Herod. I. 143), quarum imago erat Panionium, Labyrinthi species. Hinc illi 12 generationes inter se distinguebant. Totidem generationibus Achaei constabant (Her. I. 145). Porro nemo nescit, Sesostridem, antiquissimum regem, totam Aegyptum, ab Elephantines inde insula vsque ad mare medium, in 36 nomos diuisisse, totidemque praefectos in iis constituisse. His vero 36 nomis ex asse respondent 36 Zodiaci decuriae cum dominis suis, seu Decanis [68]). Praeterea hac ex re Horiorum Aegyptiacorum ratio explicari posse videtur [69]). Vidimus enim, quod veteres iam mirati sunt, Aegyptiorum Horia, quum Chaldaeorum ratio maxime simplex et constans sit, spatiis omnia inter se differre et discrepare, ita vt eadem signorum Horia nunc vnum gradum, nunc duos, nunc plures sine ordine et ratione amplecti videantur. Huius vero rei ratio in geographia Aegyptiaca latuisse videtur. Scilicet quum Aegyptus instar Zodiaci etiam in Horia diuideretur, atque Horiorum 60 domini, seu Horiocratores, quemadmodum Decani in nomis, colendi essent, ratio haberi debebat 60 vrbium vel pagorum, quibus templa Horiocratorum constituerentur. Quum vero 60 vrbes illae vel pagi variis interuallis inter se distarent; accidit, vt Horia coelestia ad modum terrestrium emetirentur et diuiderentur. Reapse Strabo tradit (XVII. 787.), Nomum quemque diuisum fuisse in Toparchias, Toparchiam quemque in Communitates, quae respondent singulis Zodiaci Horiis et gradibus. Saltem valde probabile est, quemque pagum Aegyptiacum suum habuisse deum tutelarem ac lares suos, suumque templum vel sacellum pro iis. Denique cuinam non in mentem venit Labyrinthus ille Aegyptiorum celeberrimus? Labyrinthi enim, qui a duodecim regibus (diis)

66) Vid. supra P.I. §. 5. col. §. 7. pag. 13. 14. Jeremias cap. 8. v. 3.
67) Herod. Lib. II. §. 147. col. 137. Diod. S. L. I. p. 41. p. 135.
68) Vid. supra P.I. §. 17. pag. 23.
69) Vid. supra P. I. §. 18. pag. 25. Diodor. Sic. I. 37. Strabo L. 17. in.

aedificatus dicitur, haec erat ratio. Collocatus erat in media Aegypto, extensus a meridie versus septentrionem, ad instar ipsius Aegypti, duasque in partes diuisus ita, vt altera cum sex aulis atque 18 sacellis ad Philarum insulam spectaret, altera cum totidem aedificiis ad mare medium [70]). Iam habes 12 domicilia planetarum, seu signa Zodiaci, atque 36 Decurias. Reapse 12 illae partes a 12 diis occupatae et apellatae erant, de quibus *Nemeseum*, seu domus ♄, *Iseum*, seu domus ♑, *Anubideum*, seu domus ☿, atque *Serapeum*, seu domus altera ♄, commemorantur a veteribus [71]). Iam vero Labyrinthum imaginem Aegypti fuisse propriam, grauissimis argumentis euincitur. Longum enim hoc aedificium cum diuisionibus suis, et coelestibus, et geographicis Aegyptiacis, non ab oriente ad occidentem, vt Zodiacus, pergebat, sed, vt ipsa Aegyptus, a meridie ad septentrionem. Idem probat verbi etymologia, quam Plinius iam innuit loco laudato, dicens, *id opus Soli sacrum esse exstructum*. Descendit enim hoc nomen a ⲗⲁ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲑⲟ i. e. *sol*, *rex mundi*. Nam ⲑⲟ terram, *οἰκουμενην*, non vero coelum, vel Zodiacum significat. Etiam Cicero (N. D. III. 22.) tradit, *Vulcanum* (☉) *custodem Aegypti fuisse*. Denique ipsa quaedam Aegypti regio *domus mundana Hori* vocatur [72]). Adde locum luculentissimum Strabonis (L. XVII. §. 37. p. 580. Tx). *Dicunt*, inquit, *tot aulas in Labyrintho factas esse, quia solerent omnes praefecturae eo conuenire, atque epulum quoddam sacris viris* (diis masculis) *ac mulieribus* (diis feminis) *fiebat. Quaeuis autem praefectura in suam aulam procedebat*. Ergo tot erant in Labyrintho aulae, quot prouinciae Aegypti, tot numina, quot dii signorum et decuriarum domini. Ergo Labyrinthus imago Zodiaci atque Aegypti. Addit praeterea Strabo, in fine Labyrinthi fuisse Pyramidem, sepulcrum Imandis (ⲁⲙⲉⲛϯ i. e. ☉ inferni, in ♎). Ergo Labyrinthi pariter atque Aegypti finis ♎ erat, vltima prouincia.

Iam quum Aegyptus imago quaedam terrestris fuerit coeli mythologici; vix opus est demonstrare, variis Aegypti in partibus ea numina, vel symbola sacra, culta fuisse, quae similibus Zodiaci partibus praeessent. Etenim quasi per se intelligitur, qui planeta, exempli gratia, dominus esset in ♌, eundem etiam eius prouinciae patronum fuisse, quae huic signo responderet inter 12 Aegypti prouincias. Idem valet de nomis seu Decuriis terrestribus. Et hoc testantur Aegyptiorum vrbes et prouinciae, quarum nomina astronomica et Dii tutelares, vel symbola sacra, nota sunt. Sic vrbs Heliopolis dicitur a ☉, siue respondeat signo ♌, cuius dominus ☉ est, siue alicui Decuriae, ☉ patrocinio adscriptae [73]), atque eadem in vrbe leones colebantur, quod quidem animal, vt supra vidimus, ☉ symbolum erat [74]). Et hanc ob causam recte veteres iterum iterumque monuerunt, Aegyptiorum *Deos quosdam ad Nilum ortos esse* [75]). Ad ripas enim Nili per varios Aegypti tractus Deorum templa et simulacra orta sunt. Nilus vero diserte dicitur similitudo

70) Plin. L. 36. c. 13. L. 37. c. 5. Herod. II. 147. 148.

71) Jablonskii Panth. Aeg. III. p. 3. s. 6.

72) Plutarch. de Is. p. 373. Ἄδυρι interpretatur οἶκον Ὥρου κοσμικον, atque Athribis, Ἄδυρι ⲃⲁⲕⲓ, Athyris vrbs vel regio, satis nota est.

73) Supra Pars I. §. 9. §. 17. pag. 16. 24.

74) Aelian. de An. L. XII. c. 7. V. 39. Horapollo L. I. c. 17. Jablonskii Panth. Aeg. I. 219. Vid. supra §. 50. pag. 63. No. 5.

75) Diodorus S. p. 12. Cic. Nat. D. III. 22. 23. Arnobius p. 135. 137. Diog. Laert. §. 1. Homer. Il. 14. Marsham Chron. p. 272.

coeli, ἀντιμιμος οὐρανου, aemulus Coeli., quo significatur, partitiones Aegypti ad similitudinem Zodiaci factas atque pares partium dominos, seu numina, constituta fuisse[76]). Denique huc facit Porphyrius: Aegyptii, inquit, την ἐπι παντα δυναμιν του θεου δια των συννομων ζωων, ἣν ἑκαστος των θεων παρεσχεν, ἐθρησκευσαν[77]). Quo loco haud obscure traditur, animalia per singulos nomos culta eorum deorum symbola fuisse, quae in singulis Zodiaci Decuriis, nomis Aegyptiacis respondentibus, domini crederentur.

Iam clarum est, symbolicen Aegyptiorum astronomicam, a qua omnis fere scriptorum huius gentis astronomicorum interpretatio pendet, erui satis non posse absque antiquae Aegypti geographiae auxilio. Veteres enim, quamquam etiam hanc disciplinam illustrarunt, non sufficiunt, quum agitur de omnibus ac singulis Deorum Dearumque Aegyptiacarum nominibus, simulacris, animalibus, arboribus plantisque sacris ad septem planetas atque Zodiaci patronos referendis. Ceterum ne posterior quidem Aegypti geographia satis apta esse videtur ad enucleandam symbolicen astronomicam. Constat enim, Romanos potissimum antiquam nomorum Aegyptiacorum rationem mutasse. Quam ob causam inuenienda est geographia Aegypti satis antiqua, quae antiquam ac genuinam prouinciarum, nomorum et singularum vrbium rationem et interualla exhibeat. Huius autem generis antiquissimam Aegypti descriptionem astronomico-geographicam inueni Augustae Taurinorum. Quum mihi enim liceret per Regiam gratiam atque summam magistratuum Taurinensium liberalitatem anno 1825 in celeberrimo illo Museo Regio Aegyptiaco per integrum fere annum studia mea Aegptiaca acerrime prosequi et, quidquid aderat, accuratissime examinare meumque in vsum describere; incidi in monumentum antiquissimum, altaris rotundi speciem, cum inscriptione hieroglyphica longissima, argumenti astronomico-geographici, ex aetate, vt nomen adscriptum docet, regis Sethi. Cuius monumenti granitei haec est ratio. Altum est circiter tres pedes, tabulae rotundae speciem prae se ferens. Nititur hicce discus vno pede cylindraceo. Cuius tabulae diameter fere aequalis est duabus vlnis, circumferentia sex vlnis, altitudo quasi vni pedi. Superior pars huius disci vel tabulae plurimos sulcos habet, qui, vt sulci lapidum molarium, a partibus exterioribus vndique ad mediam currunt, quae quidem media pars et tabulae et pedis, seu subsellii, caua est. Ex quo colligitur, hunc lapidem serius ab Arabibus in molis adhibitum fuisse. Inscriptio huius lapidis durissimi hieroglyphica, quasi vnum pedem alta, quae cernitur in parte disci verticali, bene conseruata, quatuor partibus atque 68 versibus verticalibus constat. In his versibus facile discernuntur deinceps 12 figurae hieroglyphicae, domus speciem prae se ferentes, quibus quidem quadratis figuris alia signa hieroglyphica, quippe nomina domiciliorum illorum, vel vrbium, inscripta sunt. Praeterea post vrbium nomina significata sunt numina, quae 72 illis in locis Aegypti culta fuerint. Iam hanc esse astronomicam Aegypti geographiam, plurima sunt indicia. Primum enim altaria Aegyptiorum alia non rotunda, sed plerumque quadrata sunt forma, atque prouinciae 12 Aegyptiacae in circulum scriptae plane conueniunt cum 12 signis circuli ecliptici. Quatuor huius inscriptionis partes respondent quatuor Zodiaci angulis, scilicet punctis aequinoctialibus atque solstitialibus. Denique 72 illae inscriptionis diuisiones sig-

---

76) Heliodorus Aeth. L. IX. p. 423. 443. 444. ed. Bourd.
77) Porphyr. de Abstin. Lib. IV. §. 9.

nificant 72 Zodiaci partes siue Decurias dimidiatas ($2 \times 36 = 72$). Idem numerus astronomicus occurrit in fabula Typhonis, qui cum 72 coniuratis Osiridem oppressisse narratur[78]). Itaque hoc monumentum, multas ob causas memoratu dignissimum, non solum demonstrat, de quo supra disputauimus, Aegyptum instar Zodiaci partitam fuisse, sed docet etiam, id quod antiquam Aegypti geographiam adhuc obscuram optime illustrare posse videtur, quales Dii Deaeque astronomicae in singulis Aegypti prouinciis, nomis atque vrbibus sua habuerint domicilia. Subsistamus in 12 prouinciis. Alio enim loco accuratius de hoc monumento astronomico-geographico grauissimo disseramus, si placet Deo O. M. Scilicet hic est 12 prouinciarum Aegyptiacarum ordo[79]). Incipit Aegyptus a primo signo Semicirculi Lunaris, hoc est ab ♒ 0°; atque desinit in vltimum signum Semicirculi Solaris, hoc est in ♐ 30°. Vltima Aegypti pars (No. 72.) Canopus dicitur, cuius symbolum, vt infra videbimus, hydria seu vas Canopicum erat, quod illo in loco reapse adscriptum est. Literae etiam ⲕ ⲛ ⲛⲟⲩⲃ, ⲕⲁⲓ ⲛ̀ ⲛⲟⲩⲃ *terra auri*, significant id, quod Canobi nomen significare dicunt veteres, nimirum χρυσουν ὑδαρος, aureum solum[80]). Reliquarum prouinciarum ordo plane consentit cum signis Zodiaci. Sic domicilium Ammonis (No. 4.) ⲙ ⲁⲙⲛ, ⲙⲁ ⲁⲙⲟⲩⲛ, *locus Ammonis*, congruit cum nomine primae Thebarum partis, scilicet *Memnonii*. Sequens prouincia (No. 16.) ♈ vel ♄, i. e. ⲣⲓ, ⲣⲏ, ⲣⲟ, *initium*, *caput*, respondet ♈, siue quoniam ♈ initium Zodiaci erat apud Aegyptios, siue quoniam caput humanum pro symbolo ♈ habebatur[81]). Signo ♊, cuius dominus est ☿, conuenit prouincia ⸬ i. e. octo, Coptice ⲱⲙⲟⲩⲛ, *octo*. Constat vero, Hermopolin Coptice dici ⲱⲙⲟⲩⲛ, atque Hermetis symbolum Ibis, vel homo cum capite Ibis, reapse adscriptum est[82]). Prouincia vero ⲣⲧⲕ, ⲣⲕⲧ, ⲣⲁⲕⲟϯ (No. 71.), quae, sequente Canopi nomo, claudit circulum signorum, ipsa est Alexandria, antiquitus ⲣⲁⲕⲟϯ dicta, vt nemo nescit. Etiam de reliquis vix vlla esse poterit controuersia. Ex quo iam sequitur, sequens fuisse geographiae Aegypti antiquissimae schema astronomicum:

		1	2	3	4	5	6
Aegyptus superior Hemisph. ☽	*Prouinciae Signa*	♒	♓	♈	♉	♊	♋
	Domini Prouinc. et Signorum	♄	♃	♂	♀	☿	☽
	Domini Nomorum et Decuriarum	♀ ☿ ☽	♄ ♃ ♂	♂ ☉ ♀	☿ ☽ ♄	♃ ♂ ☉	♀ ☿ ☽
		1 2 3	4 5 6	7 8 9	10 11 12	13 14 15	16 17 18

78) Diodor. Sic. pag. 16. Plutarch de Is. pag. 356.
79) Vid. infra Tab. II. No. II., vbi periculum fecimus, 12 singulas Aegypti prouincias ad 12 signa referendi.
80) Aristides in Aegypt. Fol. 96. a. Ed. Flor. Jablonskii Panth. III. 139.
81) Vide supra P. I. §. 9. pag. 16. §. 49. No. 5. pag. 62.
82) Vide infra s. Ibis. Champollion L'Egypte sous les Pharaons I, p. 291.

		7	8	9	10	11	12
Aegyptus inferior Hemisph. ⊙	*Prouinciae Signa*	♌	♍	♎	♏	♐	♑
	Domini Prouinc. et Signorum	☉	☿	♀	♂	♃	♄
	Domini Nomorum et Decuriarum	♄ ♃ ♂	☉ ♀ ☿	☽ ♄ ♃	♂ ☉ ♀	☿ ☽ ♄	♃ ♂ ☉
		19 20 21	22 23 24	25 26 27	28 29 30	31 32 33	34 35 36

Praeterea tenendum, quod eadem geographia Taurinensis demonstrat, de prouinciis a Memphi septentrionalibus partim, orientem versus, partim ad occidentem sitis, orientales praecedere occidentalibus. Vltima enim Aegypti prouincia habetur Alexandria (♄), penultima Butus (♃); atque Mendes (☿) maxime est orientalis ab illis †).

Iam quod Geographicum nostrum Taurinense docuit, id veteres, qui de geographia Aegypti antiqua tradiderunt, magnopere confirmant. Labyrinthus dicitur in media Aegypto conditus fuisse. Quum vero cernantur eius rudera ad locum Moeridis; sequitur, ab loco illo totidem Aegypti prouincias versus meridiem et septentrionem fuisse, quot Labyrinthus haberet domus ab vtraque parte. Tradunt, Memphi maximum Aegyptiorum templum Vulcano sacrum exstructum fuisse. Vulcanus vero est ⊙, ex quo sequitur, hanc prouinciam ⊙ valuisse domicilium. Thebis, vel in Memnonio (ⲙⲁ ⲁⲙⲟⲩⲛ *domicilio Amonis)*; Amonis erat templum splendidissimum, qua de re, haec prouincia Ammonis vel Iouis (♃) fuerit, necesse est. Quae quidem omnia adeo consentiunt cum Geographico Taurinensi, vt vix opus sit, aliarum vrbium exempla afferre. Aries pro symbolo Ammonis habebatur. Quum vero duo fuerint Iouis Aegyptii domicilia ad Nilum, alterum a fine, alterum ab initio Aegypti secundum; facile intelligitur, cur aries duabus tantum in regionibus cultus fuerit, scilicet in superiori et inferiori Aegypti regione dicta. Ibidem enim ponit Geographicum nostrum prouincias, signis ♓ et ♐, quibus ♃ praeest, respondentes (Tab. II. No. II. Ar. II. XI.). Vidimus, milites ♂ sacros fuisse, atque constat, vtrumque eorum ordinem et Ermotybios (ⲉⲣ ⲙⲁ (ⲙⲟⲩ) † ⲟⲩⲃⲉ *pugnatores*, vel *interfectores pugnantium contra*, seu *hostium*) et Calasirios (ⲕⲟⲗ, ϧⲉⲗ *perforare*, *occidere*, ⲥⲟⲩⲣⲓ *stimulus*, ϣⲗⲏ *scalprum*), siue *μαχαιροφορους*,

†) Haec quum scripta essent, vidi, Champollionem, Vir. Cl., de eodem altari Taurinensi scripisse in libro: *Seconde Lettre* a M. le Duc de Blacas p. III., vbi apparet, Champollionem, virum ingeniosum, parum abfuisse, quia verum videret. Nimirum recte vidit, illam inscriptionem esse geographicam; sed in eo errauit, quod tradidit, sola vrbium nomina, de quibus non nisi Memphin, Hermopolin M., Ombum, Aphroditopolin et Philas nominat, in quadratis illis contineri. Scilicet agitur potius de 12 Aegypti prouinciis, seu, vt fundamenta illa domiciliorum depicta docent, de domiciliis 12 deorum magnorum, atque de astronomico-geographicis Aegypti diuisionibus. Ceterum nomen regis adscriptum non est *Athôouti*, nec *Arthôouti*, vt Champollion vult loco laudato; sed *Sethi*, quippe principis dynastiae XIX, de quo infra fusius dictum.

quos Herodotus interpretatur, propriis suis in nomis habitasse, scilicet infra Thebas atque circa Sain [83]). Quae quidem regiones ♂ tribuuntur, vt domicilia terrestria. Item prima inter septem Aegyptiorum classes septem planetis consecratas, scilicet sacerdotum classis ☉ adscripta, Heliopoli sedem suam habuit primariam [84]). Idem probat fabula de Osiride et Typhone. Nimirum Typhon frater Osiridis, dicitur, cum rerum omnium regnum, fratri proprium, affectaret, impugnasse Osiridem eumque superasse. Postea Horus, vt fabulantur, Osiridis filius et vltor, Typhonem superauit. Osiridis quidem sepulcra celeberrima erant, alterum in Philarum insula, alterum imis in finibus Aegypti occidentalibus. Ibi enim versus occidentem ab Alexandria vel Racoti, ♄ prouincia, situm erat oppidum Taposiris (ⲑⲏⲡ, ⲉⲧϩⲉⲡ, ὑπογαιον, *sepulcrum;* ⲟⲩⲥⲓⲣⲓ *Osiris*), quod ipsi Graeci interpretantur *sepulcrum Osiridis* [85]). Quum Osiris, vt in vulgus constat, sit ☉, atque Typhon ♄, maxime ♑ et ♒ signorum dominus; haec est illius fabulae explicatio. Sol summus rerum naturalium rex et gubernator, quum ad solstitium hibernum progreditur, perdit sensim sensimque vires suas beneficas, frigore increscente, ac minimus, fere nullus, est inter ♑ et ♒. Quo loco et tempore hiberno Osiris interemtus dici potest. Iam inde nouus annus nouusque Sol, Horus, veluti filius Solis, de quo actum et conclamatum erat, existit victor Typhonis, seu frigoris hiberni. Itaque sepulcrum Osiridis locum habet inter ♑ et ♒. Quum vero Aegypti terra instar Zodiaci diuisa fuerit, vt vidimus, ita vt inciperet a ♒ et finiretur cum ♑; vtique Aegyptii recte posuerunt sepulcra Osiridis primaria tum in Philarum insula, tum in Taposiridis oppido, quae regiones pariter atque ♒ et ♑ signa, quorum symbola sunt, confinia habentur. Denique eundem prouinciarum et vrbium Aegyptiacarum ordinem, quem Geographicum Taurinense dictum exhibet, sequuntur Coptorum vocabularia, geographiam Aegyptiacam tractantia; quorum non pauca examinare mihi licuit [86]). Incipiunt enim a finibus Aegypti versus meridiem ac finiunt catalogum vrbium locis septentrionalibus maxime versus occidentem sitis, aut vice versa.

Iam satis de astronomica Aegypti geographia. Perspicuum enim est, qualis quantusque sit huius geographiae vsus in eruenda veterum Aegyptiorum symbolice astronomica. Quum enim veteres tradant passim, quae numina, quae animalia sacra quaeque vegetabilia in variis Aegypti vrbibus culta fuerint; facile erit definire, quorum planetarum, aut Oecodespotarum illa fuerint symbola, quum ad astronomicam geographiae Aegyptiacae indolem respexeris. Qua in re ita nobis versandum erit, vt maximas ciuitates ad maxima numina, nimirum signorum dominos, referamus, minores ad Decurias. Nam 36 Aegyptiorum nomi Decuriis 36 iamiam notis respondent. Quum vero Nomorum diuisio geometricis dimensionibus nitatur, vt veteres tradunt [87]); non alio opus

---

83) Herod. II. 164. 165. VI. 31. Vid. sup. Pars I. §. 49. No. 5. pag. 62.

84) Ptolemaei Quadripart. p. 50. Supra P. I. §. 50. No. 3. pag. 63.

85) Vid. Jablonskii Panth. Aegypt. Part. I. Cap. I. pag. 122. ss.

86) MSS. Vocab. Copt. Arab. Bibliothec. Britann. Lond. No. 158. MSS. Vocab. Copt. Arab. Bibl. Vniu. Oxoniens. No. 1327. 4. No. 44. 45. 47. 49. MS. Copt. Arab. Voc. Roman. Bibl. Vatican. No. 73. in 8. p. ⲡⲓϫ. MS. Vocab. Copt. Arab. Bibl. Propagand. Fid. Rom. No. 4098. in 8. MS. Voc. Copt. Arab. Bibl. Reg. Par. No. 50. No. 45. No. 46. MS. Voc. Copt. Arab. Bibl. St. German. ibid. No. 17. all. Vid. Champoll. L'Egypte sous les Pharaons. Vol. II. p. 359.

87) Herod. L. II. c. 109. putat, *inde geometriam inuentam in Graeciam venisse.* Col. Diod. S. L. I. p. 87.

est, quam seruare ordinem vrbium principalium, vel nomorum, quo a veteribus enumerantur, atque discernere interualla inter singulos nomos, quippe inter se pares, maxime paria. Hoc autem per se intelligitur, in maximis Aegyptiorum vrbibus et dominum aliquem signi vel provinciae, et Decanum aliquem vel Nomarchum cultos fuisse. Quod veteres etiam testantur.

Superest, vt videamus, ad quasnam stellas varia deorum Dearumque Aegyptiacarum nomina, idola cum insignibus suis, animalia et cetera sacra referri debeant. Qua quidem in disquisitione, vt par est, maximum momentum disertis veterum scriptorum effatis tribuemus. Quae enim veteres de Aegyptiorum antiquitatibus tradunt, ea, etiamsi nonnunquam inter se discrepare et pugnare videantur, certo ac tuto fundamento nituntur.

---

§. 7.

De vbertate symbolices mythologico-astronomicae.

Sane mirandum est, symbola planetarum, tum phonetica, tum imaginea, quorum partem non exiguam ex solis veterum scriptis eruimus, tam multa tamque varia fuisse. Quamquam enim, quod supra monuimus, consentaneum est, planetas alia nomina habuisse, quum numina planetaria cogitantur; alia, quum Zodiaci aliarumque coeli partium domini sumuntur; alia denique, quum variis terrae tractibus, rebusque physicis et naturalibus praesunt: nemo tamen nescit, qui vel paululum versatus sit in veterum, maxime Aegyptiorum, mythologia, Herodotum, Diodorum, Plutarchum aliosque eadem Aegyptiorum numina cum variis numinibus Graecis, atque eadem numina Graeca cum variis Aegyptiacis comparare. Ex quo sequitur, eosdem planetas alios fuisse in aliis signis, quod breuitur demonstrandum habemus. Scilicet non inepte astronomi Aegyptii tradunt, ☉ et ☽ alios esse in aliis signis[88]). Quod quidem de ☉, neglecta mythologia omnique astrologia, per se intelligitur, quum ad solum naturae ordinem et rationem respicimus. Alias enim vires exerit ☉ tempore verno, alias aestiuo, autumnali, hiberno; quin singulis in signis, si accuratius in tempora inquirimus, alia praestat. Eadem varietas est ☽, maxime nouae cuiusque, si ☽ cum astrologis Aegyptiacis aliquam vim in rerum naturam adscribimus. Tunc enim quaeuis ☽ noua veluti comes ☉ consideratur. Porro iidem astronomi tradunt, ☉ et ☽ quamuis suam naturam et indolem constanter tueantur, aliquid de eorum signorum viribus assumere, in quorum finibus versentur[89]). Iam habes summam variationum ☉ et ☽. Intelligitur enim, haec astra, qua numina Aegyptiaca, ex parte confundi iis cum numinibus, quae creduntur inesse singulis Zodiaci partibus, quam diu cum iis quasi coniuncti versantur. Cum astronomis vero consentiunt mythologi veteres. *Id quoque*, inquit Proclus, *ostendit traditio Aegyptiorum, qua mystice perhibetur, Solem in singulis Zodiaci signis aliam aliamque formam induere* (*ὡς διαφορους ἐν τοις ζωδιοις ἀμειβοντος μορφας*[90]). Item canit Anticlides: *Ἥλιος δε Νοτοιο ἀναξ,*

---

88) Firmicus Astron. Lib. III. cap. 6. cap. 15. Lib. V. cap. 6. 16. Similia apud Ptolem. aliosque.

89) Vid. loca laudata. Sic ☉ in ♌, vt Firmic. docet pag. 136., facit principes summos, ☉ vero in ♉, domo ♀, procliues ad venerem, nimirum propter ♀ cooperantem.

90) Proclus in Tim. Platon. Lib. I. p. 33.

ἱεραξ πολυμορφε[91]); atque Macrobius: Φραζεο τον παντων ὑπατον θεον ἐμμεν Ἰαω, χειματι μεν τ' Ἀιδην, Δια δ' εἰαρος ἀρχομενοιο, Ἠελιον δε θερινς, μετοπωρον δ' ἀβρον Ἰαω[92]). Ibidem tradit auctor, solem siue Bacchum significari imagine *paruuli* hiemali solstitio, *adolescentis* aequinoctio verno, *viri barbati* solstitio aestiuo, denique *senis* aequinoctio autumnali. Martianus Capella (L. I. p. 20), *Sol*, inquit, *duodecim formas conuertit.* Huc spectat, quod, teste Porphyrio, ☉ mystice dicitur *singulis horis formam immutare, aut varios per singula Zodiaci signa vultus induere* (μεταχηματιζεσθαι), quodque diserte ☉ μυριωνυμος vocatur[93]). Similia traduntur de ☽. Chaeremon, *ea*, inquit, *quae de Osiride et Iside perhibentur et fabulae sacerdotales omnes ad* ☽ *modo crescentis, modo senescentis varietatem et ad* ☉ *cursum referuntur*[94]). Et hanc quidem ob causam ☽ haud dubie πολυωνυμος a veteribus vocatur. Ex his itaque veterum astronomorum et mythologorum locis sane colligitur, ☉ et ☽ nomina atque symbola in vniuersum alia fuisse, quum aliis Zodiaci in signis versarentur. Idem etiam valere videtur de reliquis Aegyptiorum planetis. Nam astrologi docent, vt vidimus, etiam planetas alias vires assumere, quum in aliorum planetarum domiciliis, siue aliis in signis, conspiciuntur[95]). Ceterum haec sententia de varietate symbolorum planetarum, praesertim ☉ et ☽, neque noua est, neque in dubium vocata, sed dudum a mythologis nostris recepta et approbata[96]); est autem grauissima in symbolice Aegyptiorum astronomica illustranda, vt statim videbimus.

---

§. 8.

Nomina mythologico-astronomica masculina.

Ammon, *Amun*, Ἄμμων, Ἄμων, Ἄμουν, Ἄμμους significant nunc ☉, nunc ♃ planetam. Diserte enim Amun vocatur Sol in scriptis Aegyptiacis (Young. Discov. p. 146). Sacerdotes nimirum Ἄμον ρα σορθηρ (ⲁⲙⲟⲩⲛ ⲣⲁ ⲥⲱⲛⲧ ϩⲱⲣ Amun Sol, pater Hori) sunt sacerdotes Solis. Item Macrobius (Saturn. L. I. c. XXI. p. 212), *Hammonem*, inquit, *Deum Solem occidentem Libyes existimarunt.* Fabula vero de Hercule et Ione apud Herodotum (II. c. 42.), qua traditur Amon, quum Hercules (☉) in signum Iouis Amonis (♈) intraret, pellem et caput arietis sibi imposuisse, ostendit, Amonis nomine etiam ♃ planetam, a ☉ diuersum, significari. Hanc ob causam Firmicus Iouem, scilicet planetam ♃, vocat habitatorem rupis Tarpeiae (L. I. c. IV. p. 14). Etiam Diodorus Siculus (I. p. 12. fin. 13), quo loco septem Cabiros siue Planetas enumerat, distinguit *Solem* a *Ioue Ammone.* Iam vero Amon non solum planetam ♃, sed eiusdem quoque domus ♈ et ♐ indicat, quod supra innuimus, quin alias Iouis possessiones. Inter omnes enim constat,

---

91) V. Oedipus Kircheri Tom. III. p. 128.

92) Macrobius Saturn. Lib. I. c. XVIII.

93) Porphyr. in epist. ad Anebonem in Jamblich. de Mysteriis Aeg. p. VI. Euseb. Praeparat. Euan. L. V. c. X. p. 198.

94) Porphyr. ep. ad Anebon. in Jambl. de Myst. p. VII. VIII.

95) Supra P. I. §. 46. No. V. pag. 56.

96) Jablonskii Panth. Aeg. I. 157. ss. II. 55. Dupuis Orig. de tous les cultes I. p. 109. 153. 154. II. 99. Kreuzer Comment. Herodot. pag. 148. Symbolic I. 275. ss. all.

Iouem Ammonem Thebis cultum fuisse, quae est domus ♃ terrestris, siue signum ♓ ♈ geographicum (Supra § 6). Huc spectat festum, quo simulacrum Herculis (☉) per fluuium transmissum post 12 dies, veluti menses, ad templum Iouis Thebanum reducebatur, vt Eustathius (Il. *a*. p. 128), Diodorus Siculus (II. 88.) aliique tradunt. Eandem ob causam Aegypti inferioris prouincia apellatur Pachnamunis, quae respondet signo ♐, domui ♃ secundae. Hinc etiam Amon cultus fuit in locis et prouinciis, quae Decuriis et Horiis ♃ respondent. Sic inscriptiones Graecae apud Letronne (Recherches p. 368. 453) docent, Iouem Ammonem cultum fuisse in insula Elephantine, et Latopoli, quibus in locis habentur Decuria ♃ in ♓ et Trigonum ♃ in ♒. Notum enim est illud: *θεοι συνναοι* inscriptionum Aegyptiacarum, quo significantur numina eadem in regione, veluti eadem in Zodiaci parte, coniuncta et coniunctim culta, vt dominus Signi, Trigoni, Tetragoni. Denique Amun est ☉ in variis ♃ partibus et possessionibus. Sic Macrobius (Saturn. L. I. c. XVIII.) tradit, Solem in signis vernis dici Iouem Ammonem (*Δια δ' εἰαρος ἀρχομενοιο*) apud Aegyptios, aestate vero Solem ipsum. Ergo ☉ iis Zodiaci in partibus versans, quae ♃ dominum habent, nomen ♃ Amuni assumit. Item Diodorus (II. 88.) Solem in signo ♃, siue in ♓ versantem et in ♈ ingredientem vocat Iouem, cuius templum Thebanum Eustathius (Il. *a*. p. 128.) praedicat. Hinc Memnonium, altera Thebarum pars, significat domicilium, seu possessionem (ΜΑ) Amonis. Huc spectat, quod Eusebius in Praeparatione Euangelica (III. 12.) narrat, *caput arietis significare Solis et Lunae in ♈ signo congressionem*, quo innuitur, ☉ et ☽ assumere eorum planetarum nomina, in quorum signis versentur. Clarius haec sententia docetur a Proclo (Plat. Tim. I. p. 33.), dicente, *Solem in singulis Zodiaci signis aliam aliamque formam induere*. Quod attinet simulacra Amunis eiusque insignia, Eusebius (P. E. III. 12.), *Simulacrum*, inquit, *prae se fert speciem viri sedentis et colore caeruleo imbuti, sed cui caput impositum est arietis. Loco diadematis regalis, gerit cornua hirci, quae circulum disco similem sustinent*. Ibidem Eusebius Ammoni colorem etiam caeruleum adscribit, quum addit: caeruleus vero color, lunae vim ad cogendas et eliciendas aquas repraesentat. Etiam Macrobius (Sat. I. 18.) duplicem Ammoni colorem tribuit. Solis, inquit, simulacra pinnata fingunt, quibus color apud illos non est vnus. Alterum enim caerulea specie, alterum clara fingunt. Idem docet fabula, qua perhibetur Iupiter, siue ♃, caput et pellem arietinam induisse, vt vidimus. His consentiunt Herodotus (II. 42.), Seruius (Virg. Aen. IV. 196.) aliique. Lucianus (Op. II. p. 358.), *puta*, inquit, *Iouem arietino vultu praeditum*. Ceterum commemoratur Deus *Ἀμενηβις θεος μεγιστος* in Oasena inscriptione (Letronne Rech. p. 238.), qui, quum Deus maximus vocetur, haud dubie non differt ab Amenophi siue Ammone.

Antaeus significat ♄. Antaeus enim gigas ab Hercule superatus dicitur, vt Typhon ab Osiride (Plutarch in Sertor. p. 572.). Etiam Typhon ipse dicitur gigas, siue Apophis, ΑΦΩΦ. Teste Mela (III. fin.), Antaeus Mauritaniae princeps, teste Diodoro (I. p. 25.), Libyae et Aethiopiae praefectus fuit. Vtraque in regione Typhonis, seu ♄, domicilia sunt ♒ et ♑. Antaeo pariter atque Typhoni ♄ crocodylus sacer erat (Plutarch. de solert. an. 976.). Hoc a deo prouincia et vrbs cum templo Antaei dicta nomen *Ἀντεου*, ΑΝΤΗΥ acceperunt, quae quidem ita sitae sunt, vt Decuriae ♄ in ♉, siue nono Aegyptiorum nomo respondeant.

Anubis a veteribus inter maximos Aegyptiorum deos numeratur (Lucian. Op. I. p. 372. Sal. Ouid. Amor. II. El. 13.), quin Osiridis (☉) filius, vt reliqui Cabiri, dicitur (Diodor. p. 15.): Ergo

Anubis est ex septem planetis. Inter animalia canis ei consecratus erat, cuius etiam imagine colebatur (Diodor. S. I. 76. Virgil. Aen. VIII. v. 698. Propert. III. El. 9. Prudent. Apoth. v. 194. Alexandrinus ap. Athen. VII. p. 300.). Canis vero ☿ symbolum est (supra I. §. 52. No. 5. pag. 66.). Ergo Anubis ☿ planetam significat. Quae sententia multis aliis veterum effatis confirmatur. Sic ad verba Virgilii (VIII. v. 698. Aen.): *latrator Anubis*, haec Seruius notat: *quia capite canino pingitur, hunc volunt esse Mercurium.* In Anubideo, teste Luciano (T. II. p. 75. Sal.), asseruabantur cynocephali argentei. Cynocephalus vero ☿ planetae sacer, vt astronomi veteres testantur (I. §. 52. No. 5. pag. 66.). Anubis per totum Aegyptum colebatur et custos Osiridis (☉) et Isidis (☽) horumque deorum constans comes et comitator habebatur (Iuuenal. Sat. XV. v. 8. Diodor. p. 77. Iul. Firmic. Error. prof. rel. init. Proclus in Plat. Polit. p. 417.). Diserte Plutarchus (p. 355.) dicit, Aegyptios Mercurium suum dicere *canem, ob custodiendi ac vigilandi studium.* Inter planetas vero solus ☿ constanter cum ☉ est, eumque constanter in itinere proxime comitatur annuo. Anubis nunc faustus, nunc infaustus dicitur, qua de causa quoque nunc atra, nunc aurea facie pingebatur; canibus nunc nigris, nunc albis significabatur (Apuleius. Met. XI. p. 262.): inter planetas vero solus ☿ nunc faustus, nunc infaustus putabatur (I. §. 46. No. I. pag. 65.). Anubis porro non solum ☿ planetam, sed etiam domus ☿, siue ♊ et ♍ significat. Sic Cicero (Nat. D. III. 22.) et Arnobius (adu. gent. IV. p. 135.) tradunt, Mercurium quartum, verendum (Anubidem), esse Nili filium. Quo significantur domicilia et terrestrium et coelestium 12 deorum. Hinc Plutarchus (Is. 368.), *videtur*, inquit, *Anubis apud Aegyptios eam obtinere vim, quam apud Graecos Hecate, Numen scilicet terrestre simul ac coeleste.* Prouinciae vero ☿ sunt Cynopolis (*ἐν ᾗ πόλει Ἄννουβις τιμᾶται* Strabo XV. p. 558.) et Lycopolis (Stephan. Ethnicograph. Aelian. X. c. 45.), quae respondent signis et decuriis ☿. Hinc etiam Anubis dici videtur *superum commeator et inferum* (Apul. Met. XI. 262.). Altera enim ☿ domus ad hemisphaerium lunare, alterum ad solare spectat. Etiam puncta Zodiaci tropica Anubidis fuisse, testatur Clemens A. (Strom. V. p. 567.), vnde et *letaeus ianitor*, *filius Nephthis* et Cerberus, nec non Saturnus dicitur (Plut. Is. 368.) Denique per se clarum est, Anubidem ☉ quoque, in ☿ domiciliis versantem, significare. Diserte autem Macrobius (Sat. I. 19.), *in Mercurio*, inquit, *Solem coli, ex caduceo claret, Mercurio consecrandum.* Quod imagines Anubidis attinet, veteres testantur, eum capite canino et ipsa canis specie effictum fuisse (Diodor. I. 76. Virg. Aen. VIII. 698. Clemens A. Protr. p. 25.). Lucianus (Op. II. p. 358.) *Mercurium* ait *illum optimum canino vultu praeditum.* Insignia Anubidis caduceum (*κηρυκιον*), seu virgam fuisse, apparet ex loco laudato aliisque (Lucian. Tox. Hom. Od. K. 277. Op. II. p. 75.). Apuleius (II. p. 384.) ei tribuit palmam dextra, caduceum sinistra gestatum. Peculiare vero est illud, quod Anubis duabus faciebus pingebatur, et atra, et aurea (Apuleius Met. XI. 262.), cuius rei caussa eundem vocat *superum commeatorem et inferum.* Scilicet Firmicus (II. c. 7.) et Proclus (Par. Ptol. I. c. 7.) distinguunt ☿ diurnum et nocturnum, siue Solem praecedentem et subsequentem. Addit Cleomedes (Meteor. II. c. IV. p. 104.), *Sole oriente aërem purpureum fieri, occidente subito nigrescere.* Item ☿ alius est cum ☉ in hemisphaerio superiori, alius in inferiori versans. Huc spectant figurae humanae, in monumentis Aegyptiacis obuiae (Zodiacis Tentyriticis), duobus capitibus insignes. Constat enim, Ianum, Hermen, Mercurium duas ha-

ASHMOLEAN OXFORD MUSEUM

buisse facies apud Graecos Romanosque, atque vidimus, Anubidem ipsum Mercurium valere (Plut. Is. p. 355.)

Apis plerumque ☽ et ♋, rare ☉ significat (Vid. Suidas in articulo Ἄπις). *Apis*, inquit, *Lunae dedicatus et sacer, sicut Mneuis Soli.* Item Ammianus (L. XXII. p. 249.), Aelianus (XI. 11.), Eusebius (P. E. III. 13.), Lutatius (Stat. Theb. III. 478.) aliique. Teste Plutarcho (Symp. VIII. Q. 1. p. 718. De Is. p. 368.), Apis nascitur contactu Lunae et figuras ☽ similes fert. Tradunt Herodotus (L. II.), Plinius (VIII. 46.), Solinus (Polyh. c. 32.), Ammianus (XXII. p. 245.), Plutarchus (Is. 368.), Strabo (XVII. 555.) aliique, in Apidis latere fuisse ☽ maculam et scarabaeum, qui ☽ est symbolum, sub lingua. In festis taurus Apis ducebatur a sacerdote Isidis vel ☽, nimirum Nouilunio, vt Solinus (c. 32.) et Grammaticus (Fabricii Bibl. L. I. 391.) auctores sunt. Apis viuere dicitur 25 annos, quippe quo spatio ☽ iterum eodem die anni Aegyptiaci cum ☉ congreditur, teste Plutarcho (Is. p. 374.). Apidis, vel Epaphi mensis, vt vidimus (I. §. 32. pag. 40.), erat ⲉⲡⲉⲓⲫ, vndecimus mensis, signo ♋ respondens. Denique Apidis prouincia fuit Memphis, quae eidem signo ♋, seu ☽ domicilio, conuenit. Quum ☉ duodecim signorum formas subire dicatur; clarum est, Apidem etiam Solem, quippe in ♋ versantem, significare. Inde explicantur verba Solini (c. 32.): *omnem abscessus Nili originem de Sole concipi, primosque fieri excessus tumores, cum per cancrum Sol vehatur.* Hinc Porphyrius apud Eusebium (P. E. III. 13.) tradit, *Apim et Solis et Lunae insignia prae se ferre.* Hinc Diodorus (p. 19. 362. 368.), Strabo (XVII. 555.), Macrobius (I. 21.) testantur, Apidem Osiridis et Solis esse imaginem viuam. Ceterum Apis, praeter ☽ et scarabaei maculas, insignis erat colore nigro, aquilae figura in tergo, triangulo in fronte aliisque, vt Herodotus (III. 28.), Aelianus (XI. 10.) aliique tradunt.

Aphophis, Apophis, Apopis, Ἀφωφις significant ♄. Tradit Plutarchus (Is. 365.), fratrem Osiridis (♃) Apophin, quem infra Typhonem (♄) appellat, Iouem (☉) impugnasse. Quae fabula non differt ab illa de Osiride et Typhone, siue de ☉ in ♐ et ♒ ingrediente. Addit Plutarchus: *Apopis est sicca et ignea natura; ea vero non est Sol, sed quandam habet cum Sole cognationem.* Quae verba sane magis ♂ naturae, quam ♄ conueniunt. Nam ♂ praecipue est ignea et sicca natura. Sed quum Apophis, ⲁⲫⲱⲫ, ⲉⲡⲱϥ gigas dicatur, pariter atque Typhon, quumque ex fratribus Osiridis solus ♄ aduersarius Iouis seu ☉ fuerit; clarum est, Apophin ♄ planetae eiusque domiciliis respondere. Nam Apapus, siue Apopus, vt ipse Eratosthenes vertit (Syncell. p. 83.), μεγιστον siue gigantem significat; atque dudum perspecta est fabula de gigante, siue gigantibus ab Hercule superatis.

Arsaphes, Ἀρσαφης, significat ☉, praecipue vernum. Plutarchus (Is. 365.) tradit, esse Osiridis cognomen Ἀρσαφης, quod vocabulum interpretatur ἀνδρειον. Ibidem Plutarchus (p. 371.) docet, Osiridem etiam erecto veretro fingi ad indicandam vim gignendi et alendi. Haec autem vis e sententia Aegyptiorum Soli propria erat veris tempore. Iam Stephanus B. narrat (s. Πανος πολις), Panopoli, quae regio respondet signo ♉, domui ♀, coli Pana, seu Venerem masculam, erecto veretro insignem. Quum eadem natura Arsaphes sit; sequitur, hoc nomen Osiridem seu Horum, i. e. Solem vernum, speciatim ☉ in ♉ significare. Vocabulum Ἀρσαφης enim constat Ἀρ siue ὡρ, (vt Arsiesis, ωρ ⲥⲉ ⲓⲥⲓⲥ, *Horus filius Isidis*) atque ϫⲫⲉ *plantare, generare.* Constat autem, Horum, quippe filium Osiridis (☉), dici Solem ex solstitio hiberno prodeuntem. Atque

ipse Horus, vt infra apparebit; dominus est signorum Zodiaci vernorum, speciatim ♉, seu ♀ domus.

Artes, *Ἄρτης*, *Ertosi*, *Ἐρτωσι*, vt vidimus (Sup. I. §. 4. pag. 12.), ♂ planetae sunt cognomina. Quum domicilia planetarum cum planetis suis dominis conueniant natura; sequitur, illa nomina etiam domiciliis ♂, quippe ♈ et ♏ conuenire. Reapse Vettius Valens (Salm. Ann. clim. p. 596.), „Martis," ait, „stella rubrum habet colorem. Nam facie ignea est hic Deus, estque ipsi vis dissecandi et interficiendi. Ideoque Aegyptii Arten (ⲉⲣ-ϯ) ipsum vocarunt, quoniam beneficorum et vitae interuersor est". Addit Cedrenus (Salm. l. c.): *Stella Martis ab Aegyptiis vocatur Ertosi* (ⲉⲣ-ⲧⲱϫⲓ *plantare*, *generare*). *Significat autem hoc omnis generis procreationem et viuificationem, omnisque substantiae et materiae naturam et vim ordinantem atque procreantem.* Hae autem virtutes non solum sunt ♂ planetae, sed etiam ♂ domini ♈. Firmicus (II. c. 12) ait: in ♈ ingressus ☉ ver facit. Quicunque ♈ horoscopante nascuntur, ad ignem cholericamque naturam declinabunt. Item (V. c. 6.), qui, inquit, ☉ versante in ♈ nascantur, maleficiis, crudelitate saeuaque victoria gaudebunt". Constat vero, Solem dici Herculem, quum versatur in domiciliis ♂ seu Herculis; quare probabile est, illa nomina etiam de ☉ in ♂ possessionibus versante adhiberi.

Arueris, *Ἀρουηρις*, cognomen ☿ atque ☉ in ☿ possessionibus versantis. Tradit Plutarchus (Is. 355), *secunda die Aruerin esse natum*, *quem Apollinem et seniorem Horum dicunt*, et (ib. 373.), *Apollo*, inquit, *ex Iside et Osiride, adhuc in vtero Rheae versantibus*, *dicitur natus*, — *ideoque illum deum mutilum*, *in tenebris natum esse aiunt*, *et seniorem Horum appellant.* Profecto ☿ planetae nomina sunt Apollo (Vid. sup. p. 31. ♊) et, vti videbimus, Horus; atque cum ☿ planeta conuenit Arueris (I. §. 34. p. 42). Dicitur autem Arueris Horus senior, quemadmodum distinguuntur Hermes et Hermes trismegistus, Horus et Horus Apollo; quare Arueris etiam ad ☉ pertineat, necesse est. Reapse Horus hic mutilus dicitur natusque ex tenebris (♑ et ♒); quare idem est cum Harpocrate, ⲱⲣ ⲡⲁϩ ⲣⲁⲧ, Horo claudicante, *tenero Iao.* Quae quidem numina ☉ ex solstitio hiberno prodeuntem, solem vernum designant. Veris vero dominus est ☿ iuuenilis (I. §. 7. pag. 14.). Hanc certe sententiam confirmat nominis interpretatio, quod constat verbis ⲱⲣ Horus, atque ⲟⲩⲏⲣ, siue ⲃⲉⲣ, nonus, ver, *ἐαρ*, *βηρ* Aeolico; quibus affinia sunt ⲉⲣ, ברא *facere.* Hinc recte Plutarchus (Is. 574.) nomen Isidis *Μεθυερ*, ⲙⲉϩ-ⲧ-ⲟⲩⲉⲣ, constare dicit *ἐκ του πληρους και του αἰτιου.*

Babys, *Βαβυς*, *Bebon*, *Βεβων* cognomina ♄. Teste Plutarcho (Is. 71.), *significatur voce Bebonis detentio, coercitio et prohibitio*, *quod rebus recta via incedentibus*, *et ad finem suum tendentibus*, *vis Typhonis* (♄) *obstat.* Similia Plutarchus (p. 371) et Hellanicus apud Athenaeum (Deipn. L. XV. p. 680). *Dii*, inquit, *in Aegypto coronas sibi detraxerunt*, *cum Babyn*, *qui Typhon* (♄) *est*, *regnare intellexissent.* Conferantur vocabula Coptica ⲃⲏⲃ cauerua, ⲃⲁⲃⲉ augustus, stultus, ⲡⲁ-ⲟⲩⲃⲉ, ⲡⲁⲟⲩⲃⲏⲩ contrarius, aduersarius. Certe Plutarchus (Is. 367.) haec tradit: *Typhon autem Sith apellatur et Bebon ac insuper Smy*, *quibus verbis indicatur violentia quaedam*, *contrarietas*, *aut inuersio.* Ergo radix haud dubie est ⲟⲩⲃⲉ *contra.* Ceterum quod Babys, siue Typhon regnasse dicitur, in oculos incurrit, hoc dici de ☉ signa ♑ et ♒ obeunte.

Belus, *Βελος* haud dubie ☉ (ⲡⲓ-ⲗⲁ, ⲡⲓ-ⲣⲁ) significat. Graeci enim eum vocant Iouem (aut ☉, aut ♃); nec dubito, quin ⲃⲉⲗ affine sit Baal, i. e. dominus, ϭⲓⲟⲥ, *ζευς*, Deus, siue ☉.

Etiam Vulcanus (☉) est ♂, et reliquorum planetarum pater, vti Belus pater Persei (♂) et Herculis (♂) (Apollod. II. 1. 4.).

Besa, *Bisa*, ☉ cognomen. Occurrit enim nomen ϢΕϹΑΜΟΥΝ in Miraculis Coluthi (p. 339. Georg.), quo aperte Ammonis nomen cum Besa comparatur. Porro eiusdem Dei celeberrimum oraculum erat Abydi (Ammian Mar. XIX. p. 164. Phot. Bibl. c. 279. p. 1596), quod non nisi ☉ ac summis diis conuenit. Deinde iidem auctores testantur, Besam et Abydi in Thebaide, et Besae, siue Antinoae, vel Besantinoi prope Hermopolin cultum fuisse. Sunt autem hae vrbes decuriae ☉ in ♈ et ♊. Revera Decanus ☉ in ♊ a Firmico vocatur Te-pisa-tosoa (I. §. 17. pag. 23.), a Valente (ib.) φουορ, π-ϩο-ωρ Hori (☉) facies, siue decuria. Decani enim antiquitus facies, πορροσωπα, פניה appellati sunt (I. §. 17. p. 23.).

Camephis, *Καμηφις*, ☉ nec non ♂ cognomen. Vocatur enim apud Stobaeum (Eclog. Phys. p. 120.) προπατωρ και παντων προγενεστερος. Eadem tribuuntur Vulcano, seu Phtha (☉). Theosophia quidem Aegyptiaca tres docet Camephes, patrem, filium et nepotem (Damasc. in Wolfii Anecd. Gr. T. III); diserte autem traditur ab eodem, *tertium Camephim, sic nominatum a patre et auo, esse Solem.* Ceterum *Καμηφις* haud dubie descendit a ϮΑΜΕ-ϥι, *conseruator Aegypti*, atque diserte Cicero (Nat. Deor. III. c. 22) ait, *secundum Vulcanum esse Phtha* (☉ *et* ♂), *vt Aegyptii appellant, quem custodem Aegypti volunt.*

Canobus, *Canopus*, *Κανωβος* ☿ significant. Hoc nomen Graeci interpretantur Mercurium. Notus est enim Mercurius, siue Hermes, Canobiticus. Vocabulum Canopi, teste Aristide (Aegypt. fol. 96. Hor.), significat aureum solum (*χρυσουν ἐδαφος*), cui respondet sane ϮΑΙ-ΝΟΥΒ *aureum solum.* Aurum vero ☿ planetae sacrum, vnde et ☿ *χρυσοφαης* dicitur et auream statuam, aureum caduceum, aureas phyalas et alia habuit ex auro fabricata symbola (Lucian. Tox. Opp. II. p 75). Ex eadem radice Anubis siue ☿, de quo dictum. Quare Anubidi aurea facies tribuitur. Huc spectat fabula de Menelao eiusque nauclero Canobo. Constat enim e Pantheo Jablonskii (L. V. c. 4. p. 132.), haec magis astronomica quam historica esse. Menelaus enim ΜΑ-Ν̀-ϩΑος, Basmurice ΜΑ-Ν̀-ΛΛος, ipse est ☉, cuius constans comes ac nauclerus ☿ est. Infra apparebit, ☉ ac reliquos planetas nauigiis circum terram circumuehi putari (III §. 3). Quod vero Menelaus cum Canobo in vrbe Canopi appulit redux factus e bello Troiano, id cohaeret cum situ huius vrbis. Scilicet Canobus, in vltima Aegypti parte sita, respondet termino Aegypti et semicirculi solaris in ♑ fine. Sic Dionysius Periegetes canit (V. 12): *vbi maxime borealis est Aegypti recessus, et fanum percelebre Amyclaei Canobi.* Terminorum vero Deus non solum apud Graecos Romanosque, sed Aegyptios quoque ☿ fuisse videtur. Quam ob causam etiam Aegyptiorum ☿ Anubis, vt vidimus, duobus capitibus fingebatur. En locum probantem Clementis (Strom. V. p. 567). *Atque duo quidem canes* (☿ sacros), inquit, *symbola sunt duorum haemisphaeriorum. Sunt, qui volunt, tropicos significari per canes, qui custodiunt ad instar ianitorum accessum solis ad austrum et septentrionem.* Hinc et ianitor Cerberus. Ergo Canobus ☿ Canobi cultus terminum semicirculi solaris in fine ♑ indicat. Itaque nomen Menelai (☉) innuere videtur solem cum (☿) nauclero reducem ad pristinum Zodiaci locum, quippe terminum vtriusque hemisphaerii. Ceterum Canobi floruerunt artes, praesertim mathematica, astronomia, astrologia, quare et Ptolemaeus Canopi 40 per annos literis operam dedit: quae quidem artes Thoutum (☿) auctorem et patro-

num habuerunt. Vnde probatur profecto, Canobum ad ☿ planetam esse referendum. Quod denique Canobi imaginem attinet, clare docet Ruffinus (Histor. Eccl. II. 26.), eam fuisse hydriam, ampliorem infra quam supra. Quae hydria apparet in numis Canobicis (Vaillant. Numism. Aeg. Hist. Pt. p. 205.) atque in Geographico Taurinensi (Tab. II. no. 2. fin.), vbi literas adscriptas habes ⲕⲛⲃ, *Canobus*.

Cneph, *Κνηφ*, *Cnuphis*, *Chnubis*, *Χνουβις*, *Κνουφις*, *Ἰχνουφις*, ☉, nonnunquam ♃ designant. Haec nomina Graeci vertunt *Ἀγαθοδαιμονα*, *ἀγαθον δαιμονα*, quae vera est huius vocabuli (ⲓϧ *δαιμων*, ⲛⲟⲩϥⲓ *ἀγαθος*) interpretatio. Agathodaemon vero a Manethone, vti constat, inter septem deos Aegyptiorum maximos numeratur, qui sunt septem Cabiri, seu planetae. Porro Agathodaemon dicitur deorum pater pariter atque Vulcanus, qui est ☉ ipse, mundi opifex. *Opificem*, inquit Eusebius (P. E. III. 9. p. 115), *Aegyptii appellant Kneph*. Hunc vero Kneph non fuisse Deum inuisibilem, sed planetam, ex eo apparet, quod animalia sacra habuit atque certis in locis Aegypti reliquorum planetarum ad instar cultus fuit. Tradit enim Eusebius, vt vidimus, totum mundum cum animalibus, vegetabilibus aliisque suis particulis inter septem planetas divisum fuisse. Deo Kneph, de quo statim plura, Thebis, Elephantinae aliisque locis culto, sacra fuerunt aries, serpentes, alia. Porro constat, septem ostia Nili, partim arte facta, septem planetis adscripta fuisse. De his duo maxima flumina Agathodaemonis et Athribis vocantur, siue ☉ et ☽. Reliqua minoribus planetis ac diis adscribuntur, vt ♂ Sebenniticum, seu Thermuthiacum periculosum. Deinde Nilus ipse, quem ☉ esse infra videbimus, Agathodaemon vocatur. *Magnum Delta*, *καθ' ὃ ἐκτρεπεται ὁ μεγας ποταμος, καλουμενος ἀγαθος δαιμων* (Ptol. Geogr. IV. 5). Porro ipse taurus Hermunthiacus Pacis, Soli consecratus, Onuphis (ⲟ-ⲛⲟⲩϥⲓ) appellatur (Aelian. XII. 11. col. Macrob. Sat. I. 21. p. 212), qui nutriebatur etiam in templo Apollinis (☉). Denique symbolum Kneph erat discus serpente circumdatus (Euseb. P. E. I. 10. p. 41.), qui discus ☉ est symbolum (vid. inf.). *Τον δε μεσον*, inquit, *ὀφιν συνεκτικον τουτον (κυκλον), ἀγαθον δαιμονα σημαινοντες*. Similia Proclus (Tim. Pl. III. p. 216). Iam vero Kneph non modo ☉ sed etiam ♃ planetam significat. Neque hoc mirum, quum ☉ et ♃, simili natura praediti, alias confundantur (I. §. 54. p. 68.). Haec in promtu sunt veterum testimonia. Inscriptio Graeca (Letronne Recherch. p. 345): *Χνουβει τῳ και Ἀμμωνι* et ceteris diis. Kneph et Amon (♃) eodem modo depingebantur, et ouem sibi sacram habebant (Euseb. P. E. III. 11. p. 115). *Aegyptii*, inquit, *opificem*, *quem Kneph appellant*, *humana specie configurarunt*, *colore caeruleo eoque nigricante*, *cingulum aut scepirum manu tenentem*. — *Eique Numini ouem consecrarunt*. Idem serpens Kneph Agathodaemonis et Iouis (♃) symbolum erat, atque vtrumque numen iisdem in locis colebatur. Plutarchus (Is. 359.) tradit, Thebanos Kneph colere. Herodotus (II. 74.), *circa Thebas*, inquit, *sunt sacri serpentes*, *nihil omnino hominibus noxii*, *pusillo corpore*, *binis praediti cornibus*, *e summo vertice enatis*; *quos defunctos in Iouis* (♃) *aede sepeliunt*. *Huic enim deo consecrati sunt illi*. Eusebius (P. E. I. 10. p. 41.), *Phoenices*, inquit, *animal illud* (serpentem) *Agathodaemonem vocant*; *ac simili ratione Aegyptii nomen ipsi indentes Kneph*. Plutarchus (Amator. 755.) in Aegypto vidit litigantes de serpente, *quem Agathodaemonem*, *seu bonum Genium vocarent*. Omnino noxii serpentes noxiis planetis, innoxii bonis, veluti ♃ vraeus, sacri erant. De cultu Kneph apud Thebanos dictum. Constat autem Thebas respondere domicilio ♃ seu

signo ♐. Item Strabo (XVII. p. 562.) templum Kneph (ἱερον Κνουφιδος) vidit in Elephantine, qua Aegypti in parte ♃ habetur trigoni dominus. De inscriptione Rüppeliana in insula Bacchi, haud procul ab Elephantine sita, secundum quam Kneph, siue Amon, ibi cultus fuerit, supra diximus. Adde inscriptionem apud Philas repertam, quae sic incipit: ⲓⲟⲙⲏⲁⲙⲙⲟⲛⲓⲥⲉⲛⲩⲃⲓⲇⲓ h. e. Ioui Hammoni Chnubidi (Letronne Rech. p. 361). De imagine Kneph, vt vidimus, haec Eusebius (III. c. 11. p. 115): *Kneph humana specie configurarunt.*

Esmunus, Schmun, Ichmin, Ischemun, Ἐσμουνος, ϣⲙⲟⲩⲛ, שמנה significant ☿ et ♁. Haec enim vocabula significant *octo* atque diserte testantur Damascius (vita Isidor. Phot. Bib. CCXLII. p. 1074), Esmunum esse octauum Satuci filium, octauum Cabirorum fratrum; atque Clemens (Praeparat. E. p. 44.), Esmunum esse terram. Quorum verba haec sunt: *Satuco nati sunt filii, quos Dioscuros et Cabiros interpretantur, post quos octauus natus est Esmunus, quem Aesculapium interpretantur;* atque: *Septem sunt dii planetae*, octauus, *qui ex his omnibus constat, mundus est.* Adde locum Simplicii (ad Aristot. de Coelo II. fol. 124.), quo dicit, Pythagoraeos ab Aegyptiis doctos mundum aequalem planetis (ἐν των ἀστρων) fecisse. En octauum Cabirum. Etiam vidimus, in Zodiaco Taurinensi (Tab. II.) atque in numo Antonini (Dupuis. Or. I. p. 178.) Esmunum seu terram in medio Zodiaco, septem planetis circumdatam, secundum communem veterum opinionem repraesentari. Videtur itaque ☿, quum Esmunus etiam ☿ planetam significet, dominum terrae in vniuersum valuisse. Hac facit Horapollo (I. 14.), quum dicit, cynocephalum, qui ☿ est animal (v. infra), significare etiam terrarum orbem (οἰκουμενην). Ergo ☿ cynocephalus, Esmunus, Cabyrus octauus, proprie quidem ♁ designat. Iam vero, Esmunum ☿ quoque significare, certo certius est. Damascius (l. l.) Esmunum tradit esse Aesculapium. Aesculapius vero non differt a Mercurio atque Thotho (Jablonskii Panth. Aeg. L. V. c. VI. p. 192. ss.). Eodem Damascii loco Esmunus venator dicitur (ἰδιωτως κυνηγετων); venatio vero et canes ab astrologis Aegyptiacis ☿ sunt consecrata (I. §. 52. No. 3. 5. p. 66.). Praeterea Esmunus, Schmun, Schmin iis in locis cultus fuit, quae ☿ conueniunt. Mercurii vero prouincia (signum ♊) est Hermopolis, quae Aegyptiace dicebatur ϣⲙⲟⲩⲛ (Champollion L'Egypte I. p. 292.). Vrbs Mendes apud Pelusium antiquitus dicebatur ϣⲙⲟⲩⲛ ⲛ̀ⲣⲙⲁⲛ *Schmun malorum punicorum* (Champ. l. l. II. p. 124.), quo loco non solum ☿ colebatur, sed etiam altera ☿ domus terrestris (♍) habebatur. Porro vrbs Chemmis conuenit cum ϣⲙⲟⲩⲛ, quae antiquitus dicebatur ϣⲙⲓⲛ a ϧⲙⲟⲙ, ϧⲙⲓⲛ, ϫⲙⲓⲙ *incalescere, feruere;* qua in vrbe, teste Gelaledino aliisque, Esmunus sedem habuit atque Pan hircusque culti fuerunt (Jabl. Panth. L. II. p. 292. s.). Chemmis vero ad prouiniam ♀ pertinet (♉), cuius primus decanus, cui respondet Chemmis, proprius ☿ est. Denique quum ϣⲙⲟⲩⲛ et reliqua significent *octo* atque octo lineolae, quibus Aegyptii 8 scribunt, signum ☿ alterum, nimirum ♍, exprimant in Geographico Taurinensi (Tab. II. No. 2.); clarum est, vocabulo Esmun ☿ tum planetam, tum dominum partium Zodiaci significari. Adde, quod in monumentis Aegyptiacis saepissime numero occurrit hominis figura cum capite Ibis, qua ☿ exprimitur (v. infra Theth), cuique adscriptae sunt octo illae lineolae (Vid. Tab. VII. A. 1.). Ipse vero Cicero (Nat. Deor. III. 82.) Esmunum dicit Mercurium quartum. Item Diodorus (I. p. 13.) deum octauum maximum vocat Mercurium. De imagine Esmuni facile est disserere. Constat, in vrbe Chemmis et Mendis dicta hircos fuisse cultos. Chemmi praecipuum templum Panis habebatur, qui deus vel ipse partim

hircinus erat. Hircus vero per suam naturam symbolum est generationis. Esmunus quoque, teste Damascio (Phot. Bib. CCXLII. p. 1074.), calorem vitae significat, quod etiam ϩⲙⲟⲙ, ϣⲙⲓⲛ exprimunt. Mercurio vero oculos caprinos astrologi adscribunt (I. §. 52. No. 5. p. 66.). Ampelius (libro memor. cap. II.): Quo tempore, inquit, Python (Typhon), speluncas incolens in monte Tauro, Aegyptum profectus est ad bellum, Pan se in caprae figuram conuertit". „Mendesii, ait Herodotus (II. 46.), numerant Pana inter octo deos, quos aiunt duodecim diis priores exstitisse. Pictores et statuarii faciunt simulacrum Panos, sicut Graeci, caprina facie et hircinis cruribus". Diodorus (I. p. 55.): *Hircum*, inquit, *inter deos retulerunt propter genitalem partem. Est enim animal hoc salacissimum.* Priapus autem apud Aegyptios dicitur Horus (☿). Ouidius (Met. V. 329.) tradit, mutasse se prolem Semeleiam (Bacchum) in caprum. Quo ex loco apparet, caprum etiam ☉ in signis Esmuni (♊ vel ♍) versantem significare, vt alias. Adde locum Stephani (s. *Πανος π.*): *Est vero*, inquit, *etiam in hac vrbe magnum dei simulacrum, in quo apparet erectum veretrum — dextraque flagellum intentat Lunae, cuius idolum esse aiunt Pana.* Quo ex loco, quum flagellum ☉ symbolum sit, denuo apparet, ☉, in decuria ☿ signi ♉, trientis verni (☿), versantem, Esmuni, seu Pani proprietates assumere. Certe Diodorus (L. I. p. 22.) testatur, Pana et Osiridem eundem esse, atque ab Aegyptiis pro ☉ (verno) haberi. Quum vero idem tradit (p. 11.), Pana cum Osiride expeditionem fecisse, significat ☿, solis comitem.

Harpocrates, *Ἁρποκρατης*, ☉ designat, praesertim hibernum, vel e solstitio hiberno (♄) prodeuntem, nec non ☿. Solem enim e solstitio hiberno prodeuntem Latini *solem nouum*, Aegyptii Osiridem *iuuenem* et *renatum* dixerunt (Jabl. Panth. II. c. 6. p. 253. 258.) Quo quidem tempore hiberno Harpocrates, Osiridis et Isidis filius, natus dicitur a Plutarcho (Is. p. 377.). *Ideoque*, inquit, *narratur Isis, cum se sentiret grauidam, sexta die mensis Paophi* (♎) *appendisse sibi amuletum, atque peperisse Harpocratem, sub solstitium hibernum* (♐ inter et ♑), *imperfectum et valde tenerum, inter flores et germina tum primum propullulantia.* Item Macrobius (Sat. I. c. 18.), „hae aetatum diuersitates", inquit, „ad solem referuntur, vt paruulus videatur hiemali solstitio, qualem Aegyptii proferunt ex adyto, die certa, quod tunc breuissimo die veluti paruus et infans videatur". His consentit Apollo Clarius apud Macrobium (ib.), dicens, Deum (☉) supremum dici autumno finito tenerum Iao (*ἁβρον Ἰαω*). Et hinc Harpocrates ϣⲣ-ⲡⲁϩ-ⲣⲁⲧ, Horus claudicans (infirmus) pede, dicitur. Sol enim quum versatur in ♑ ♒ et ♓, parum adhuc valet vim suam exercere. Horus enim, tamquam ☉ nouus, siue filius Osiridis mortui, non differt ab Harpocrate, quare et Horus Buti nutritus dicitur a Plutarcho (Is. 357.). Hinc idem tradit (Is. p. 378. 373.), Harpocratem corpore imperfectum membrisque imbecillem, mutilum et mancum in tenebris (♄) natum esse. Adde eiusdem locum (Is. 358.). Isin dicit ex Osiride ante mensium completum numerum filium peperisse Harpocratem inferioribus membris debilem. Iam cum ☉ in quouis signo aliam potestatem assumat atque a dominis signorum dicatur; sequitur etiam ♄, quippe dominum ♑, Harpocratem dici aut certe eadem imagine exprimi. Quod testatur locus Ouidii (Met. IX. 687.), quo septem planetae commemorantur, ♄ vero his verbis describitur: *quique premit vocem digitoque silentia suadet* (Vid. infra Bubastis). Ceterum dubio caret, etiam ☿ Harpocratem dictum fuisse. Etenim ☿ quoque Horus dicitur, atque constat, ☉ in variis Zodiaci partibus eorum planetarum assumere nomina, qui domini sunt illarum partium (Sup. §. 7. pag. 86.). Horus vero, siue ☿,

dominus est signorum vernorum, vt vidimus. Denique et ♂ Harpocrates dici videtur, vt docet vocabulum Σεμφουκρατης ϫωμ-ϕαϩ-ρατ i. e. Hercules claudicans, de quo ad *Zom* disseremus. De imaginibus Harpocratis veteres tradiderunt, eum fingi nunc puerulum infirmum, nunc loto insidentem, nunc pedibus vinctum, digitum ad labia gerentem. Plutarchus (Is. 355.): Neque putant, Solem infantem, recens natum, e loto exstitisse; sed sic ortum solis pingunt. Item (Is. 378.): Etsi Harpocrates fingatur tenellus admodum in floribus et germinibus recens e terra prodeuntibus, ideoque pingi soleat loto insidens; cet. Idem (Pyth. Orac. p. 400.) tradit, Aegyptios orientem solem exprimere picto puerulo, qui loto insideat. Quo ex loco apparet, Harpocratem dici quoque de sole oriente, veluti e semicirculo hiberno prodeunte. Simillimus enim est ☉ recens annuus quotidiano. Varro (Lin. Lat. L. IV. p. 17.), *etsi*, inquit, *Harpocrates digito significet, vt ea taceam.* Ouidius (Met. IX. 691.): Harpocrates, quippe premit vocem, digitoque silentia suadet. Damascius (Vit. Isid. ap. Phot. CCXLII. 1049.), fertur (Heraiscus), inquit, ex vtero matris prodiisse, indice silentii digito labiis adhaerente, quomodo et Aegyptii fabulantur, Horum (☿) et ante hunc Solem (ὡρον και προ τον ὡρον τον Ἡλιον) natum esse. Quo loco confirmatur id, quod diximus etiam ☿ Harpocratem dici parique ratione effingi. Neque hoc mirum, quum Solis comites ☿ et ♀ similem habeant interitum et restitutionem in solstitio hiberno. Adde locum Horapollinis (II. c. 3.), quo dicit, pedibus coniunctis cursum Solis in solstitio hiberno significari. Huc spectat fabula de Ioue in deserto (♑ et ♒) pedibus vincto et impedito (Plut. Is. 376.). Ibidem traditur, etiam Paphlagones dicere Solem vinciri et coerceri hyeme.

Horus, ὡρος, ϣρ omnium maxime fuit crux mythologorum. Scilicet tam multa tamque varia et inconcinna praedicantur de Horo, vt hoc nomen non possit non plures diuersosque Deos significare. Profecto Horus nunc ☉, nunc ♀, nunc ☿, nunc horum possessiones exprimit. Quod quam verum sit, vel ex eo intelligitur, quod Horus, quum alio sensu accipitur, alia cognomina assumit. Sic commemorantur Horus senior et iunior, Horus Apollo et Horus vindex, Horus, claudicans (Harpocrates), Horus vernus (Arueris), Horus filius Osiridis et Isidis (Arsiesis), Horus frater Osiridis, Horus Cabirus et Horus semideus. Et primo quidem Manetho Horum inter deos maximos seu Cabiros numerat, ex quo sequitur, Horum fuisse planetam aliquem. Porro quum Horus variis Aegypti in prouinciis, vt Tentyrae, Apollinopoli aliisque cultus fuerit; hoc etiam clarum est, Horum significare signa partesque minores Zodiaci, siue deos ex ordine 12 deorum, Decanos aliosque, quod vel nomina Decanorum *Oroasoer*, *Senacer*, *Asentacer* testantur. Iam inter planetas primum ☉ significat Horus. Tradit Josephus (adu. App. I. p. 460. Bel.), Amenophin voluisse *deorum* (zodiacalium) *frui conspectu, quod etiam contigisset Horo* (☉). Sic et Hercules (☉) cupiuit cernere Ammonem (♐). Ergo Horus hoc loco ☉ significat. Hinc Graeci Horum constanter interpretantur Apollinem, atque constat, Phoebum Apollinem ☉ esse. Hic est Horus ille Saturni et Rheae filius (Diod. S. I. p. 18.), a quo differt Horus Osiridis filius; hic haud dubie Horus senior. *Apollo*, inquit Plutarchus (Is. 373), *ex Iside et Osiride adhuc in vtero Rheae versantibus, dicitur natus, ideoque deum illum mutilum in tenebris natum esse aiunt, et seniorem Horum appellant.* Cogitandus est ☉ e solstitio hiberno procedens. Huc spectat fabula de Horo Buti nutrito. Butus enim domus ♃ est, siue signum ♑, atque inter ♑ et ♑ solstitium hibernum locum habet, quod rectius vix exprimi poterat, quam fabula de Horo, siue ☉ nouum

annum astronomicum auspicante, tenello, in fine ♐ terrestris nutrito, inde crescente. Buti etiam Harpocrates (☉ nouus) rite eodemque modo cum Horo colebatur, teste Epiphanio (Expos. Fid. §. 5. p. 1092), quatenus ☉ vernum significat. Quum vterque filius Isidis fuerit, Isis vero, teste Epiphanio in Ancorato, non nisi vnum filium (ἕνα παιδα) habuerit; inde consequitur, aut Horum et Harpocratem eundem fuisse, aut, quum diserte alter ab altero distinguatur, alterutrum ☉ aut ☿, solis comitem, significare. Suidas in voce Priapos, *Simulacrum*, inquit, *Priapi, quem Horum Aegyptii vocant, humana forma fingunt. — Eundem enim ac Solem esse arbitrantur.* Quo ex loco apparet, quum Priapus in domiciliis ☿ et ♀ cultus fuerit, Horum primo ☿ et ♀ quoque significare, hinc ☉ in possessionibus ☿ et ♀. Quum vero Horus (☿) dominus veris fuerit, clarum est, ☉ dici Horum in signis ☿ vel ♀ subiectis versantem. Tradit Macrobius (l. c.), Hermunthi, in magnifico Apollinis templo consecratum Soli taurum coli. Macrobius item (Sat. I. 21), *apud Aegyptios*, inquit, *Apollo, qui est Sol, Horus vocatur. Aegyptii*, inquit Horapollo (I. c. 17), *sub solio Hori* (☉) *leones supponunt, huius animalis cum deo vtpote Sole similitudinem maximam monstrantes. Dicitur autem apud eos Sol Horus.* Ex his itaque locis, quae facile sexcentis aliis augeri potuissent, intelligitur, Horum significare ☉, praecipue vernum. Significat vero etiam ☿ planetam. Quamquam enim hoc sequitur partim ex locis allatis; adsunt tamen et clariora testimonia. Tradit Acbilles Tatius (Petau. Vran. p. 136.) haec: ὁ του Ἑρμου ἀστηρ (☿) καλειται παρα μεν Ἑλλησι στιλβων, παρα δε Αἰγυπτιοις Ἀπολλωνος ἀστηρ. Notum vero est, Horum constanter vocari Apollinem. Herodotus (II. 144 et 156.), ὡρον, inquit, του Ὀσιριος (☉) παιδα (☿) τον Ἀπολλωνα Ἕλληνες ὀνομαζουσι. Item Proclus (Paraph. Ptol. I. c. 9. p. 32. Vid. sup. I. §. 25. Π. pag. 31.) diserte ☿ appellat Apollinem. Vrbs Hermopolis, qua Hermes (☿) cultus fuit, Aegyptiace dicebatur ϯⲙⲓ-ⲛ̀-ϩⲱⲣ, oppidum Hori (Champoll. L'Egypt. II. 252). Inter quinque deos, qui, serius nati, cum 7 Cabiris 12 deos Aegyptiorum magnos constituunt, Horus, siue Arueris, siue Apollo, Plutarcho teste (Is. p. 355.), vtique ☿ conuenit (I. §. 34. p 42). Huc spectat locus Diodori (I. c. 25. p. 30. Wes.) *Inuenit Isis*, inquit, *immortalitatis pharmacum, quo filium Horum, Titanum insidiis suppressum in vitam reduxit. Hic vltimus deorum. Horumque interpretantur Appollinem, qui medendi et vaticinandi artem* (ἰατρικην) *ab Iside matre edoctus, oraculis et medicationibus* (δια των χρησμων και των θεραπειων) *bene de mortalium genere meritus est.* Medicinae vero pariter atque artis manticae auctor et patronus ☿ est (I. §. 52. No. 3. 4. 5. pag. 65). Denique Horus etiam ♀ planetam significat. Tradit Diodorus (I. p. 21. Wess.), *Osiridem expeditionem fecisse cum fratre, quem Graeci Apollinem* (☿) *vocant, qui lauri demonstrator habetur. — Cum Osiride duos filios profectos esse, Anubin et Macedonem. Anubidi e pelle canina, Macedoni ex lupi corio tegumentum erat. Associauit etiam Pana numen suae expeditioni. Huic Chemmin, seu Panopolin exstruxerunt.* Quo loco Osiris ☉, Anubis et Macedo ☿ significant, tum matutinum, tum vespertinum. Nam ☿ et canis, et lupus sacri. Frater Osiridis non differt a ☿ quippe lauri inuentore. Expeditio Osiridis est ☉ decursus annuus. Iam comes Osiridis alter est ♀ siue Pan. Pan vero Chemmi et Mendesio in nomo (♎) cultus ♀ est. Reapse et Pani, et Horo, et ♀ generatio adscribitur (I. §. 51. Aelion. An. XI. 10). Pana vero diserte vocant Horum. Diodorus (I. p. 55), *Priapum* (seu Pana), inquit, *dicunt Horum.* Inprimis huc facit locus Inscriptionis Rosettanae (L. 26). Dicitur Epiphanes Patrem vltus, vt Ἑρμης

καὶ Ὥρος (☿ et ♀), filii Osiridis et Isidis. Differt itaque Hermes ab Horo, quippe ♀ filio ☉, vt supra. Quam sententiam confirmant nomina ♀, quum decuriis praeest. Sic ♀ decanus in ♒, domo ♄, vocatur Oro-aso-er, Horus Aso (♄). Etiam prouinciae et vrbes ♀ propriae Hori nomine insigniuntur. Sic Tentyra Aegyptiace vocatur ⲛⲓ-ⲧⲉ-ⲛ̀ⲧ-ⲱⲣⲉ, ⲛⲓ-ⲧⲉ-ⲛ̀ⲑ-ⲱⲣⲓ, ⲛⲓ-ⲕⲉ-ⲛ̀ⲧ-ⲱⲣⲉ, ⲛⲉ-ⲕⲉ-ⲛ̀ⲧ-ⲟⲣⲉ, hoc est *agri Hori*, vel *possessio Hori*. Tentyra vero respondet nono Aegypti nomo, siue ♀ decuriae in ♈, per situm suum. Sic Athribis, *Ἀθριβις*, *Ἀθριβις*, Aegyptiace ⲁⲑⲣⲏⲃⲓ, ⲁⲧⲣⲓⲃ (ⲏ-ⲑⲟ-ⲱⲣ-ϩⲓⲡ), h. e. domus mundana Hori in Mercurii, seu Ibidis prouincia, vocatur. Athribis vero respondet decuriae ♀ in ♍, ☿ domo. Ipse vero Plutarchus (Is. 373.) vocabulum *Ἀδυρι* (ⲏ-ⲑⲟ-ⲱⲣ), Veneris (♀) cognomen, interpretatur *οἶκον ὥρου κοσμιον*. Iuxta Athribis vrbem, paullo longius a Memphi (♎) sitam, est Pharbaethos, Coptice ⲫⲁⲣⲃⲁⲓⲧ, h. e. ⲡ-ϩⲁⲣ-ⲃⲁⲓⲑ vel ⲃⲁⲓⲥ, Hori accipitris vrbs (Horap. I. 7). Quare haec vrbs respondet decuriae ☿ in ♍, ☿ domo. Reapse accipiter ☿ sacer. Iam per se intelligitur, et supra demonstratum est, Horum non solum planetas ☉ ♀ et ☿, sed et eorum domicilia, seu signa, et decurias, et alias Zodiaci partes significare, nec non Solem in his coeli regionibus versantem. Diserte Macrobius (Sat. c. XVIII.), in sacris, inquit, tenetur, vt Sol, cum supero hemisphaerio est, Apollo vocetur". Quod denique simulacra Hori attinet, haec de iis tradunt veteres. Suidas (voce Priapi): *Simulacrum Priapi, quem Horum Aegyptii vocant, humana forma fingunt, dextra sceptrum tenens, propterea, quod ab eo tum siccum, siue tellus, tum mare sit in lucem productum. Laeua vero tenens veretrum suum intentum, propterea, quod semina, quae in terra occultantur, educat in apertum ac manifesta reddat. Alae vero additae celeritatem motus indicant. Eundem enim ac solem esse arbitrantur.* Quo ex loco clarum est, hanc esse ☉ imaginem in ♉ vel in signis vernis constituti. Damascius (vit. Isid. apud Phot. p. 1094): *Fertur* (Heraiscus) *ex vtero matris prodiisse indice silentii digito labiis adhaerente, quomodo et Aegyptii fabulantur, Horum et ante hunc Solem natum esse.* Tradit Epiphanius (Exp. Fid. §. 5 p. 1092.), festo Hori *seruilem, puerilem et abominandam speciem circumferri.* Adde Macrobium (I. c. 18): *Aetatum diuersitates*, inquit, *ad ☉ referuntur, vt aequinoctio vernali similiter atque adolescentis adipiscatur vires figuraque iuuenis ornetur.* Iuuentus vero ☿ est (I. §. 52. no. 2 pag. 65). Quum Plutarchus (Is. p. 355. 373.) Horum *deum mutilum, membris mutilum et mancum* dicit, id spectat ad ☉ vernum et ☿ illorum signorum dominum eadem ratione expressum. Denique Horum ex more Aegyptiorum, quo dii capitibus animalium iis sacrorum ornabantur, etiam capite accipitris effictum fuisse, locus Antonini Liberalis suadet (Met. Fab. XXVIII). *Apollo* (♀), inquit, *mutatus est in accipitrem, Mercurius* (☿) *in Ibin, Mars* (♂) *in piscem Lepidotum, Diana* (☽) *in felem.* Quod accidit, quum Sol (☉) a Typhone (♄) superaretur. Ceterum huc spectat, quod Plutarchus (Is. 371.) narrat, se vidisse Apollinopoli in Aegypto superiori figuram hominis capite accipitris hippopotamum hasta necantem, nimirum ☉, Horum iuuenem, Typhonem ♄ superantem.

Iao, *Ἰαω*, ☉ vernum praecipue, siue e solstitio hiberno prodeuntem, significat. Dubitatur, an hoc nomen sit Aegyptiacum, an mere Gnosticum, ex Hebraico יהוה, *Iehouah*, corruptum. Certe respondet Harpocrati atque Horo, quatenus hi teneri dicuntur, vt sequentes versus docent apud Macrobium (Sat. I. c. XVIII.). *Dic Deorum omnium supremum esse Iao, quem hieme Or-*

cum dicimus, ineunte autem vere Iouem, aestate vero Solem, ac tandem autumno finito tenerum Iao (ἄβρον Ἰαω).

Icton, *Ichton*, Ἴκτων, a Iamblichio (Myst. Sect. VIII. c. 3.) inter deos Aegyptios refertur. Quum Icton diis maximis, rerum omnium auctoribus adnumeretur, qui sunt alias ☉ et ☿; quumque hoc nomen ⲓϧ-ⲑⲟ, *spiritus mundi*, conueniat multum cum Ichnuphi, Knuphi, ⲓϧ-ⲛⲟⲩϥⲓ, ϫⲛⲟⲩϥⲓ: Icton haud dubie idem est atque Knuphis, siue Kneph, Sol. Secundum philosophemata vero seriora ipsum Deum O. M. significare videtur.

Imuthes, Ἰμουθης, cognomen ☿. Legitur apud Stobaeum (Ecl. I. 52. p. 932.): Ἀσκληπιος ὁ Ἰμουθης. Idem vocatur (Fabric. Bib. G. I. p. 52.) ὁ Πανος, και Ἡφαιστοβουλης, atque in papyro Graeca (Young Hieroglyphics Vol. II. Tab. 52. vid. infra III. §. 1.) haec habentur: Ἀσκληπιος, ὁ ἐστιν Ἰμενθου υἱος Ἡφαιστου. Quo loco haud dubie legendum Ἰμουθου. Etiam aliud fragmentum Stobaei (no. 62. p. 1090 Har.) Aesculapium illum filium Hephaesti nuncupat. Loco Stobaei laudato Asclepius Imuthes medicinae auctor dicitur, qui est ☿ planeta (I. §. 52.). Tradit Eusebius (Pr. E. I. c. 10. p. 37 et 39.) haec: *Sydico, qui iustus dicitur, vna ex Titanidibus genuit Aesculapium*; et: οἱ ἑπτα Συδεκ παιδες καβειροι, και ὀγδοος αὐτων ἀδελφος, Ἀσκληπιος. Quo ex loco apparet, Aesculapium etiam terram (♁) significare. Scilicet vidimus, et terram vnum ex planetis, nimirum ☿ dominum habuisse (supra v. Esmun). Et hanc ob causam varia eaque maxime diversa adtribuuntur Aesculapio, quippe nunc ☿ planetae et domino variarum Zodiaci partium, nunc ♁ praeposito. Hinc Graeci Esmunum, Hermopoli (☿) cultum, interpretantur Aesculapium. Manetho (Apotel. V. v. 4.) eum dicit συμβουλον πιυτης σοφιας. Vocatur etiam deus Memphiticus, medicinae et magiae patronus (Clem. A. Strom. I. 334. Hieron. vit. Hil. IV. P. II. c. 80.). Assentit Tacitus (IV. c. 84.): *Deum ipsum*, inquit, *Serapim*, *multi Aesculapium*, *quod medeatur aegris corporibus, coniectant.* Quum vero Aesculapius plerumque cum Iside (☽) coniunctus fuerit (Pausan. Cor. p. 114.), puto hunc deum ☿ vespertinum significare. Tradit enim Firmicus, ☿ vespertinum familiarem esse ☽, matutinum ☉. Hinc duplex Anubidis ☿ facies, atra et, quum praecedit ☉, aurea. Referendus igitur Aesculapius ad ☿ vespertinum, siue Anubidem facie atra. Quam ob causam vocabulum Ἰμουθης deriuandum videtur ab ⲏⲙⲟⲩⲑ, domus mortis. Sin malueris Aesculapium ad terram referre, comparare licet verba ⲓⲙⲉⲟⲩ, ⲓⲙⲟⲩ-ⲑⲟ *sapiens*, *multiformis*, vel *sapientia mundana*, quae conueniunt sapientiae ☿ Ἡφαιστοβουλης. Hinc forte Aesculapius cultus fuit in finibus semicirculi lunaris et solaris, scilicet Alexandriae et apud Memphin. Ceterum imago huius dei erat calua, vt Synesius docet (Encom. cal. p. 73.). Putat Jablonskius, in numis Memphiticis depingi Aesculapium, qua cernitur vir barbatus, cum gallo in capite, hasta manu dextra, sinistra sistro (Joh. Vaillant p. 209.).

Macedo, Μακεδων, ☿ significat. Tradit enim Diodorus (I. p. 21. Wes.), cum Osiride (☉) expeditionem fecisse comites Anubin (☿) et Macedonem (☿) et Pana (♀), qui sunt planetae comites Solis. Anubis gestauerit pellem caninam, Macedo lupi corium, quae animalia ☿ et ♄ (nocti) sunt sacra. Quum vero ☿ duplex sit, matutinus facie aurea, vespertinus atra (vid. Anubis pag. 90.); quumque lupi in monumentis Aegyptiacis nigri pingantur: Macedo haud dubie significat ☿ vespertinum, seu ☉ subsequentem eumque nocturnum. Si nomen Macedo Aegyptiacum est,

descendit haud dubie a ⲙⲁ-ⲕⲁϯ, vel ⲕⲉⲧ *disquirere*, *intelligere*, *sapere*, quae est virtus ☿ primaria.

Mandulis, *Μανδουλις*, ☉ cognomen. Reperitur hoc Dei nomen in templo vrbis Tolmis (Chalapsche), in Nubia sitae, inscriptum, cum epitheto *κυριου*. Admodum probabile est, Mandulin significare ☉, quod Niebuhr vult. Sane deriuatur a ⲙⲁ-ⲛ̀ⲧ-ⲟⲩⲣⲟ vel ⲟⲩⲗⲟ *diuinitas*, vel *regia potestas*. Rex coeli vero ☉ est, qui recte *κατ' ἐξοχην* dominus ϭⲓⲟⲥ, *Ζευς*, Deus vocatur.

Men, *Μην*, *Lunus*, ☽. Tradit Spartianus (Vit. Anton. c. 7.), Lunam mystica ratione masculam putari et fingi. Sunt autem loca, quibus ☽ *Μην* vocetur (V. Jablonskii Op. ed. Wat. II. p. 68.). Huc facit, quod Plutarchus (Is. p. 368.) Lunam vel Isidem masculo-feminam esse tradit. *Ideo*, inquit, *Lunam matrem mundi appellant* et *φυσιν ἀρσενοθηλυν*. Item Spartianus (vit. Anton. c. 7.), *Luna*, inquit, *dea*, *mystice Deus dicitur*. Hinc primus Aegyptiorum rex Menes a ☽ dictus, de quo supra (pag. 83.). Itaque imago Luni, aut masculi, aut vtriusque sexus indicibus fuit insignita.

Mendes, *Μενδης*, ♀, nonnunquam ☿ designat. Tradit Herodotus (II. 46.), vocari et hircum, et Pana Aegyptiace Mendem. Item Suidas (s. *Μενδην*), *Mendem*, inquit, *Aegyptii dicunt Pana*. Assentitur Nonnus aliique (v. Bochartus Hieroz. P. I. L. I. c. 43.). Hic Mendes, seu Pan, teste Herodoto (II. 46.), *a Mendesiis inter octo deos numeratur*, *quos octo aiunt priores duodecim diis extitisse*. Ergo Mendes planetam significat. Quum vero veteres omnes in eo consentiant, Mendem significare generationem et coitum (Jabl. Panth. L. II. 280 ss.); clarum est, ♀ has virtutes exercente (II. §. 51.), hunc deum ♀ planetam significare. Etiam nomen Mendes ⲙⲁ-ⲛ̀ⲧⲏϭ, vel ⲙⲉ-ⲛ̀ⲧⲏϭ, *plantatio*, vel *amor generandi*, ♀ proprietates exprimit. Accedit, quod Mendes in prouincia Mendesia cultus fuit, quae respondet domui ♀ seu ♎ signo. Non opus est pluribus. Quum vero ☉ singulis in signis formam mutare atque dominorum singulorum proprietates assumere dicatur; sequitur, Mendetem etiam ☉ significare, in ♀ possessionibus versantem. Sic Eusebius (P. E. III. c. 13.) et Macrobius (Sat. I. c. 17. 19.) Soli vim generatricem adscribunt tempore verno, siue in signis ♀ subiectis constituto. Hinc recte Diodorus (L. I. p. 29. Wes.), Osiridem et Pana eundem esse testatur. *Osirim*, inquit, *modo Serapin*, *modo Dionysum*, *interdum Plutonem*, *interdum Ammonem*, *quandoque Iouem*, *non raro Pana esse putant*. Plutarchus (Is. p. 370.), *multis*, inquit, *in locis ostenditur simulacrum Osiridis*, *humana specie*, *erecto veretro*, *ad indicandam vim gignendi et alendi*. Negari vero nequit, Osiridem esse ☉ in ♀ signo ♎ versantem. Simile cadit in ☽, quae, quum noua est, eadem aliis in signis aliorum dominorum proprietates assumit. Hinc forte Stephanus tradit (v. Panopolis), Pana, cum erecto veretro aliisque insignibus, esse imaginem, vel symbolum Lunae. Ceterum, quum Panopoli, quae respondet decuriae ☿ in ♉, Pan, vel Priapus, quippe cum Mendete comparatus, cultus fuerit; Mendes haud dubie etiam ☿ certo quodam respectu significauit. Distinguendum autem videtur inter Pana et Priapum, in quo etiam veteres nonnunquam peccasse videntur. Huc facit, quod Aesculapius (☿) dicitur filius Pani (☿) et Hephaestobules (☿). Aesculapius enim medicus recte dicitur filius ☿, tum inferni, tum superni, sapientis illius et medicinae auctoris. Quod denique simulacra Mendetis attinet, traditur eum fuisse capite hircino, aliisque partibus hircinis et genitalibus insignitum. Suidas (in v. Mendes), *Mendem*, inquit, *Aegyptii dicunt Panem*, *vt qui vultu fingatur hircino*. Nonnus (Gregor. Naz. II. 27.): *Pan hircinum faciem habet. Et tanta religione Mendetem hunc siue Pana colunt*, *vt etiam a*

capris omnino abstineant, quod nempe Deus ipsorum formam caprinam habeat. Idem (ib. c. 28. p. 169. Eton.): *Aegyptii dicunt, Panem esse praesidem coitus; vnde etiam cum cruribus hircinis fingunt. Aegyptii eum Mendetem vocant.* Huc spectat *Ἀδωνιαστης ἐριφος* apud Hesychium. In numis vero Panopolitanis hircus expressus cernitur (Vaillant Num. p. 212.).

Mneuis, *Μνευις*, ☉ significat, vt veteres satis luculenter tradunt. Ammianus (XXII. 245.): *Mneuis Soli sacratur.* Aelianus (XI. c. 10.): *Dicunt Aegyptii, Mneuidi esse suum proprium insigne, quo intelligatur, esse genuinus Solique carus.* Idem (XI. c. 11.): *Mneuin bouem Soli sacrum perhibent Aegyptii.* Suidas (v. *Μεμφις*): *Mneuis Soli sacer.* Macrobius (Sat. I. c. 21.): *apud Heliopolin taurus Soli consecratus, quem Mneuin cognominant.* Plutarchus (Is. 364.): *bos vero ille, quem Heliopoli alunt, dictus Mneuis, valde niger est.* Porphyrius (Euseb. P. E. III. c. 13.): *Qui Soli apud Heliopolin sacer est taurus, Mneuis nomine, boues alios magnitudine superat, idemque magnopere niger est, eo potissimum, quod vehementior et assiduus Solis ardor nigrorem corporibus humanis adferre soleat. Praeterea praeter aliorum boum naturam caudae totiusque corporis pilos sursumversus reiectos habet, quemadmodum Sol contrarium Polo cursum instituit. Testiculos habet praegrandes, quod rei venereae cupiditas vi caloris excitetur.* Sed iam satis. Clarum enim est his ex locis, Mneuin significare ☉, neque vero Solem planetam tantummodo, sed etiam dominum partium Zodiaci variarum. Heliopolis enim, non procul a Memphi (♌) sita, respondet decuriae ☉ in ♏.

Moloch, *Μολοχ*, non ☉, vt vulgo putant, sed ♂ significat. Vidimus enim (II. §. 4. pag. 81.), hoc vocabulum significare bellum, quod ♂ est proprium, quin imo ♂ planetam ipsum apud Coptos. Quae sententia iam aliis argumentis confirmanda est. Molocho pariter atque Adrammelecho (אַדְרַמֶּלֶךְ 2 Reg. XVII. 31.) sacrificia cruenta fiebant, quae ♂ cruento conueniunt. Adar in Adrammelech vero, siue Ador, ⲁⲑⲱⲣ, non solum apud Semitas, sed et Aegyptios ♂ significat (I. §. 32. pag. 40). Ipsum vero vocabulum מלך R. Leui (ad Leuit. 18, 21.) deriuat a מלח bello. Accedit huc nomen *Melcarth*, *Μελκαρθος*, quem et *Μαλικα* vocant (Kreuzer Sym. II. p. 212.). Hic enim deus pariter atque ♂ Aegyptiorum vinctus fingebatur. Vocabulum vero *Artes* est ipsum ♂ nomen apud Aegyptios (II. §. 4. pag. 12). Ceterum eius festum, quo ignis et aquila adhibebantur (Kreuzer Sym. II. p. 273), demonstrat, hunc deum etiam ☉ in ♂ domibus, praecipue in ♈ significare. Quum Moloch, siue ♂, belli deus sit, atque bellum teste Horapolline (II. §. 5.) innuatur manibus altera scutum, altera arcum tenentibus; sequitur haec symbola bellica, in hieroglyphicis frequentia, Molocho propria fuisse. *Belli*, inquit, *aciem indicant, hominis depictae manus, haec quidem scutum* (*ὅπλον*), *illa vero arcum* (*τοξον*) *tenens.*

Nilus, *Νειλος*, ad ☉ referendus est. Vocatur enim Aegyptiorum Zeus. Sic Parmeno Byzantius (Athen. L. V. p. 203.) canit: *Αἰγυπτιε Ζευ Νειλε*, atque Homerus (Od. δ' 581.): *ἀψ δ' εἰς Αἰγυπτοιο, Διϊπετεος ποταμοιο.* Quae ad loca notat Scholiasta: *aquae Nili analogiam habent ad imbres Iouis.* Nonnus (Greg. Naz. h. 25. p. 168.) narrat, Aegyptios Nilo cantilare hymnos eosdem, quos Ioui canere soleant; tamquam videlicet Nilus Iouis opus exequatur.“ Iupiter vero nunc ☉, nunc ♃ designat. Item Nilus Osiridi comparatur. Sic Heliodorus (IX. p. 423. 443. s.) tradit, *mysteriorum peritos, terram Isin, Nilum Osirin esse, affirmare.* Plutarchus (Is. 363.), sunt, inquit, qui dicant apud Aegyptios Osiride intelligi Nilum. Eusebius (P. E. III. c. 9.): *Ὀσιρις ἐστιν*

ὁ *Νειλος*. Mitto alia. Osiris vero nunc ☉ nunc ♃ significat. Traditur vero etiam, Nilum summum esse Aegyptiorum deum, ex quo sequitur, Nilum esse ☉. Sic Hermes (Op. Apul. p. 91.) Nilum vocat *sanctissimum*, et Plutarchus (Sym. VIII. 729.) *Servatorem Aegypti ac Osiridis defluxum*. Pindarus (Pyth. IV. p. 239. Steph.) Aegyptum vocat templum Osiridis, qui, *Nili*, inquit *ad pingue delubrum Saturnii*. Dii Aegyptiorum maximi Nili filii dicuntur (Jabl. Panth. L. IV. p. 169). Heliodorus (IX. p. 423.), *Deum*, inquit, *esse fingunt Nilum Aegyptii, et ex Numinibus maximum ducunt*. Iam vero Aegypti Seruator alias dicitur ☉ (v. Camephis, Chnuphis), atque deorum progenitor et maximus deus idem ☉ est. Ergo Nilus ad ☉ referendus. Quae sententia multis aliis argumentis confirmatur. Tradit Herodotus (II. 42.), Solem et Lunam per totam Aegyptum coli. Iam vero per totam Aegyptum reperiuntur templa et sacerdotes Nili, quippe ☉ (Herodot. II. 90.). Iuxta imagines Nili fingebantur crocodili capti. Crocodilus vero, quippe Typhoni (♄) sacer, inimicus Solis putabatur. Cognomen Nili est *ἀετος* (Diodor. I. p. 22. Wess.). Aquila vero ☉ symbolum. Tradit Horapollo (I. 21.), Nili inundationem exprimi leone, quod animal ☉ sacrum. Ceterum, quum festum Nili institutum fuerit tempore solstitii hiberni et aestiui (Heliodor. IX. p. 423.), quumque Nili templa fuerint in finibus semicirculi lunaris, nempe Nilopoli versus meridiem a Memphi atque in Catarrhactis supra Elephantinen (Heliodor. II. 110.); puto, Nilum sensu strictiori significare ☉ in semicirculo lunari (♒, ♓ — ♌) atque solstitio hiberno versantem. Crescit enim Nilus primum, quum ☉ relinquit ♑, atque desinit, ☉ in ♌ ingrediente. Haec vero loca coelestia respondent locis, quibus Nili templa habebantur praecipua. Etiam *φρουρων* dicitur Nilus, quod vocabulum significat cessantem, nimirum Nili inundationem, de quo infra. Hinc tres hydriae Nili symbolum (Horus Apollo I. 21). Praeterea Nilus alio etiam sensu accipitur, quum vocatur *ὠκεαμης*, *αἰγυπτος*, pater deorum minorum. His enim enunciationibus exprimitur Zodiacus. Scilicet cognomen *ὠκεαμης* (Diod. I. p. 22), vti constat, significat (ⲟⲩ-ⲕⲁⲙⲉ) Aegyptum pariter atque *αἰγυπτος*. Nouimus autem, Aegyptum instar Zodiaci in 12 prouincias, 36 decurias aliasque partes diuisam fuisse. Hinc fabula de *origine Deorum apud Nilum* Aegyptiis vulgatissima. Nam 12 dii, seu 12 signorum domini, ex septem planetis progeniti, in Zodiaco ad circulum eclipticum nati sunt (II. §. 2. pag. 76). Quam ob causam Horapollo (I. 21.) recte tradit, Nilum fingi coeli specie aquam demittentis. Hinc et fabula de Minerua e capite Iouis oriunda iam facile explicatur. Scilicet Minerua armata significat ♂ femininum. Zodiacus est Iupiter, atque caput Iouis seu Zodiaci est ♈, quippe ♂ domus. Reapse ♈ inter partes corporis caput habet (I. §. 49. No. 5. pag. 62.), quemadmodum sequentia signa sequentes corporis partes valent. Sic et Thebarum vrbs caput significat. Thebae, *Θηβαι*, *Θηβη* a ⲧⲁⲡⲉ *caput* descendit. Reapse Thebana prouincia respondet ♈, capiti Zodiaci. Huc facit Labyrinthus, ⲗⲁ-ⲡ-ⲟⲩⲣⲟ-ⲛ̀-ⲑⲟ *Sol, rex mundi*. Labyrinthus enim imago Zodiaci cum 12 suis signis seu diis erat. Itaque Zodiacus Sol vocabatur. Ad ☉ vero et Nilus pertinet. Ergo Nilus fluuius etiam Zodiacum, veluti Nilum coelestem significat. Quod denique imagines Nili attinet, haec veteres tradunt. Philostratus (Icon. I. 737.), „cubiti, inquit, circum Nilum ludunt pueri, corporis quantitati, cognomines. Iis Nilus summopere oblectatur.“ Nili statuam ferrei coloris Basalta factam describit Plinius (L. XXXVI. c. 7.), circa quam sedecim liberi ludebant. Romae vero exstat in Museo Vaticano figura Nili decumbentis, cum Troglodytis, cymba vectis, crocodilis et trochilo. Teste Suida (v.

Σαραπις) fingebatur Nilus cum calatho, seu modio, et cubito in capite. Numus Aegyptiacus (Pignorius Tab. Is. p. 82) eum repraesentat senem decubantem cum modio in capite, cumque cornu copiae et arundine.

Onuphis, Ὄνουφις, ☉ symbolum. Hunc enim taurum Hermunthi cultum, alii Onuphin, alii Pacin vocant; quare vterque idem numen significauerit, necesse est. Macrobius (Saturn. I. 21.) diserte tradit, in oppido Hermunthi coli taurum soli consecratum, Pacin cognominatum. Idem narrat, Pacin Hermunthi in magnifico Apollinis templo consecratum Soli haberi, insignem miraculis, conuenientibus naturae Solis. *Nam*, pergit, *per singulas horas mutare colores affirmatur et hirsutus setis dicitur in aduersum nascentibus contra naturam omnium animalium, vnde habetur veluti imago solis in diuersam mundi partem nitentis.* Adde Aeliani locum (An. XII. c. 11.): „Colunt et nigrum taurum Aegyptii, quem Onuphin vocitant. Pili in eo contra quam aliis vertuntur. Atque hoc ei proprium est, inter boues magnitudine excellit. Pascitur autem medica herba.“ Quo ex loco apparet, Pacin et Onuphin eundem esse, vtrumque ☉ significare. Negari nequit, vrbem Hermunthin, ⲁⲣⲙⲟⲛⲑ, ⲉⲣⲙⲟⲛⲧ, respondere decuriae ♃ in ♓, atque reuera, teste Strabone, Zeus (♃) ibi colebatur; qua de causa putes, Onuphin significare ♃, praesertim quum ☉ et ♃ (I. § 54. pag. 68.) multas virtutes communes habeant: at ibidem et Horus (☉), teste Strabone, colebatur. Loca vero supra allata luculenter demonstrant, Onuphin esse ☉. Etiam nomen ⲟ - ⲛⲟⲩϥⲓ vel ⲟⲩ - ⲛⲟⲩϥⲓ, *ens bonum*, *beneficus*, Agathodaemon (ⲓϧ-ⲛⲟⲩϥⲓ), pro ea sententia loquitur, cum ☉ similiter Agathodaemon vocetur. Quare puto, Onuphin significare ☉ vernum. Ver enim Aegyptiorum naturalis siue quadrimestris pertinet ad signa ♓ ♈ ♉ ♊, vt vidimus, quorum in primo Hermunthis sita erat. Porro tradunt, Onuphin Hermunthiacum pasci herbis medicis, quae quidem ab Aegyptiis veris tempore colligebantur. Denique et nominis resolutio huc facit. ⲁⲣⲙⲟⲛⲑ, Ἑρμονθις, certe ab ⲱⲣ *Horus*, ⲙⲟϩ *implere*, *saturare*, *calefacere*, *inflammare*, ⲛ̀-ⲑⲟ *mundus οἰκουμενη*, descendere videtur, quae bene conueniunt ☉ verno, seu Horo. Adde, taurum Hermunthiacum dici et Onuphin, et Pacin. Pacis vero nomen haud dubie ortum est ab ⲡ-ⲁϫⲓ, *παχυ*, *calamus officinalis*, aut ab ⲡ-ⲁϫⲱ, *medicus*, *magnus*. Quae deriuatio quadrat ad id, quod hic taurus herbis medicis pasci dicitur.

Osiris, Ὀσιρις, tum ☉, tum ♃ planetam significat. Osiridem quidem ☉ denotare, de eo ne verbum. In vulgus enim hoc constat, neque ab vllo mythologo in dubium vocatum est, aut vocari poterit. Sexcentis enim in locis clare et diserte veteres testantur, Osiridem Aegyptiis ☉ fuisse planetam. Videamus itaque de Osiride ♃ planeta. Manetho in catalogo numinum maximorum, siue Cabirorum, vel septem planetarum, recenset tum Solem, tum Osiridem. Ergo Osiris diuersus a Sole. Tradit Herodotus, antiquitus ex octo maioribus diis, quippe planetis, prodiisse duodecim secundi ordinis numina. Qua fabula docetur, quomodo domini 12 signorum coelestium, vel ipsa Zodiaci signa, orta fuerint. Vidimus autem, 12 signa ita inter planetas diuisa fuisse, vt ☉ et ☽ vnum quisque signum, ♄ ♃ ♂ ♀ et ☿ bina sortirentur. Itaque ad signa Zodiaci distinguenda opus erat quinque nouis diis. Iam huc spectat fabula de quinque nouis diis ex Osiride et Iside (☉ et ☽) natis. Tradit Diodorus (I. p. 17. Wes.), ex Saturno et Rhea (coelo seu sphaera stellis superiori) natos esse *Osiridem et Isidem*, *vt vero plurimi asserunt*, *Iouem* (♃) *et Iunonem* (☽). *Ex his quinque deos natos. Nomina illorum Osiris* (♃), *Isis* (♀), *Typhon* (♂), *Apollo* (☿)

et Venus (♄). Quam rem paullo aliter narrat Plutarchus (Is. p. 353.), qui numina illa vocat *Osiridem* (♃), *Arueris siue Apollinem siue Horum seniorem* (☿), *Typhonem* (♂) *Isidem* (♀) *et Nephthyn* (♄). Clarum est Venerem et Nephthyn eandem personam significare. Cogitandum enim de Venere Vrania. Vrania vero Aegyptiace dicitur ⲛⲁ-ϯ-ⲫⲉ, *ad coelum pertinens*, vnde per metathesin ⲛⲁ-ⲫϯ siue Naphthis, Nephthys, hoc est Vrania. De Horo et Apolline, siue Arueri, ☿ nominibus, supra dictum. Isis vero et hic, et aliis in locis (v. infra) ☽ significat pariter atque ♀. Typhon vero ♂ respondet, Osiris et ☉ et ♃. Itaque hoc ex loco denuo apparet, Osiridem ♃ tum planetam, tum dominum signorum ♐ et ♓, quae ♃ sunt domicilia, significare. Neque hoc mirum. Docent enim astrologi, ☉ inter planetas omnium maxime ♃ esse natura similem ac consubstantialem (I. §. 54. pag. 68.) Etiam Osiridem ♃ planetam et ♃ domos significare, docet prouincia Busiris. Scilicet Inscriptio Rosettana (Lin. 22.) commemorat vrbem Lycopolin, in Prouincia Busiritica (*την ἐν τῳ Βουσιριτῃ*) sitam, quam Champollion silentio praeteriuit in geographia sua Aegyptiaca (L'Egypte sous les Pharaons). Commemoratur autem a Stephano (v. *Λυκωπολ.*) Lycopolis illa, quam in nomo Sebennyto haud procul a mari ponit, atque a Strabone (17. p. 813. 802.), qui eam haud procul ab ostio Sebennytico collocat. Qua in regione erat Hermopolis, quae, quum Mercurio (☿) inferno lupus sacer esset, recte Lycopolis dici poterat. His itaque in regionibus prouincia Osiridis (ⲡ-ⲟⲩⲥⲓⲣⲓⲥ) erat. Iam vero ibidem domus ♃ seu ♐ signum terrestre locum habuit. Ergo Pusiris siue Osiris designat ♃ planetam, hinc dominum signi ♐. Vtique in signo ♐ est ☿ decuria, quae itaque respondet vrbi Lycopoli. Quam sententiam confirmat Plutarchus, (De Is. et Os.) dicens, in prouincia Pusiris natum esse Osiridem. Traditur enim, Osirin, cum Iside, Mercurio, Venere, Marte et Saturno, natum esse ex Sole et Luna, atque vidimus, hac fabula doceri, quomodo ex maioribus diis, 12 minores, seu signa coelestia orta fuerint. Itaque sane prouincia Pusiris patria Osiridis dici poterat. Idem docet Stephani (v. *Βουσιρις*) fabula, qua Busiris (♃) ab Osiride (⊙) huius prouinciae praefectus est factus. Iam vero e superioribus sequitur, Osiridem non solum ☉ et ♃ significare, sed etiam ⊙ in certis Zodiaci regionibus seu partibus. Quaeritur quibusnam. Multae enim sunt Zodiaci partes, in quibus, quum ☉ versatur, Osiris dici potuerit, nimirum Hemisphaeria, lunare, solare, superius, inferius; Trientes veris (♓ ♈ ♉ ♊), aestatis, hiemis; Quadrantes veris (♈ ♉ ♊), aestatis (♋ ♌ ♍), autumni (♎ ♏ ♐), hiemis (♑ ♒ ♓); denique duodecim signa. Profecto difficillimum est, hac de re certi aliquid tradere. Persuasum mihi enim habeo, Graecos vel ipsos multas mythologiae partes penitus non perspexisse, aut, quum intelligerent, vt Herodotus, tradere noluisse, imo caute celasse. Dicamus, quae veteres saltem innuere videntur. Narrant Herodotus (II. 40.), Plutarchus (Is. Os.), Stephanus (*Βουσιρις*) aliique, in Busiris prouincia agi festum funebre Osiridis, eumque hac in prouincia periisse. Finis vero Quadrantis autumni est ♐. Ergo Osiris ex hac sententia est ⊙ in ♎ ♏ et ♐ signis versatus. Et hanc ob causam veteres Osiridem plerumque interpretantur Bacchum, Dionysum, Liberum (Herod. II. 42. 144. Diodor. I. 11. Euseb. P. E. III. c. 15.). Bacchus vero est ⊙ autumnalis, quum Aegyptios docuisse dicitur vinum, poma aliosque fructus conseruare (Diodor. III. p. 242. Wes.). Haec omnia enim maturescunt autumno. Addit Diodorus, paullo post (autumnum) Titanes (♄, vel ♑ ♒) patri (⊙) bellum mouisse eosque mox et patrem, et Dionysum ex hominum societate eripuisse. Quae fabula spectat ad ☉ hiber-

num, autumnalem sequentem, a Typhone suppressum. Eandem sententiam tradit Plutarchus (Is. 366.) dicens, Osiridem mori, quum Nilus recedit atque solum denuo semina admittit. Accidit autem hoc sub finem autumni. Ergo Osiris est ☉ autumnalis. Hic est Osiris, cui aratio (autumnalis) adscribitur, hic Liber a Titanibus discerptus (Macrob. Somn. Sc. I. c. 12.), hic Osiris a Typhone dilaniatus (Serv. Virg. Geor. I. 166.), hic Bacchus Aegyptius apud Plutarchum (Is. 365.), quum dicit, „Apopin (♄), Solis fratrem, bellum mouisse aduersum Iouem (♃), Osiridem vero (♃) a Ioue, cui in hoste debellando auxilium tulisset, ab hoc filii loco adoptatum Bacchumque fuisse appellatum". Ceterum nonnulla veterum effata talia existunt, vt putes, Osiridem etiam ☉ aliis in partibus Zodiaci constitutum significasse. Hinc saltem explicatur, cur Osiris variis in locis sepultus esse dicatur, quippe iis, quo ☉ quoddam dominium finiretur, vt in finibus Aegypti, Busiri, Thebis, Abydi, Memphi, aliisque. Sic Osiris Memphi (♌) sepultus significat Nilum denuo decrescentem. Quare Plutarchus (Is. 366. 501.) tradit, inclusionem Osiridis in arca sepulcrali significare recessum aquarum (Nili). Itaque eiusmodi in locis Osiris est potius ☉ in vniuersum semestris, trimestris ac menstruus. Quod imagines Osiridis attinet, Plutarchus tradit (Is. 371.), eum specie humana, erecto veretro, ad indicandam vim gignendi et alendi repraesentatum esse. Clarum est, hoc loco describi Solem certis quibusdam in partibus Zodiaci versantem, nimirum vernis.

Paamyles, *Πααμυλης*, haud dubie ☉ in ♀ dominiis versantem, scilicet vernum, significat. Hesychius (v. *Πααμυλης*) tradit, hoc numen esse phallicum (*φριαπωδης*), quo loco cum *Sochari* comparatur. Teste Plutarcho (Is. 355.), Paamyles, sacerdos Iouis Thebani, Osiridem recens natum educauit eique Paamylia, seu festa phallophorjis non dissimilia, instituit. Eadem festa describit (Is. 365.) sic: „Porro Paamyliorum festum agentes", inquit, „adhibito simulacro membri virilis celebratur, imaginem proponunt ac circumferunt, cuius triplex est penis". Eadem festa haud dubie describit Herodotus (II. 48.) in honorem Osiridis instituta. Quum his in fabulis agatur de Osiride recens nato et quidem apud Thebas (♈), quumque Paamyles pariter atque Socharis numen phallicum fuerit; clarum est, significari ☉ ad ♈ ♉ ♊, seu veris signa, redeuntem. Sunt enim tria illa veris signa, quibus praeest ☿ generator (I. §. 8. pag. 15.), quaeque triplici phallo exprimi videntur. Quam sententiam nominis etymologia confirmat. Paamyles enim haud dubie descendit a ΠΑ-ΑΜΟΥ-ΛΗ (ρн), *attinens aduentum solis* (ad Zodiaci, seu veris initium), *adventoria Solis*. Sin Iouis templum supra commemoratum vrgeas, atque Memnonia Thebarum, quae ♃ domui ♐ respondent, intelligas; Paamyles significat aduentum Solis ad Tetrantem vernum (♐ ♈ ♉ ♊), quod propter triplicem phallum commemoratum minus placet.

Pacis, vel *Bacis*, taurus Hermopolitanus, ☉ significat, quum non differat ab Onuphi, tauro Hermopolitano; de quo supra satis dictum.

Palmytes, *Παλμυτης*, nonnisi ab Hesychio commemoratur his verbis: *Παλμυτης*, *Αιγυπτιος θεος*. Admodum probabile est, corruptum esse ΠΑΛΜΥΤΗС ex ΠΑΑΜΥΛΗС, de quo supra.

Pugtnuphis, *Πυτνουφις*, sive Pytnyphis, Pytnybis, *Πυτνυφις*, *Πυτνυβις* nomina ☿ inscripta exstant in stele insulae Bacchi atque in prophyaeo vrbis Nubiae Psekis (Letronne Rech. p. 371. 476.). Quum inscriptio superior his verbis incipiat: *θεῳ μεγιστῳ Ἑρμῃ Πυτνυβιδι, Αἰγυπτου συνοφιην και Αἰθιοπων μετεχοντι, Deo maximo Mercurio, fines Aegypti et Aethiopiae continenti:* clarum est, *Πυτνυβι* significare ☿ planetam. Deus enim vocatur maximus, atque ☿ est terminorum deus,

maxime in Zodiaco atque Aegypto, veluti Zodiaco terrestri (v. supra Anubis). Est autem hoc vocabulum distinctiuum, seu cognomen ☿, atque descendere videtur a ⲡⲁ-ⲟⲩⲧⲉ-ⲛⲟⲩϣⲉ, *attinens discernere bonum*, siue *terminalis*.

Perseus, *Περσευς*, ♂ designare videtur. Herodotus enim tradit (II. 91.), in honorem Persei solius certamina publica haberi in vrbe Chemmi. Armorum vero deus ♂, atque in prouincia, quae Chemin continet, nimirum ♉, ♂ Trigono praeest. Narratur etiam Perseus, saepius hac in vrbe apparere atque calceum duarum vlnarum relinquere, quod quadrat in ♂ post binos annos eundem ad locum redeuntem. Etiam Graeci Perseo suo, quem ab Aegyptiaco non differre dicit Herodotus, omnis generis bellica et cruenta adscribunt. Is enim impedire studet expeditionem Bacchi (☉), quod non cadit nisi in inimicos ☉; interficit etiam Dionysum, educatur in templo Mineruae (♂), conducit Cyclopas et Amazonas ad bellum, interficit Medusam. Quae omnia non nisi ♂ conueniunt. Praeterea, teste Aeliano (a. III. 28), Perseo piscis perseus sacer erat, qui quidem est rapax, fortissimus, rutilus colore, in quo superat omnes reliquos pisces, et dentibus permagnis, ceterum lupo similis. Habes omnes ♂ virtutes (I. §. 49. pag. 61). Denique Perseo sacra erat cicada (Ael. XIII. 26.), quam astrologi diserte ♂ adscribunt (v. supra pag. 62. n. 5).

Petempamentes, *Πετεμπαμεντης*, ☉ significat eumque infernum. Inscriptio in Bacchi insula haud procul ab Aegypti finibus (Letronne Rech. p. 345.) haec habet: *Πετεμπαμεντει τῳ και Διονυσῳ*. Bacchus vero est ☉, praesertim autumnalis (♎ ♏ ♐), quo ♎ signo semicirculus inferior incipit (v. supra Osiris). Reapse docet oraculum Apollinis (Macrob. Satur. I. 18.), Solem dici hieme Orcum (*ἀϊδην*), vere Iouem, aestate Solem, autumno finito tenerum Iao. Quae iam egregie confirmat huius nominis interpretatio. Nam Petempamentes ⲡⲉⲧ-ⲉⲙ-ⲡ-ⲁⲙⲉⲛϯ, *qui est in Inferno*, significat ☉ Infernum, Orcum, *ἀϊδην*.

Petensenes, *Πετενσηνης*, ☿ cognomen. Vocatur enim deus magnus Hermes, cui (*Πετενσηνει τῳ και Ἑρμει*) stele in insula Bacchi dedicata fuit (Letronne Rech. p. 345.). Comparare licet *Πετενσηνης* cum Copticis vocabulis ⲡⲉⲧ-ⲉⲛ-ⲥⲏⲛⲓ, vel ϣⲏⲛⲉ, ϣⲓⲛⲓ, *qui est ad medicinam*, *medicus*, vel *qui est ad nunciationem, visitationem*. Planeta ☿ vero et medicus, vel medicinae patronus, et deorum nuncius habebatur (I. §. 52. p. 65); quare Hermes, Petensenes cognominatus, facile ab aliis Mercuriis discerni poterat.

Petensetes, *Πετενσητης*, ♄ cognomen. Stele enim in insula Bacchi reperta (Letronne Rech. p. 345.) haec habet: *Πετενσητει τῳ και Κρονῳ*. Saturnus siue Typhon ipse vocatur Seth, vt infra videbitur; vnde et praefectura Sethroica, Sethron, appellata fuit. Huc facit nominis etymologia. *Πετενσητης*, enim descendere videtur a ⲡⲉⲧ-ⲉⲛ-ⲥⲏⲧⲉ, *qui est ad molestiam*. Vocabula ⲥⲁⲧ, onus imponere, atque ⲧⲉⲥⲏⲥⲉ المبروم a برم molestia (MS. Copticum Bibl. Reg. Par. No. 50. p. 18.) huc spectare videntur. Constat autem, omnis molestiae et mali auctorem ♄ haberi (I. §. 47. pag. 58.).

Phruron, *Φρουρων*, Nili (☉) cognomen. In catalogo regum Aegyptiorum apud Eratosthenem (Syncell. rex 37) haec leguntur: *Θηβαιων ἐβασιλευσε Φρουρων, ἤτοι Νειλος*. Quod vocabulum Jablonskius deriuat a ⲡ-ϩⲣⲟⲩⲣ *cessans*, collato ϫⲣⲟⲩⲣ *rana*.

Phtha, *Phthas*, *Φθα*, *Φθας*, *Ἀφθας*, ♂ et ☉ significant, hinc ☉ in ♂ domiciliis. Primo enim Manetho inter maximos deos, scilicet 7 planetas seu Cabiros, praeter Solem numerat Vul-

canum, *Ἡφαιστον*. Vulcanum vero veteres plerumque *Φθας* interpretantur. Suidas, *Φθας*, inquit, *ὁ Ἡφαιστος παρα Μεμφιταις*. Iamblichius (myst. VIII. c. 8.): *Aegyptiorum Phtha Graeci vocant Vulcanum*. Apud Eratosthenem *Χομοιφθας*, *Χωμαιφθας* (ⲕⲁⲓ-ⲙⲁⲓ-ⲫϯ) explicatur *mundum amans Vulcanus*; *Σιφωας*, *Σεφθας* (ϣⲉ-ⲫϯ) vero *υἱος Ἡφαιστου*. Auctor Clementinorum (Hom. IX. §. 6. p. 681.): *Aegyptii*, inquit, *similiter ignem lingua sua* Phthas *appellant, quod idem est ac Vulcanus* (*Ἡφαιστος*.) Planetae vero ♂ ignis conuenit, quare *πυροεις* vocatur atque colore *rutilus*, *βαφης πυρινης*, *φλογινης*, *κιρρος* esse dicitur (I. §. 4. p. 12.). Accedit Diodorus (I. 11.) dicens. *Ignem ab Aegyptiis dici Vulcanum per interpretationem et ipsum magni Dei* (non maximi dei, qui ☉ est) *loco venerandum*. Idem (pag. 13.), *sunt*, inquit, *inter Sacerdotes, qui Vulcanum primum regem dictitant, ignis inuentorem et beneficio hoc gubernacula regni consecutum*. Narrat Diodorus (I. p. 49.), cum Sesostris nasceretur, patri eius Vulcanum (♂) in somno visum praedixisse, puerum iam natum totius orbis dominium sibi vindicaturum. Solius vero Martis est, quo Sesostris excelluit, bellum (I. §. 49. pag. 61). Plato in Critia (p. 109—112. P. III. Vol. II. p. 150—156. Bek.) diserte tradit, Vulcanum (*Φθα*) et Mineruam (*Νηιθ*) eiusdem naturae esse (*Ἡφαιστος δε κοινην και Ἀθηνα φυσιν ἐχοντες*). Vtraque persona patrem habet Iouem (☉), quemadmodum Sol apud Aegyptios planetarum pater est. Minerua (♂ fem.) ipsa Vulcani (♂ mas.) soror est (*ἅμα μεν ἀδελφην ἐκ τ' ἀυτου πατρος*). Vtrumque numen artes et artificia fouet (*ἅμα δε φιλοσοφιᾳ φιλοτεχνιᾳ τε ἐπι τα αὐτα ἐλθοντες*), quemadmodum ♂ planeta apud Aegyptios (I. §. 49. p. 61.). Non solum Athenis in templis Vulcani et Mineruae coniunctis degebant bellatores, sed ipsi etiam in Aegypto in domo ♂, siue Neithae (♂), quae est Minerua, nimirum Sai antiquitus stationarii erant. Soli vero ♂ bellum, milites, arma, et omnis generis bellica sacra ac propria erant (I. §. 49. p. 61). Adde, etiam decuriam ♂ dici Phtha, siue Pti, ⲫϯ. Sic decanus ♂ in ♐ appellatur *Pti-biu*, collato *Ere-biu* synonymo, quod significat proteruum (I. §. 17. p. 24. no. 36.). Ex his itaque locis, quae facillime sexcentis aliis augeri potuissent, satis clarum ac perspicuum est, Aegyptiorum Phtha, siue Hephaestum, Vulcanum, ♂ planetam significare. Et hoc nomen *Φθα*, vt rectius pro *Φθας* a veteribus scribitur, nisi egregie fallor, reapse exprimit. Nam *Φθα* Aegyptiace scribitur ⲫ-ϯ hoc est *pugna*, *pugnatio*, *pugnator*, *bellator*; vnde forte Athenarum nomen. Nam ⲁ-ϯ-ⲉⲛ (Atien) significat *bellatorem* et *bellum*, vel, collato *aia*, terram Martis (♂) bellatoris. Iam vero Phtha non solum ♂, sed etiam ☉ significat. Neque hoc mirum. Vtrumque enim planetam astrologi natura similem dixerunt antiquitus (I. §. 54. p. 68). Quare et Firmicus, vt ibidem demonstrauimus, et ♂ et ☉ artificia igne vtentia, vt opus aeraminis, minerarum auri, opus coquae, adscripsit. Diserte Inscriptio Rosettana distinguit *Φθα* (♂) ab *Ἡφαιστῳ*, licet vterque Vulcanus reddatur. Hermapion apud Ammianum (Hist. L. XVII.) in translatione Obelisci Ramessis Vulcanum, Hephaestum, dicit patrem deorum. Deorum vero pater ☉ est, vt vidimus (s. Osiris). Item Callisthenes (Fabric. Bibl. Gr. Vol. XIV. 149) Vulcanum (☉) appellat *προπατορα των θεων*. Porro tradit Cicero (Nat. Deor. c. 22.), *secundum Vulcanum in Nilo natum, esse Phtha, vt Aegyptii appellarent, quem custodem Aegypti esse volunt*. Custos Aegypti vero alias dicitur Camephis, qui, vt vidimus, ☉ est. Porro Nilus est Zodiacus; quare Vulcanus, in Nilo natus, est signum Zodiaci. Qui quidem Vulcanus dicitur secundus, quoniam ☉ planeta, a quo accepit nomen, maior et prior secundo putabatur, ad secundum deorum ordi-

nem, quippe 12 numina maiora referendo. Ceterum Phtha non solum ☉ et ♂ planetas significare, sed etiam ☉ et ♂ domus aliasque coeli partes, per se intelligitur atque e superioribus sequitur. Quod enim Cicero Vulcanum secundum commemorat, in Nilo natum, significat signum Zodiaci. Constat porro, Memphi Vulcanum fuisse cultum. Sic Suidas, *Φθας*, inquit, *Ἥφαιστος παρα Μεμφιταις*. Memphis vero, prouincia ☉, ♌ respondet. Ergo Phtha etiam ☉, dominum domus, nimirum ♌ signum exprimit. Sic et Coptos, quae vrbs Coptice vocatur ⲕⲉϥⲧ, ⲕⲉⲡⲧⲱ, ⲕⲉⲃⲧⲱ, quum descendat a ϫⲱ-ⲫϯ, vel ⲕⲁⲓ-ⲫϯ, significat prouinciam, seu nomum Phtha, hoc est ☉. Reapse ☉ prouincia, seu decuria est, vbi Coptos sita. Nam Coptos octaua est vrbs capitalis a finibus Nubiae atque prima capitalis a Thebis, praecedens versus septentrionem vrbibus Tentyrae et Ptolemaidis Hermii. Sic et decuria ☉ est octaua ab initio ♒, qui est initium Aegypti, secunda in ♈, prima a decuria ♂ in ♈, antecedens decuriam ♀ et ☿, quae respondent Tentyrae et Ptolemaidi Hermii (vid. sup. p. 23.). Et hanc ob causam Coptitae, ☉ adscripti, prosequebantur odio asinum et crocodilum, Ombi in ♄ vrbe cultos, quippe ♄ sacros, ☊ vero aduersarios. Itaque negari nequit, vocabulo Phtha ☉ et ♂ exprimi, quum sunt domini signorum aliarumque partium Zodiaci. Denique et hoc certum, Phtha significare ☉ in ☉ et ♂ possessionibus versantem. Narrat Eusebius (III. c. 11. p. 115.), mundi opificem ouum ex ore edidisse, ex quo initio mundi Phtha, Graecorum Vulcanus, progenitus esset, eique numini ouem sacram. Iam vero ♈ primum est signum, ☉ pater deorum, aries ♂, domino ♈ sacer; ergo Phtha significat ☉ in ♈, vel hemisphaerio superiori constituum. Sane, cum Phtha ignea natura crederetur atque ☉ maxime calefaciat in hemisphaerio superiori (♈ — ♎); recte ☉, in ☉ vel ♂ hemisphaerio versans, Phtha vocari poterat. Hanc etiam ob causam Manetho Vulcanum, seu Phtha, primo deorum loco posuisse videtur. Item Diodorus (p. 13.) et Clementina (Hom. IX. §. 6.). Huc facit, quod secundum Apollinem Clarium (Macrob. Sat. I. c. 18.) ☉ vocatur Sol (*Ἥλιος*) aestate (♋ ♌ ♍); ac si dicas, ☉ vocari Phtha in signis deo Phtha propriis. His enim in signis ☉ suam naturam, nimirum calorem exserit, quae est dei Phtha natura, scilicet ignea. Sic et Jamblichius (Myst. S. VIII. c. 3.) dicit, Ammonis, Osiridis et Phthas diuersa nomina eiusdem numinis fuisse. Quemadmodum vero Ammon et Osiris, ita et Phthas ☉ designat certis et peculiaribus Zodiaci in locis constitutum. Quod denique imagines Phtha attinet, tradit Macrobius (Sat. I. 18.), Phtha, seu ☉ in solstitio aestiuo, *effingi aetate plenissima, effigie barbata.* Porro Horapollo (I. 12.) testatur, Vulcanum (☉) esse masculo-femininum (*ἀρρενοθηλυν*), pariter atque Neitham (♂ fem.). Quum Vulcano et Mineruae vultur (*γυψ*) sacer fuerit (Horap. I. 12.), probabile est, Phtha etiam capite vulturis exprimi. Sic et Leo erat tum Phtha, tum Soli sacer (Aelian XII. 7.); quare non dubito, quin Phtha, quum ☉ designat, capite leonis effictus fuerit. Ceterum *Ἀφθας* non differt a *Φθας*, vt Suidas disertis verbis tradit (*το α ἐπιτατικον, ὡς ἀσταχυς*).

Python, *Πυθων*, ♄ significat. Per metathesin enim literarum P et T in Typhon ortum videtur hoc nomen. Hinc Pythoni eadem adscribuntur, quae Typhoni (Hygin. praef. p. 11. fab. 140. al.), vt natura serpentina, mala quaeque et nex ab Apolline (☉) ei allata. Vide Typhon infra.

Serapis, *Sarapis*, *Σεραπις*, *Σαραπις*, ad ☉ spectant, praesertim hibernum. Inscriptio Graeca Canopi reperta (Letronne Rech. p. 473.) haec habet: *Δι Ἡλιῳ μεγαλῳ Σαραπιδι, τῳ ἐν Κανωβῳ.* Aliae inscriptiones non paucae his consentiunt, vt Philensis (ib. 465.), vbi habes *Ἡλιον Σαραπιν.*

Eustathius (ad Dion. v. 255.) Serapin vocat Iouem (☉) Sinopiten. Item Suidas (v. Σαραπις) tradit, Sarapim alios interpretari Iouem alios Nilum. Vterque vero, vt vidimus, ☉ designat. Iam vero Serapis appellatur Hades (ἀϊδης), Infernus (Jul. Imper. Orat. IV. p. 136.), ex quo sequitur, hunc Deum etiam significare ☉ infernum. *Quem nos*, inquit, *nomine Serapim vocamus, vt qui est ἀϊδης, sub adspectum minime cadens, ad quem Pluto animas euehit.* Hemisphaerium enim infernum signa ♎ ♏ vsque ad ♈ complectitur. Alias Infernum signa hiberna ♑ ♒ ♓, strictius ♑ ♒, vel solstitium hibernum, dici videntur. Reapse Oraculum Apollinis (Macr. S. I. 18.) docet, Solem hieme Orcum (ἀϊδην) appellari. Similiter Serapis vocatur ἀοραατος (Fabric. B. G. Vol. XIV. p. 149.). Dicit auctor quidam, consulendum esse (Serapim) inuisibilem in Sinopio, scilicet ☉ infernum. Cum itaque Serapis Infernum significet, facile explicatur, cur Apis mortuus ad Serapim translatus ibique sepultus fuerit (Pausan. Att. I. c. XVIII. p. 42.). His accedunt alia loca Plutarchi (Is. 362.), vbi Serapis non differre dicitur a Plutone, et Taciti aliorumque (Jablonskii Panth. L. II. p. 236. ss.). Luculentissima sunt apud Macrobium (Sat. I. c. 19.). „Hoc," inquit, „argumentum Aegyptii lucidius absoluunt, ipsius ☉ simulacra pinnata fingentes, quibus color apud illos non vnus est. Alterum enim caerulea specie, alterum clara fingunt. Ex his clarum superum, et caeruleum inferum vocant. Inferi autem nomen Soli datur, cum in inferiori hemisphaerio, i. e. hiemalibus signis, cursum suum peragit; superi, cum partem ambit Zodiaci aestiuam". Et hanc ob causam Serapis colore nigro pingebatur (Clem. Al. Protrep. p. 42.). Sic et Nilus, quem multi Serapidem compellant (Jablonskii Panth. L. IV. p. 234.), colore nigro fingebatur (Arcad. c. 21. §. 6.). Ceterum mihi persuasum habeo, Serapim etiam ♄, saltem ♄ dominia, praesertim ♒ significasse. Constat enim ☉, quum cognomina certa assumit, nominari ab iis planetis, in quorum domiciliis versetur. En argumenta. Serapis aperte cum ♄ comparatur apud Macrobium (Sat. I. 7.). *Duobus*, inquit, *aduenis* (Serapidi et Saturno) *solis hostiae ex more mactandae.* Ergo vterque ratione Typhonis (♄), scilicet victimis cruentis colebatur. Porro Serapis, vt vidimus, est ☉ in hemisphaerio hiberno, cuius praeses pariter atque frigoris est ♄ (I. 47. p. 58.). Iuxta Serapis imaginem erat Cerberus canis et draco (Plut. p. 362.). Quatenus canis, ☿ sacer, aderat, Serapis ☉ cum ☿ planeta comite significabat; draco vero ♄ symbolum (v. infra). Itaque in Serapide duae ☉ et ♄ naturae coniunctae cernuntur. Item color niger seu purpureus, i. e. obscurus vt nox, quo Serapis pingebatur, ♄ est proprius. Testatur Apion apud Plinium (L. XXXVII. c. 5. Tom. II. p. 776.) in Labyrintho fuisse colosseum (♄) Serapin. Labyrinthus vero, Zodiaci imago, 12 deos continebat. Ibidem erat Nemeseum, seu domus ♄. Ergo Serapeum alterum ♄ signum, forte ♒ significabat. Denique antiquissimum et famosissimum Serapidis templum habebatur Racoti seu Alexandriae (Tacitus Hist. IV. 84. Pausan. Ep. Att. p. 42.), quae regio et vrbs capitalis est ♄ domicilium, nimirum ♒ signum terrestre (Tab. II. No. 3. fin.). Etiam Sarapidi adscribitur incrementum Nili, quod accidit, ☉ in ♄ domus (♑ et ♒) ingrediente. Quod denique imagines et insignia Serapidis attinet, haec veteres tradunt. Macrobius (Sat. I. c. 18.) refert, ☉ in solstitio hiberno, vel ☉ hibernum pingi *forma senescenti.* Plutarchus (Is. p. 362.) narrat, *Manethonem, a cerbero et dracone coniecturis ductis, collegisse, Plutonis esse, simulacrum Serapidis.* Idem narrat (p. 361.), Serapidem pingi in lectisternio cubantem, cum calatho in capite. Eandem imaginem exhibent numi Sinopitarum (Vaillant. Numis. I. 161. II. 42. 149.). Macrobius

(Sat. I. c. 19.) simulacrum ☉ caerulea specie dicit significare ☉ infernum. Porphyrius (Euseb. P. E. III. 9. p. 113.), *cum Plutone*, inquit, *Serapim coniungunt ac luminis eius sub terram descendentis symbolum faciunt togam purpuream.* Clemens Al. (Protr. p. 32.) ait, *simulacra Serapidis conspicua esse colore caeruleo et nigricante.* Suidas (v. Σαραπις) ait, eum in capite modium gestare, vel calathum, et cubitum, siue mensuram Nili adscendentis. Item Ruffinus (His. Ec. II. 23.). Huc pertinet huius nominis explicatio. Sarapis enim constare videtur ex ϫⲏⲣ-ⲏⲡⲓ, *exploratorium mensurae* (Nili), siue instrumentum ad Nili incrementa mensuranda. Sic et Sinope, vnde Serapis deus Sinapiticus vocabatur, significare videtur (ϫⲓⲛ̀ⲏⲡⲓ) *capere mensuram, mensurare, mensuratorem, Nilometrium.*

Seth, Σηθ, ♄ et ♂ cognomen. Plutarchus (Is. 367.) ait, Aegyptios Typhonem Seth nominare, quo significetur is, qui alium dominio premit vique subigit. Idem (pag. 371.), *et ipsum nomen Seth*, inquit, *quo Typhonem compellant, rem hanc arguit. Notat enim id, quod vi rem subigit illique dominatur* (κατα δυναστευον και καταβιβαζομενον). *Saepe etiam conuersionem significat et nonnunquam transilire eadem voce indicatur.* Sane ⲥⲏⲧ *prosternere, subigere*, infernum significat. Inter planetas vero ♄ et ♂ maxime tyranni, omniumque malorum auctores habebantur (I. §. 49. p. 59. 62.), atque Typhon, cuius cognomen est Seth, ♄ et ♂ planetas significat. Aliter Epiphanius (adu. Haer. III. p. 1093.). *Alicubi*, inquit, *sub nomine Seth, id est Typhonis, sacra ritibus consuetis faciunt.* Ceterum Seth (ⲥⲏϫ) pullum asini significat. Asinus vero ♄ symbolum (v. infra). Imaginem quandam Sethi exhibet papyrus Graeca Lugduni Batavorum conseruata atque a Reunensio V. C. descripta (Lettres à M. Letronne Lugd. 1830. p. 157.). Cernitur ibi dei imago procedentis, vtraque manu hastam *(lance)* tenentis, cui caput asininum. In pectore nomen Seth est inscriptum. Hastae vero ♂, asinus ♄ significant.

Smy, Σμυ, ♄ cognomen. Plutarchus (Is. 367.): *Typhon autem Seth*, inquit, *appellatur et Bebon, sicuti dictum est, ac insuper Smy. Quibus verbis indicatur violenta quaedam inhibitio* (Seth), *contrarietas* (Bebon) *aut inuersio* (Smy). Typhon quidem ♄ significat, qui, quum omnis mali auctor putaretur et destructor omnium ac Diabolus (I. §. 47. p. 59.), sane Smy inuersio, vel inuersor appellari poterat. Sic et Coptice turbatio, inuersio ϣⲧⲟⲣⲧⲉⲣ, ⲥⲟⲉⲣⲧⲉⲣ, a radice ϣⲟⲩ *valde* et ⲧⲉⲣ *secare* dicuntur, vnde Graecorum ταρασσειν et Tartarus. Radix nominis *Smy* esse videtur ϣⲁⲙ, ϣⲙⲁ, ϣⲙⲟⲩ, *imminuere, conterere, contritio, contortor.*

Socharis, Σοχαρις, haud dubie ♀ significat. Hesychius (v. Πααμυλης) haec refert: ὡς σφοδρως Αιγυπτωδης Σοχαρις Πααμυλης. De Paamyle vero idem ibidem tradit, sic dici numen aliquod Aegyptiorum Priapeum. Generatio vero ♀ planetae tribuebatur (I. §. 51. p. 64.). Quum Hesychius Socharin comparauerit Paamyli, qui, vt vidimus, est ☉ vernus, siue ☉ per ♈ ♉ et ♊ permeans; sequitur eundem esse Socharin. Sane deriuatur Socharis a ϭⲟ, ϭⲱ, *plantare, generare*, et ϩⲱⲣ, ϩⲁⲣ, *Horus, Sol nouus seu vernus.* Reapse Horus, scilicet ♀ planeta, signis vernis praeest. Etiam ♂ procreator appellatur apud Cedrenum. *Stella*, inquit, *Martis ab Aegyptiis vocatur Ertosi* vel *Hertosi* (Ἑρτωσι i. e. ⲉⲣ-ⲧⲱϫⲓ, vel ϩⲉⲣ-ⲧⲱϫⲓ *plantare*, vel *Horus plantator). Significat autem hoc omnis generis procreationem et vivificationem omnisque substantiae et materiae naturam et vim ordinantem atque procreantem.* Haud dubie cogitandum est de ♂ domino ♈, quod signum pertinet ad vernum quadrantem, ♀ subiectum, aut de ☉ in ♈ constituto.

Tchonemyrus, *Τχονεμυρος*, cognomen ☉, vel ♃ esse videtur. Hoc nomen reperitur in templo oppidi cuiusdam in Oasi magna siti inscriptum (Letronne Rech. p. 236.). Legitur: *Ἀμενηβι θεῳ μεγιστῳ Τχονεμυρῳ και τοις συνναοις θεοις.* Vocabula *Deus maximus* docent, Deum *Ἀμενηβιν* referendum esse ad ☉ aut ♃. Sane Amen-ebis continet in se nomen Amunis, qui est nunc ☉, nunc ♃. Altera vero nominis pars est ϐι, siue ϕι, quum Amenophis et Amenebis non differant, vti Chnuphis et Chnubis; quae syllaba ♂ significat. Sic scribitur Ameno-phis et Ameno-phthis, atque Memphis (ⲘⲀ-Ⲙ̀-ϕⲓ) significat regionem Vulcani (ϕϯ) seu Martis. Itaque Amenebis, vel Amenephis constat nomine Ammonis et Vulcani, seu Phtha Martis. Quare puto, vtrumque nomen coniunctum esse in *Τχονεμυρω*. Vtique *ρω* est Copticum ⲟⲩⲣⲱ rex, quo nomine ☉ frequentissime appellatur. *Τχο* vero a ⲧⲱⲕ *fortis*, vel ⲧⲁⲕⲱ *perditio*, *perditor* deriuandum videtur, quae ♂ sunt proprietates. Reapse ⲧⲕⲱⲟⲩ est nomen vrbis Antaeopolis, atque vidimus, Antaeum ♂ planetam significare. Denique *νεμ* est Copticum ⲛⲉⲙ *et*, *atque*. Itaque Tchonemyro (ⲧⲕⲱ-ⲛⲉⲙ-ⲟⲩⲣⲱ Mars cum Ioue) idem exprimit atque Amenobi vel Amenophi, siue Amenophthi (Iupiter — Mars). Quod vero ♃ cum ♂ coniungitur, eo forsan ☉ in ♂ domicilio primario, siue ☉ in ♈, Zodiaci capite, siue ☉ vernus, maxime valens, significatur. Praeterea notandum, Oasin magnam (Thebaidem praesidialem) ad Thebanam prouinciam a veteribus numerari, qua et ♃, et ♂ colebantur, et ♈ signum terrestre habebatur cum ♓ signo coniunctum.

Thoth, *Thoyth*, *Toth*, *Θωθ*, *Θωουθ*, *Θεουθ* ☿ significant. Secundum Aegyptiorum regem *Ἀθωθιν* veteres interpretantur (Syncell. p. 43. 44. al.) *Ἑρμογενην*, atque Medicum eum vocant. Constanter Graeci Latinique et Thothum, et ☿ planetam appellant *Ἑρμην* siue Mercurium; atque constat, ☿ medicinam fuisse sacram et propriam (I. §. 52. p. 65.). *Ἀθωθις* vero non differt a *Θωθ*, quemadmodum *Ἀφθας* et *Φθας* (v. Phtha) synonyma sunt. Item Thoutho astronomiae, astrologiae, geometriae aliarumque artium inuentio adscribitur, pariter atque ☿ planetae apud astronomos. Hinc, quum Thoth ☿ sit, recte Diodorus (p. 14. 15.) et Sanchuniathon (Euseb. P. E. I. c. 10. p. 36.) tradunt, Thouthum fuisse a manibus Osiridis (☉) atque Saturni (☉ in hemisphaerio inferiori). Etenim ☿ constans ☉ comes. Iam vero plures a veteribus commemorantur Thouthi, ex quo sequitur, ☿ planetam distinguendum esse a dominiis eius, siue coelestibus, siue terrestribus. Hermes quidem cognomine Trismegistus haud dubie est ☿ planeta. Manetho enim (Syncell. p. 46. Par.) Hermeti Trismegisto adscribit libros, cuius artis inuentionem reliqui ☿ planetae tribuunt. Item Lactantius (I. c. 6.), *Mercurius*, inquit, *instructissimus omni genere doctrinae, adeo vt ei multarum artium et rerum scientia Trismegisto cognomen imponeret.* Quibus cum locis conferatur Plutarchus (Sym. L. IX. Q. 3. p. 738.) dicens, Mercurium inuenisse literas in Aegypto primum, eamque ob causam Aegyptios ibin primae literae signum fecisse. Post hunc Thouthum maximum Manetho commemorat secundum et tertium (Sync. p. 40.), Cicero vero quatuor omnino numerat (Nat. D. III. c. 22.), quorum vltimum dicit Aegyptiis leges et literas tradidisse. *Hunc*, inquit, *Aegyptii Thoyth appellant.* Vtut sit, negari nequit, Thouthum etiam partes Zodiaci, praecipue domos ☿ significare. Constat enim, primum Aegyptiorum mensem Thouth appellari; atque vidimus, hunc mensem 30 dierum signo ♍ 30 graduum respondere (sup. §. 4. pag. 81.). Etiam dudum demonstratum est, Seth nomen a Tet, Tat, siue Thoth non differre. Iam vero ☿ Decanus, secundus in ♋, a veteribus appellatur Sith, Syth (I. §. 17. pag. 23.); quae nomina satis cum

Seth ☿ conueniunt. Ceterum Thoth etiam ☉ in domibus ☿ significare, innuit Diogenes (Hist. Phil. init.), quum ☉ adscribit, quae ☿ conueniunt. Nam ☉ in planetarum domibus eorum facultates assumit. Quamquam Thoth nonnisi ad planetam, ad Zodiaci signa aliasque eius partes, ☿ subiectas, a veteribus referri videtur; puto tamen, hunc Thouthum etiam terrarum orbem significare. Scilicet diserte Clemens, Cicero aliique tradunt (supra §. 2 et 3. pag. 79.), octauum Deorum Aegyptiorum esse mundum, seu terrarum orbem. Et sane ex philosophia Aegyptiaca ♄ Deus dici et coli poterat. Quemadmodum enim ☉ et ☽, ita et ♄ vim quandam in rebus procreandis augendisque et maturandis discernere et obseruare licet. Porro cum septem planetis omnia praeter planetas existentia tribuerentur; sequitur, etiam terrarum orbem aliquem planetam dominum ac praepositum habuisse. Quaeritur, quis ille fuerit planeta, ♄ dominus. Iam vidimus, deum octauum apud Aegyptios fuisse Esmunum, Esmunum vero ☿ significare. Ergo ☿ erat ♄ dominus. Quum vero ☿ variis nominibus veniat, quaeritur, quo nomine ☿ appellatus sit, quum ♀ dominus cogitaretur. Scilicet, licet veteres plures Mercurios distinguant, tamen duo potissimum discernuntur: senior Mercurius et iunior. Quae sententia primum confirmatur a Synesio (De Prouid. p. 101.). *Aegyptii*, inquit, *Mercurium duplici finxerunt specie, iuuenem iuxta senem collocantes.* Item Manetho non nisi duos Mercurios Aegyptiacos, si accuratius explicatur, commemorat (Sync. p. 40), alterum *Θωθ*, alterum *Ταυ* vocatum. Vtrumque nomen eadem ex radice ortum est cum Thouth, Theuth, Toot, Tot aliisque. *Stelis*, inquit, *Thoth, primus Mercurius, inscripsit, quae deinde post diluuium Agathodaemon, filius secundi Mercurii paterque Tati, in libros retulit.* En duos Thoth, seniorem et iuniorem. Iam vero inter 8 Cabiros Thoth (☿) est senior, deus octauus (☿) iunior, siue posterior. Diserte Damascius apud Photium (Bibl. Cod. CCXLII. p. 1074.) tradit, *post Cabiros* (septem planetas) *octauum natum esse Esmunum, quem Aesculapium* (☿) *interpretantur.* Ergo secundus Mercurius, siue Thoth iunior, est Tat, isque ♄ dominus. Quod vero Manetho deum Tato priorem appellat Mercurium, in eo sibi ipse contradicit. Nam alio loco (Sync. p. 19.) hos deinceps deos enumerat: Vulcanum, Solem, Agathodaemonem, Saturnum. Neque tamen improbabile est, Mercurium secundum, Solis patrem, significare Solem. Sol enim in aliorum planetarum signis horum nomina assumit. Certe Manetho loco citato non nisi duos Toth commemorat, seniorem (planetam) et iuniorem (terram). Iam hunc Tat iuniorem terram significare, docet theosophia Orphica, haud dubie in Aegypto nata. Tradit Eusebius (III. c. XI. p. 115.) quidem haec: *Aegyptii opificem vniuersi, quem Kneph* (Agathodaemonem) *appellant, humana specie configurarunt. — Hunc porro Deum ex ore ouum edidisse narrant. — Ouum autem illud mundum interpretantur.* Ergo mundus, siue Tat, ex Agathodaemone prodiit. Quam meam de Thoutho, ♄ nomine, sententiam confirmat ipsum nomen Thoth. Nam *Θωθ* est Copticum ⲑⲱⲑ, vel ⲑⲟⲟⲑ, vel ⲑⲑⲑⲟ, vel ⲑⲟ *vniuersitas, mundus, οἰκουμένη.* Solemnis est enim reduplicatio radicum, vt ⲧⲟ *multus*, ⲧⲟⲧⲟ *permultus*, ⲑⲟⲓ *naeuus*, ⲑⲟⲓⲑⲟⲓ *variegatus.* Quid dicam de eo, quod octauus Cabirus a Manethone ipso ⲑⲟ vocatur. Octauus enim Aegypti rex ab illo scribitur *Οὐβιενθης* i. e. ⲟⲩ-ⲟⲩⲏⲛ-ⲛ̀-ⲑⲟ *agger* (semiglobus) *terrarum* (sup. I. §. 4. pag. 84.). Sin haec alicui adhuc incerta videantur, en alia argumenta. Aegyptii putabant, vt Zodiacus Taurinensis demonstrat (Tab. II. No. I.), terram in medio Zodiaco septem planetis circumdatam. Rem plane eandem exprimit numus Aegyptiacus (Kreuzer Symbol. Tab. VI. 12.). Hic in medio Zo-

diaco apparet Cybele, vt corona turrifera testatur. Ergo Cybele respondet Thoutho, quatenus terrae praeest. Cybele pingitur manibus aristas tenens. Aristas tenet figura, quae in Zodiacis Aegyptiacis signum ♍ exprimit (v. Lexicon infra), atque ♍ est ☿ domus, Thoth appellati. Quod quidem ♍ signum ipsum est octauum, si, vti solemne est, a ♄ siue ♒ incipias seriem signorum. Prouincia Aegypti octaua (♍), vt Geographicum Taurinense testatur (Tab. II. No. 2.), est in Aegypto inferiori, quo loco ϣⲙⲟⲩⲛ ⲛ̀ ⲉⲣⲙⲁⲛ, *Schmun malorum punicorum*, sita. Ergo ☿, domino terrae, malum punicum erat sacrum. Idem symbolum Cybeles erat. Ergo Esmunus et Cybele ♁ significant. Esmunum vero interpretantur nunc Tosorthum (ⲧⲟⲧ-ⲱⲣ-ⲑⲟ Thot-Horummundum), nunc Aesculapium, qui pariter atque Thoth et Athôth (☿) medicinae patronus et auctor habebatur (Syncell. p. 54. 56.). Denique Cybele non differt a Titaea, postea Tellus (γη) appellata (Diodor. III. c. 57.). Nomina vero *Τιταια*, *Τιθεα*, *Τιτια* ipsum nomen Aegyptiacum Tet, Toth prae se ferunt, vt permulta deorum nomina apud Graecos sunt Aegyptiaca. Testatur enim Herodotus (II. 36.), deorum Graecorum nomina ex Aegypto originem habere. Haec quidem omnia adeo inter se congruunt, vt vix dubitari possit, quin Thoth praeter ☿ planetam etiam ♁, quippe ☿ subiectam, significauerit. Atque concedendum, hanc meam sententiam ab omni phantasiae ludibrio esse alienam, imo maxime naturalem veterumque philosophiae accommodatam. Quod imagines Thouthi attinet, e numis Hermopolitanis cognoscitur, eum figura humana, capite Ibis, depictum fuisse (Zoega Num. Aeg. T. XXI.) Item Martianus (II. p. 42.), *Ibis*, inquit, *praenotatum gerit mensis* (Thoth). Sic et prima litera, Thoutho sacra, Ibide exprimebatur, teste Plutarcho (Sympos. IX. q. 3. p. 738.). Quod vero veteres Mercurium phallicum effinxerunt nonnunquam (Zoega Obel. 219.); dubitare licet, an hoc Thouthum, aut alium Mercurium attineat. Certe ☿ phallicum est numen (Vid. sup. pag. 65. n. 2.).

Typhon, *Τυφον*, *Τυφως*, *Τυφωεις*, plerumque ♄, nonnunquam ♂ significat. Manetho Typhonem inter deos septem maximos, siue Cabiros, numerat (Sync. p. 19.); ergo Typhon ad planetas pertinet Typhon vero solus putabatur Deus in vniuersum noxius et malitiosus, pariter atque ♄ planeta (p. 59. n. 1. ss.); ex quo sequitur, Typhonem ♄ significare. Hyginus (II. c. 28.) Typhonem vocat *acerrimum gigantem et maxime deorum inimicum*. Testatur Plutarchus (Is. 362.), Aegyptios potentiam Typhonis sacrificiis demulcere et delinire, atque (ib. 380., animam Typhonis in animalia migrasse et naturam omnem brutam et belluinam malo genio (Typhoni) deberi. Addit (p. 362.), certis in festiuitatibus Typhonem contumeliis affectum fuisse, atque (p. 380.), animalia ei sacra mactata fuisse, *tamquam supplicio genius ille malus afficeretur*. Narrat Herodotus (II. 131.), *Aegyptios verberibus caedere Deum quendam*, quem quidem ille, quippe nefandum et terribilem, ceu diabolum, timet nominare. Diserte Plutarchus (Is. 380.) dicit, Aegyptios Typhonem reputare malum genium (*κακον δαιμονα*). Alias (p. 368.) narrat, *Typhonem dici, quidquid in natura esset corruptum*, atque (p. 369.): *quicquid in natura malum, corruptum et noxium existat, membrum esse Typhonis, vel partem, vel operationem*. Accuratius Typhoni Plutarchus (Is. 371.) adscribit omnia animalia mala, plantas noxias, obscuritatem, turbationes naturae, eclipses ☽, et alia mala. Quum Aegyptii astronomi eadem plane ♄ adscribant (I. §. 47. p. 59.); clarum est, Typhonem significare planetam ♄. Deinde vero Typhon etiam ♄ domus ♒ et ♑, nec non alias Zodiaci partes, ♄ adscriptas, significat. Quis est enim, qui ignoret fabulam de Typhone, Osiridis interem-

tore? Quamquam haec quidem fabula non semper eodem modo narratur, eius tamen summa sibi constat. Narratur nimirum Osiris expeditionem fecisse cum comitibus suis, donec certo quodam loco interficeretur a Typhone fratre. Postea, vt aiunt, Osiris in vitam reuocatus est et Hori nomine denuo regnauit. Nemo nescit, Osiridem esse ☉; eius comites ☿ ♀, nec non ☽; Typhonem fratrem semicirculum hibernum siue infernum, strictius Tetrantem vel Quadrantem hibernum, strictissime solstitium hibernum. Quae omnia disertis veterum testimoniis confirmantur. Narrat Herodotus (II. 121.), Memphi in templo Vulcani duas fuisse statuas, *alteram, ad Aquilonem spectantem ac aestatis nomine insignitam, ab Aegyptiis adoratam multisque beneuolentiae ac reuerentiae testificationibus condecoratam fuisse; alteram vero, quae Austrum respexit, hyemsque nuncupabatur, contraria plane experiri debuisse.* En duo hemisphaeria, superum atque inferum, cui ♄ praeerat. Huc spectat, quod Aegyptii occasum ☉ crocodilo significarunt (Horap. 1. 69.). Crocodilus enim ♄ sacer, atque hemisphaerium nocturnum respondet hemisphaerio infero, veluti constanter nocturno. Porro tradit Oraculum Apollinis, Solem hieme dici Orcum (ἀϊδην), qui, vt vidimus, ♄ adscribitur. Habemus ergo ♄ dominum hiemis sensu strictiori. Deinde Osiris interemptus dicitur a Typhone sub solstitium hibernum, quo iuuenem Osiridem, Horum, seu nouum ☉, Isis genuit (Plut. Is. p. 377.). Ergo Typhon strictissime vocatur solstitium hibernum ipsum. Praeterea Typhonis nomine insigniuntur signa ♄, praecipue ♑. Constat in Labyrintho fuisse *Nemeseum*. Labyrinthus vero imago Zodiaci fuit, atque Nemesis nomen ♄ planetae, vt vidimus (p. 12.). Ergo signum, vel signa ♄ Zodiacalia nomen ♄ gerebant. Hinc templa commemorantur Typhonia, quae Nemeseis illis respondent. Hinc et inter quinque nouos deos serius natos, qui cum 7 prioribus 12 signa Zodiaci exprimunt, veteres Typhonem memorant, ex quo clarum est, cum hinc duo Typhones enumerentur, duo signa nomen habuisse Typhonis. Quod primum valet de ♒. Nam Typhoni crocodilus sacer erat, qui colebatur in vrbe Ombos. Dicitur Typhon crocodili formam subiisse, vt fugeret vindictam Hori, sub solstitium hibernum nati. Plutarchus (Is. 371.), *Typhon*, inquit, *vt effugeret iram Hori, formam crocodili adsciuit.* Cogitandum itaque de signo post solstitium hibernum secundo. Iam Ombos respondet signo ♒, quare Typhon domum ♄ secundam significat. Porro mensis Aegyptiorum Tybi, *Τυβι*, ⲧⲱⲃⲓ, iisdem vocabulis constat atque Typho, *Τυφω*, scilicet ex ϯ*pugnare* et ⲟⲩⲃⲉ *contra*, quae hostem significant. Reapse ♄ omni boni hostis atque aduersarius habebatur. Mensis vero Tybi signo ♑ respondet (I. §. 32. p. 40.). Et hanc ob causam Osiridis sepulcrum (Tapusiris) haud procul ab Alexandria habebatur, quae prouincia ♑ respondet. Osiris enim sub initium ♑ periisse dicitur, quippe solstitio hiberno. Hinc etiam apud Indos ♑ exprimitur crocodilo, ♄ symbolo (Vid. Zodiacum Indicum in Transact. of the R. Asiat. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1. sig. ♑). Ergo Typhon tum ♑, tum ♒ significat. Et hanc ob causam haud dubie Plutarchus (Is. 375.) Typhonem et Nephthyn dicit *τῶν ἐσχάτων ὑπτομένον*, quippe fines Aegypti et superiores (♒) et inferiores (♑) occupantem. Porro Typhon etiam Nomos ♄ conuenientes significat. Commemoratur vrbs Typhonia haud procul a Pelusio sita (Ioseph. c. Ap. I.), quam Jablonskius, credo, recte comparat (Panth. V. 83.) cum Sethro. Seth enim ♄, seu Typhonis cognomen. Sane ♄ nomus in ♎ habetur. Vtut sit, negari nequit a Typhone etiam Nomos, siue decurias Zodiaci nomina accepisse. Ceterum per se clarum est, Typhonem etiam ☉ in ♄ domiciliis versantem significare. Hinc Typhoni interregnum quoddam adscribitur (Athen. Deip. XV.

p. 680. Plutarch. aliique), quod valet de ☉ per domus aliasque Zodiaci partes, ♄ proprias, transeunte. Quamuis vero ex his clarum sit, Typhonem plerumque ♄ eiusque dominia significare; negari tamen nequit, Typhonis nomine etiam ♂ appellari. Neque hoc mirum. Nam ♄ et ♂ sola sunt Aegyptiorum numina infausta, solaque inter se multas facultates communes habent (I. §. 54. pag. 68.). Quare profecto vtrumque licebat aduersarium bonorum, seu hostem (†-ⲟⲩⲃⲉ) vocare. Primo enim Manetho apud Syncellum (p. 19.) inter deos maximos refert praeter *Κρονον* (♄) etiam Typhonem, qui quidem, quum reliqui planetae rite commemorentur, non potest non ♂ significare. Porro inter quinque deos serius natos, scilicet signa Zodiaci, enumerantur Typhon et Nephthys, seu Venus, cum reliquis ☿ ♀ ♃ (I. §. 34. p. 41.). Quum vero Nephthys, siue Venus Vrania, ♄ significet; in oculos incurrit, Typhonem ♂ valere. His alia accedunt argumenta. Typhonem Plutarchus (Is. 359. 364.) dicit rutilum (*πυῤῥοχροιον*). Rutilus vero color ♂ proprius (I. §. 4. p. 12.). Porro, *Typhonem*, inquit, *censent omne siccum, igneum et quicquid denique exsiccandi vim habens aduersum humori.* Addit idem (p. 366.), *Typhonis insidias significare vim siccantem et consumentem humorem, qui generat augetque Nilum.* Iam vero omnis aestus et siccitas non ♄, qui frigidus et humidus putabatur (I. §. 47. p. 58.), sed ♂ conuenit. Hinc Eustathius Typhonem interpretatur ventum ardentem (*θερμον*). Quas ob causas Typhon nonnunquam etiam ♂ significare videtur. Quod denique imagines Typhonis attinet, tradit Eusebius (Pr. E. III. 11.), eum specie crocodilina effictum fuisse. Formam humanam ei tribuit Herodotus (v. Jabl. Pant. Aeg. V. p. 44.), colorem rufum et subpallidum (*παρωχροον*) Plutarchus (Is. 364. 359.). Ceterum figuram hominis vincti Typhonem significasse, sequentia docent. Mos erat antiquitus, Osiridi (☉) homines rutilos, seu Typhonios, sacrificandi (Marsham Chr. p. 80. 317.). Abrogatis sacrificiis humanis, boues loco hominum adhibebantur, quibus sigillum imprimeretur (Plutarch. Is. 363.). *In sculptura autem sigilli*, inquit, *vt refert Castor, exprimebatur Homo in genua desidens, manibus post tergum deductis.* Reapse captiui et serui hominesque omnino Typhonici erant ♄ consecrati (I. §. 47. p. 60.). Huc spectat locus Horapellinis (I. 23.), quo dicit Onocephalum significare inertem (♄). Asinus enim et inertia ♄ propria (I. §. 47. p. 60. v. infra asinus).

Zom, *Som*, *Σιμ*, ϫⲱⲙ plerumque ♂, hinc ☉ in ♂ dominiis significant. Etsi hoc numen diserte non commemoretur; nomen tamen *Zomi* cum aliis vocabulis coniunctum reperitur atque *Hercules* vertitur, quem quidem deu constat inter maximos Aegyptiorum deos locum habuisse. Regem *Σιμφουκρατην* Eratosthenes interpretatur apud Syncellum (p. 87.) *Herculem Harpocratem*, *Ἡρακλην Ἁρποκρατην*. Sane ϫⲱⲙ-ⲱⲣ-ⲡⲁϩ-ⲣⲁⲧ significat *fortitudinem*, *Horum pede claudicantem.* Ergo *Σιμ* et ϫⲱⲙ idem significant. Mutatio *Z* in *S* apud Aegyptios solemnis. Vrbs Aegypti haud procul a Sai sita vocatur Graece *Σιβεννυτος*, *Σιβοννυτος*, ab Arabibus *Sammanud*, *Semenud*, Coptice ϫⲉⲙⲛⲟⲩϯ, ϫⲉⲙⲛⲟⲩⲧ, *fortitudo dei*, vel *diuina virtus.* Est autem Hercules, qui illic coleretur, de quo infra. Regem *Σιμφως* Eratosthenes interpretatur *Ἡρακλειδην*, *Herculis stirpem.* Etymologicum tradit, Herculem Aegyptiace appellari *Χωνα*. Solemniter vero ϫ in ⲭ, ⲙ in ⲛ vertuntur, quare ϫⲱⲙ denotat *Herculem.* Narrat Eusebius (Chron. p. 14.), prope *Cochonem*, vel *Cochomen* (*περι την Κωχωνην*, siue *Κωχωμην*, vt Africanus legit) esse Aegyptiorum pyramidas. Regio autem illa appellatur *Heracleopolis*, cui sane ⲕⲱ-ϫⲟⲙ *terra Herculis* respondet. Auctore Hesychio, Hercules dicebatur *Γιγων*, vel *Γιγνων*, quod eodem redit.

Nam γ et κ Graeci saepissime adhibent pro ϫ Coptico. Certe ϫι-ϫωμ, vel ϫιν-ϫωμ significat *potentem*. His itaque exemplis euincitur, *Zom*, *Som*, *Sem*, *Chom*, *Chon* significare Herculem Aegyptium. Quaeritur, quid hic deus sibi velit. Teste Cicerone (Nat. Deor. III. 16.), Hercules Aegyptius fuit filius Nili, h. e. Zodiaci pars. Signa vero Zodiaci planetas habent dominos. Idem tradunt Herodotus (II. 43.), Diodorus (I. p. 21.) aliique permulti (Appian. Exp. Al. II. p. 125., Tacit. An. II. c. 60., Macrob. Sat. I. c. 20.); dicentes, Herculem vnum esse de 12 Diis maioribus. Quum vero signa Zodiaci atque duodecim Dii ex 7 planetis orti fuerint; sequitur Herculem, siue Zom significare planetam aliquem. Iam vero ϫομ, *fortitudo*, planetae ♂ est propria (I. §. 49. p. 61.); ergo Hercules-Zom primum quidem ♂ significat. Id quod vetus Aegypti Geographia egregie confirmat. Ab Hercule enim eae prouinciae appellabantur, quibus ♂ praeerat. Sic Decuriae ♂ vocantur in ♈ *Chon*-tare, in ♏ *Sen*-tacer (vid. s. p. 23. 5.), in quibus, vtut corruptis, radix ϫωμ non obscurior est, quam in nominibus *Κωχωνη*, *Γιγων* et reliquis. Porro constat, Herculem cultum fuisse Heracleopoli, quae vrbs Decuriae ♂ in ♊ respondet. Semnuti, ϫωμ-νογϯ, *fortitudo diuina*, pertinet ad prouinciam ♏, in qua est ♂ decuria. Ibidem situs erat pagus *Som-bat* ϭεμ-πογϯ, quae eodem spectat. Porro Hercules cultus fuit Heraclei prope Canobum, vnde et ostium illud Heracleoticum dicitur. Illa vero in prouincia (♎) est ♂ Decuria. Ceterum Herculem, a ☉ diuersum, ♂ planetam significasse, optime fabula docet, qua Osiris Herculi, quum expeditionem susciperet, exercitum commisit (Diodor. I. p. 15.). Osiris enim aut ☉, aut Zodiacus est; atque Hercules significat aut caput exercitus, stellarum scilicet, ♈ domum ♂, aut planetam ♂, cui solo bellum et exercituum ductio adscribitur (I. §. 48. p. 61.). Adde verba Macrobii (Sat. III. 12.): *Chaldaei quoque stellam Herculis vocant, quam reliqui omnes Martii* (♂) *appellant*; Apollonii (Aeg. III. v. 1376.): *τον πυροεντα* (♂) *προσαγορευομενον ὑπο Ἑλληνων, ὑπο δε Χαλδαιων Ἡρακλεους*; Hygini (Poet. A. c. 42.): *tertia est stella Martis* (♂), quam alii Herculis esse dicunt; Plinii (II. 8.): *tertium sidus Martis* ♂), *quod quidam Herculis vocant*. Quamuis vero certissimum sit, Herculem, siue Zom, ♂ designare; negari tamen nequit, eum et ☉ significare. Et hoc quidem in vniuersum valet, quum veteres 12 opera Herculis eiusque mortem commemorant. Etenim 12 opera illa sunt 12 signa, atque interitus Herculis non differt a morte Osiridis, nimirum ☉ in solstitio hiberno suppresso et nouum annum auspicante. Idem significabant Aegyptii, quum fabulabantur, Herculem ad Iouem accessisse (Herod. II. 42.), quumque Thebani Herculis simulacrum semel quotannis ad Iouis (♈) imaginem adducebant. Hinc Eusebius (P. E. III. 9. p. 112.), *Solem*, inquit, *Herculem appellarunt*. Macrobius ait (Sat. I. c. 20.), *reuera Herculem Solem esse, vel ex nomine clarere*. Hinc et decuriae ☉ nomina Herculis gerunt, vt *Chon-tacre* in ♈, collato *Chon-tare*, decano ♂ in ♈. Eandem Decuriam ☉ Firmicus Sen(ϫομ)-acher appellat (p. 23. supra). Puto autem Herculem sensu strictiori dici ☉ in ♂ dominiis versantem. Pythagoras, ab Aegyptiis doctus, tradit, Herculem significare potentiam naturae (*την δυναμιν της φυσεως*), vt Jamblichus testatur (Vit. Pyth. c. 28.). Natura vero potentissima est, quum ☉ versatur in hemisphaerio supero, vel in signis calidis. Huc spectat, quod narratur, Herculi in Lybia arietem apparuisse. Lybia enim hemisphaerium calidum, seu superius significare videtur. In finibus Lybiae enim, hoc est ⲡⲣ finibus, quo loco finitur semicirculus superior, Hercules interfectus dicitur a Typhone (Athen. IX. p. 392.). Hinc Nonnus (Dionys. XL. p. 683.) *Herculem Solem* vocat *aristis*

amictum, regem ignis, quod valere non potest nisi de ☉ aestiuo. Hinc Macrobius (Sat. I. c. 20.), *Hercules*, inquit, *ea est Solis potestas, quae humano generi virtutem ac similitudinem praestat deorum.* Virtus vero est ♂ propria, qui potentissimis Zodiaci partibus praefuit, maxime ♈. Huc accedit, quod Hercules tempus et temporis initium vocatur (V. Jablonsk. Panth. I. p. 190. 194.). Temporis vero et Zodiaci initium est ♈, quare profecto Hercules strictissime ☉ in ♈ significare videtur. Vtique Thebis, quae ♈ respondent, maximum Herculis celebrabatur festum. Quod denique imagines Herculis siue Zomi attinet, philosophia Orphica, Aegyptiacae filia, docebat, ex Chao *ortum esse animal draconem, cui adnatum erat caput leonis, corpus vero medium continebat faciem Dei, quem Herculem et tempus vocant* (Athenag. pr. Christ. p. 18.). En ☉ cum symbolo suo leone atque ♂ dracone, quo ☉ in ♈, ♂ domo, Zodiaci capite, innui videtur. Porro quum *Σιμφουκρατης* significet *Herculem - Horum pede claudicantem*, vel *pedibus ruptum*; maximopere probabile est, Herculem, tum ☉, tum ♂, pedum habitu distinctum fuisse ab aliis diis. Certe Vulcanus, vtrique numini affinis, claudicans fingebatur. Huc spectat fabula de Hercule in Libya vincto. Narrat Plutarchus (Is. 376.), *Iouem pedibus inter se adunitis* (*σκελων συμπεφυκοτων*), *cum ire non posset, in solitudine vixisse; Isidem autem, dissectis et diductis iis membris, Iouí gressum expediuisse.* Iupiter quidem non differt ab Hercule hoc loco. Eandem enim fabulam Seruius (Virg. Aen. IV. 196.) his verbis incipit. *Liber, vel, vt alii dicunt, Hercules per deserta Lybiae exercitum duxit*, cet. Itaque, quum ☉ eorum signorum insignia assumat, in quorum finibus versetur: sequitur, tum ♂, siue planetam, siue dominum signi Zodiaci; tum ☉ in ♂ dominiis versantem, pedibus adunitis expressos fuisse. Nam fabula illa spectat ad aliam, qua docetur, Solis cursum esse maxime lentum circa solstitium hibernum, maxime vero velocem in aequinoctio (Plutarch. Procreat. an. p. 1028.). Adde Scholiasten Hesiodi (p. 158. Ven.). *Circulum*, inquit, *Aequinoctialem* (♈ ♉ ♊), *quem sol celeri motu percurrit.* Cadit ergo solutio ☉, pedibus vincti, in signum ♈, seu ♂ domicilium. Ceterum ex Horapolline (II. 12.) patet, Somum Herculem fingi armatum. *Καθοπλισμενος*, inquit, *και τοξευων ὀχλον σημαινει.* Turbae vero ♂ adscribuntur (I. §. 49. pag. 61.).

---

§. 9.

Nomina mythologico-astronomica feminina.

Quum masculina Aegyptiorum numina maxime ad ☉ spectent, vt veterum scriptorum auxilio in superioribus demonstratum; sane coniicere licet, Aegyptiorum Deas plerasque potius ☽ attinere. Vidimus enim ex Chaeremone, omnes Aegyptiorum Deos aut ad ☉, aut ad ☽ referri, quae astra aliis Zodiaci in partibus alia nomina et cognomina, ac insignia assumant. Qua in re distinguendum erit inter nouilunia et plenilunia, licet nouilunia in rerum natura sint potiora, ac principalia habenda. Ceterum huc spectat, quod astrologi Zodiacum diuiserunt inter numina partim masculina, partim feminina. Sex enim signorum domini habentur masculini, totidem feminini, cuius rei ratio latet partim in rerum natura, quae tota rebus sexu diuersis constare videtur, partim in repetitione planetarum singulis signis praepositorum. Quum enim Zodiaci Dodecatemoria diuidenda essent inter septem planetas; ☉ et ☽ vnum, ☿ ♀ ♂ ♃ ♄ bina signa sortiti sunt. Quare hi

quidem planetae, vt bina singulorum domicilia inter se discerni possent, altero suo in signo masculini, altero feminini fingebantur, vt Tabula I. demonstrat. Sic ♂ est masculinus in ♈, femininus in ♏. Iam accedamus ad singulas Aegyptiorum Deas ad astronomiam referendas.

Ambo, Ἄμβω, ♄ significat, vt fusius infra ad Tithrambo demonstrabitur. Vtraque enim Dea est eadem.

Anucis, Ἀνουκις, ♄ significat. Leguntur enim in stele Graeca Bacchi in insula, apud primam Catarrhactam sita, a Rüppelio Francofurtensi reperta (Letronne Rech. p. 344.) haec verba: Ἀνουκει τῃ και Ἑστιᾳ cet. θεοις μεγαλοις. Ergo Anucis magnis Diis, id est Zodiaci signis adnumeratur atque cum Vesta comparatur. Etiam Vesta diis 12 magnis atque signis Zodiacalibus adnumeratur, tum apud Manilium (Poet. p. 170.), tum in monumentis astronomicis antiquis (Kreuzer Sym. Tab. XXXVI.). Quaeritur itaque, quem deum astronomicum, quodue signum Vesta exprimat. Manilius quidem loco citato incipit Zodiacum a ♈, 12 Deos vero a Pallade (♂), quae profecto, vt vidimus, respondet ♂, domino ♈. Signum decimum numerat ♑, numen decimum Vestam. Ergo Vesta, siue Hestia-Anucis, respondet ♑, cuius dominus est ♄ femininus (Tab. I.). Porro constat, *Maiam* (i. e. matrem) eandem esse atque matrem deorum Rheam, siue Vestam, vel *Maiestam*, Vulcani (♄) vxorem (Macrob. Sat. I. c. 12.), atque ab ea dictum fuisse Mensem Romanorum Maium. Menses Romanorum a Ianuario, Aegyptiorum a Thouth incipiunt; vtriusque vero nationis menses ordinem signorum Zodiaci sequuntur inde a ♍, vt vidimus (p. 16.). Iam cum menses Romanos deinceps ad Zodiacum referas; mensis Maius in signum ♑ incidit. Ergo denuo probatur, Vestam siue Anucin ad ♑ siue ♄ femininum referendam esse. Deinde insignia Vestae sunt habitus matronae, lampas cum capite asini atque ignis. Ignis quidem Vulcano (♄) conuenit, matronae habitus Rheae (♄ fem.) deorum matri, asinus vero Typhoni siue ♄ sacer habebatur (p. 66.). Sed haec iam sufficiunt ad intelligendum, Anucin vel Vestam significare ♄, dominum signi ♑. Quum vero signa Zodiaci a planetis appellati fuerint; inde consequitur, Anucen quidem primum ad ♄ dominum ♑, hinc vero ad ♄ planetam esse referendam. Reapse Diodorus Siculus (L. I. p. 12.) Vestam inter septem Cabiros, h. e. planetas numerat. Hinc etiam Vesta pro numine terribili, ceu Typhone (♄) feminino, habebatur Memphi (Pausan. Arch. L. VII. c. 22. p. 579.), quod valere etiam videtur de ☽ noua in ♑. Huc saltem spectant primitiae frugum Vestae velut Isidi in ♑ oblatae. Hinc et infantem portans pingitur vt Isis, mater Hori, i. e. Nouilunium in ♑ (V. Albric. Gentil. de Imag. Deor. c. 17.). Huc facit nomen Anucis, quum deriuatur a ⲛⲁⲕ- ⲛⲁϩⲓ *parturire*, vel ⲁⲛⲁⲩ-ϩⲏ *adspectus* ☽ *initialis*. Quod imagines huius Deae attinet, licet coniicere, eam, quippe Vestae et Rheae affinem, specie matronae cum mammis pendulis (Euseb. P. E. III. 109.) expressam fuisse.

Aso, Ἄσω, ♄ attinere videtur. Narrat enim Plutarchus (Is. 356.), reginam Aethiopiae, quam infra ventum austrinum ex Aethiopia flantem interpretatur, Typhoni opem tulisse in Osiride supprimendo. Quum in finibus Aethiopiae habeatur signum ♄ scilicet ♒, quumque Typhon signum ♑ significet; puto, Aso, sociam Typhonis, proprie signum ♒ exprimere, quod quippe hibernum pariter atque ♑ facit ad vim ☉ frangendam. Certe illa regio ♄ subiecta erat, vnde et ventus Saturnius vel Typhonius, ac si dicas Aethiops, ⲉ̀ϭⲱⲥ, Aso dici poterat. Facilius tamen *Aso* deriuatur ab ⲉϣⲱ, *porcus*, qui ♄ sacer erat.

Athor, Ἄθωρ, Ἄθαρ, Ἄθυρ, ♄ atque ☽ in ♄ dominiis significat; nonnunquam ad ♂ trahi videtur. Veteres enim Athor interpretantur *Venerem, Venerem Vraniam*, atque simpliciter *Vraniam*, nec non *Venerem tenebricosam*, quae ♄ femininum significant (Jablonsk. Panth. L. I. p. 6.). Testatur Horapollo (I. 11.), Aegyptios vulture Vraniam significare, quoniam inde omnium generatio sit. *Οὐρανιαν δὲ*, inquit, *οὐ γαρ ἀρεσκει αὐτοις τον οὐρανον λεγειν: ἐπει τουτων ἡ γενεσις ἐκειθεν ἐστι.* Quum in praecedentibus locutio sit de Iunone; haec ad Iunonem spectant, quoniam addit: *ἐπειδη δοκει παρ' Αἰγυπτιοις Ἀθηνα μεν το ἀνω του οὐρανου ἡμισφαιριον ἀπειληφεναι, το δε κατω Ἡρα. Quae et causa est*, pergit, *vt absurdum censeant, coelum masculino genere efferre; quippe cum et Solis, et Lunae caeterorumque siderum genitura in eo perfecta sit, qui nimirum foeminae actus est.* Quis, quaeso, non videt, Horapollinem loqui de Saturno, vel Rhea (♄ feminino), omnium deorum progenitore. Idem vero ♄, quem Horapollo Iunonem atque Venerem Vraniam dicit, praeerat semicirculo inferno, seu hiemali. Sane ♄ domos suas habet in medio semicirculo hiberno, eique frigus proprium ducebatur (I. §. 47. p. 59.). Ergo Iuno, seu Vrania, ♄ femininum significat. Idem tradit Apuleius (L. XI.) dicens: „Coelestis Venus, — rerum natura parens, elementorum omnium domina, seculorum progenies initialis, summa numinum, regina Manium, prima Coelitum, deorum dearumque facies vniformis". Quum vero veteres Iunonem, pariter atque Athor, Venerem Coelestem vocent, iisdemque numinibus ea adscribant, quae ♄ conveniunt; consequitur, Athor significare ♄ femininum. Sic ♄ adscribitur obscuritas (I. §. 47. p. 58.), atque Hesychius, *Aegyptii*, inquit, *templa erexerunt Veneri, Veneri illi, quam et tenebras et Noctem vocant.* Huc facit nominis explicatio, quum ab ⲁϯ et ϩⲱⲣ *impugnare Horum* deriuatur. Nam ♄, siue dominus ♑ et ♒, siue dominus semicirculi inferioris, Horum (☉) impugnare ac supprimere dicebatur. Sin malueris De Sacyum sequi, ⲁⲧ-ϩⲱⲣ *lucis expers* non minus ♄ significat. Ceterum *Athor* vere ♄ significasse, demonstrant ♄ decanorum nomina. Sic decanus ♄ in ♎ vocatur Ater-echinis. Tradit Herodotus (II. 41.), in vrbe Ἄθαρ-βεχι (ⲁⲑⲱⲣ-ⲃⲁⲕⲓ vrbe Athoris) coli Venerem (sc. Vraniam). Ἀθαρβεχις vero eadem est atque Ἀθριβις, quae pertinet ad prouinciam ♀ alteram, siue ♎. Quum itaque decanus *Atar-echinis* (lege Atar-bechi-nis) atque Athar-bechis vrbs ad eandem ♄ decuriam in ♎ pertineant; plane non video, quomodo negari possit, Athor significare ♄, *dominum* partium Zodiaci, ergo etiam ♄ planetam ipsum, quippe femininum, siue Vraniam, Rheam, deorum matrem. Adde loca Plutarchi (Is. 362.) et Diodori (I. 87.), quibus traditur, Hecaten tenebricosam, vt Athorem ille vocat (Hesych. in Σκοτια), coli in nomo Memphitico. Ibidem autem erat ♄ decuria. Accedit huc locus Jamblichi (L. VIII. Myst. c. 3. p. 159.): *ὁ δη και Ἄθωρ δια συγης μονης θεραπευεται.* Silentium vero, seu taciturnitas, solius ♄ proprietas est (I. §. 49. n. 1. 2. pag. 58.). Ceterum, quum et ☽ noua in aliis locis alia nomina, quippe quorum planetarum dominiis insit, assumat; probabile est, Athor etiam ☽ in ♄ dominiis versantem significare. Reapse Isis, quae est Luna, pariter atque Athor vocatur Venus coelestis (Apul. L. XI. init.). Porro in vrbibus Athoris, Veneris Vraniae, colebantur vaccae, quae Isidis plerumque symbola sunt. Aelianus (XI. c. 27.), *in hoc*, inquit, *vico colunt Venerem, quam coelestem vocant, venerantur vero etiam religiose vaccam, ideo, quia affinitatem et conuenientiam cum dea ipsa habere existimetur. — Itemque Isin bubulis cornibus Aegyptii et fingunt et pingunt.* Item Strabo (XVII. p. 556.) testatur, Aphroditopoli, quam etiam Athribin appellat, *vaccam candidam sacram ali.* Quamuis vero certum sit,

Athor referendam esse ad ♄; negari tamen nequit, idem nomen etiam ♂ significare. Neque hoc mirum, quum ♄ et ♂ simillimae indolis putarentur (I. §. 54. p. 68.). Vidimus (p. 40.), mensem Aegyptiorum tertium dici Ἄθυρ Graece, ⲁⲑⲱⲣ Coptice, qui quidem respondet ♏, planetae ♂ domicilio. Apud Romanos vero item tertius mensis, Martius dictus, ♂ sacer est et ♏ respondet. Porro ♂ planeta etiam apud Persas et Chaldaeos *adar* dicitur (I. §. 4. p. 11. n. 39.). Quare negari vix poterit, Athor etiam ♂, primum quidem planetam, hinc dominum signorum ♈ et ♏, aut certe ♏ significare. En testimonia veterum. Etymologicum M.: *Athyr mensis. Aegyptii Venerem vocant Athor et ab ea tertium anni sui mensem denominarunt.* Hesychius: *Athyr. Ita Aegyptiis dicitur et mensis quispiam et bos.* Orion: *Aegyptii vocant Athor* (Ἄθωρ), *et ab ea tertium anni sui mensem denominarunt.* Plutarchus (Is. 366.): *Mense Athyr periisse Osiridem dicunt, quando Nilus recedit et solum nudatur.* Nilus vero recedit, quum ☉ in ♏ versatur. Itaque Athor ♂ respondet. Reapse ♂ femininus signo ♏ praeest (Tab. I.). Huc accedit quod Athor etiam decuriis ♂ respondet. Sic decanus ♂ in ♓ vocatur *Pti-biu*, i. e. *Phtha* (♂) *biu*, atque *Atem-bui*, quod haud dubie scribendum *Ater-bui*, vel *Ater-biu*. Tradit Strabo (XVII. p. 552.), *Momemphi Venerem coli et ali vaccam sacram.* Momemphis vero, quum ad vltimam Aegypti prouinciam pertineat, respondere videtur decuriae ♂ in ♑. Adde, quod Mineruae (♂) aether, ἀὴρ, sacer erat (Diodor. I. 12.), quare γλαυκωπις dicitur. Aperte vero αἰθηρ et Ἄθυρ ex eadem radice prouenerunt. Quod denique imagines Athor attinet, ex eo, quod in locis ei sacris vaccae alebantur, apparet, eius simulacra figura bouina fuisse. Huc spectat, quod Ouidius canit (Met. V. 329.), *Saturniam mutatam esse in niueam vaccam.* Saltem Isis ☽, quippe quum Athor significaret, cornibus bouinis pingebatur, teste Aeliano, vt supra vidimus.

Athyri, Ἄθυρι, Isidis cognomen, quippe ♀, aut ☽ in ♀ dominiis positae. Plutarchus (Is. 374.) Ἄθυρι interpretatur οἶκον ὡρου κοσμιον, conuenienter quidem cum vocabulis Copticis ⲏ-ⲑⲟ-ⲱⲣ i. e. *domus mundana Hori*, vel ⲁⲑⲟ (*mundus*, cum ⲁ prosthetico, vt in Ἀφθᾶς), ⲱⲣ *Horus*, ⲏ vel ⲏⲓ *domus*. Addit vero idem: ἡ δε Ἴσις ἐστιν ὅτι και Μουθ, και παλιν Ἄθυρι cet.; ex quo sequitur, illo vocabulo Isin ab alia Iside, siue ☽ in certo signo versantem ab alia ☽, distingui. Probabilius hoc quidem. Commemoratur enim domus Hori; quare, quum Horus vsitatius dicatur de ♀, puto, Isin-Athyrin significare ☽ in ♀ domo, praesertim verno, i. e. in ♉ signo, versantem.

Bubasis, Βουβασις, ☽ cognomen. Tradit Etymologicum M. (v. h. voc.), hoc nomine dici et vicum quendam, et deam, scilicet Ionem. Io vero haud dubie non differt a ⲓⲟϩ luna. Bubasis nomen quidem constare videtur ex ⲡⲱϩ-ⲃⲁⲥⲓ i. e. *Luna vacca.* Quum Io mater Epaphi, siue Apidis ☽ sacri, dicatur atque in Aegypto Isidis nomine culta Io fuerit (Ouid. Met. I. 588.; Apollodor. II. 1. §. 3.); probabile videtur, Bubasin ☽ ipsam significare. Certe mater Apidis Memphi habita significat periodum Apicam absolutam, nouus Apis nouum 25 annorum spatium incipiens. Ceterum Isis Ταυρομορφος fingebatur.

Bubastis, Βουβαστις, ♀ planetam, hinc ☽ in ♀ dominiis, maxime in ♎, versantem significare videtur. Bubastis enim inter maximas Aegyptiorum deas numerabatur, quare Ouidius eam vocat *sanctam* (Met. IX. v. 687.); et maximum ei sane festum agebant Aegyptii (Her. II. 60.). Ergo Bubastis aut planetis, aut 12 diis maioribus adnumeranda est, vel potius vtrique ordini. Iam vero locus Ouidii (Met. IX. 687.) demonstrat, Bubastin ♀ planetam significare. In versibus enim

illum sequentibus luculenter 7 planetas, vel Cabyros, deos Aegyptiorum maximos canit. *Inachi* — (☾) *inerant lunaria fronti cornua, cum spicis nitido flauentibus auro et regale decus; cum quo latrator Anubis* (☿) *sanctaque Bubastis* (♀) *variisque coloribus Apis* (☉), *quique premit vocem digitoque silentia suadet* (♄), *sistraque* (Inachi ☽) *erant: nunquamque satis quaesitus Osiris* (♃), *plenaque somniferi serpens peregrina veneni* (♂). Quum vero Bubastis ad ♀ spectet; sequitur, eandem referri debere ad ♀ domicilia ♉ et ♎, aut saltem ad ♎. Vtique Bubastis vrbs, quam Diodorus (I. 23.) dicit Isidi (♀) aedificatam, respondet signo ♎. Huc facit, quod Artemis, siue Bubastis teste Herodoto (II. 137. 138.), dicitur filia Dionysi et Isidis. Bacchus enim Osiris est ☉ autumnalis, vt vidimus (p. 113.), qui pertinet ad ♎ ♏ ♐, atque Isis (☽) diserte illo in loco distinguitur a Bubasti (♀). Adde, quod Artemis siue Diana in felem mutata dicitur (An. Liberal. Met. F. 28.), quum Dii fugerent Typhonem. Constat vero, illos 12 deos esse signa Zodiaci. Ergo Artemis hoc loco non ad planetam spectat, sed signum. Suffragatur ipsum Artemis nomen, quippe quod constat vocabulis ⲱⲣ *Horus*, et ⲧⲙⲏⲓ, ⲑⲙⲏⲓ, ⲑⲏⲙⲓ *iustitia*, θεμις. Itaque Ἀρ-τεμις significat *Horum iustitiam*, vel *iustificantem*. Horus vero significat nunquam ☽, sane vero ♀; atque in monumentis Aegyptiacis ♀ domus ♎, figura librae, vel hominis deliberantis exprimitur. Vnde haud dubie ♎ in Zodiacum recepta fuit. Ceterum ipse Herodotus testatur, nomina deorum ex Aegypto in Graeciam venisse. Porro huc facit, quod Bubasti feles colebantur, atque felis filia Isidis dicebatur (Demetrius Eloc. §. 159. Ox.). Quod enim felis, Bubastis in vrbe culta, ab Iside genita dicitur, ex eo clarum est, felem, symbolum Bubastis deae, diuersam fuisse ab Iside (☽). Et hoc confirmat nomen ipsum. Bubastis enim haud dubie constat ⲡⲱϩ-ⲃⲁⲥⲓ-ϯ h. e. *Lunae vaccae donum*, vel *progenies*. Bubasin enim Lunam denotare, supra dictum. Praeterea maxima est inter ♀ et ☽ affinitas apotelesmatica (I. §. 54. p. 68.). Bubastim vero vt ♀, ita et ☽ in ♎ ♀ domicilio significare posse, claret. Notum est, maximum quotannis festum habitum fuisse Bubasti in honorem Bubastis. Non vero nisi vnum Nouilunium est primarium in ♎ quotannis; atque Bubastin omnes interpretantur Dianam, quae, quum cornua lunaria gerat, non nisi ☽ significare potest. Quare Bubastis haud dubie ☽ in ♎ significat. Vidimus enim ex Chaeremone, etiam ☽ aliam dici in aliis signis. Hinc recte Cicero (Nat. D. III. 20.) et Ouidius (Met. XV. 196.) Dianam (Bubastin) pro ☽ habuerunt. Porro deae Bubasti cura puerperarum adscribitur (Anthol. Gr. I. 72. p. 154. Wech.), quam Graeci et Latini Lucinae et Ilithyiae tribuunt. Vtraque vero dea, vti constat, ad ☽ pertinet (Jablonsk. Panth. L. III. p. 71. 79.) Hinc vrbs Elethyia inter Ombos et Thebas sita respondet decuriae ☽ in ♒. Plinius (II. c. 101.) tradit, *Lunae sidus partum adiuuare*. Accedit, quod veteres felem dicunt ☽ repraesentare. Plutarchus (Is. 376.), *felis*, inquit, *Lunam repraesentat*. Hinc fabula de 28 catulis a fele per singulos menses editis. Feles vero Bubasti, quae ♀ est domus, cultae fuerunt. Quare Bubastis sane ♀, hinc ☽ in ♎ significare debuit. Intelligendum esse Nouilunium in ♎, ex eo sequitur, quod Nouilunii maxima vis putabatur. Tradit Porphyrius (Euseb. P. L. III. XI.), *partui Dianam praeesse, quod nouilunio vis quaedam insit, quae pariendi facilitatem adferat*. Adde Horatium de ☽ noua canentem: *rite crescentem face noctilucam, prosperam frugum, celeremque pronos voluere menses*. Quod attinet imagines Bubastis, clarum est, quum feles ei sacrae fuerint, atque animalibus sacris suis

deorum idola exprimerentur; Bubastis statuas felineas fuisse. Reapse Heliopoli fuit statua, felis speciem prae se ferens (Hierogl. Horapoll. I. 10.).

Buto, *Βουτω*, ♄ atque ☽ in ♄ domiciliis, maxime in ♑ significat. Herodotus (II. 156.) testatur, Buto siue Leto, Latonam, e numero septem Cabyrorum siue planetarum esse. Ergo Buto planeta quidam. Quum planetae domicilia habeant in signis Zodiaci singulis; sequitur Buto etiam illud signum significare, cui Buto planeta praeest. Iam regio Buti respondet ♑, cui ♄ praeest; ergo Buto ad ♄ spectat. En alia argumenta. Narrat Herodotus (l. c.), Isidem Horum, cum peperisset, Butoni (Latonae) tradidisse. Horus vero in lucem dicitur editus ab Iside sub solstitium hibernum, quod cadit in ♑ 0°. Ergo Buto ♄ significat dominum in ♑. Reuera ♄ praeses ♑ femineus putabatur (Tab. I.). Teste Hesychio (s. h. v.), Buto significat sepulcrum, et recte quidem *Buto* deriuatur a ⲃⲏ *sepulcrum*, ⲃⲏⲟⲩⲧ *sepulcrale*. Sepulcralia vero ♄ propria (I. §. 49. p. 59.). Ex quo colligitur, nomen Latonae esse Butonis translationem, quum eadem esset persona. Stephanus (s. h. v.), *Butus*, inquit, *vrbs Aegyptiace vocatur Buto*, *vnde etiam Latona* (*Λητω*) *ab Aegyptiis vocatur Buto* (*Βουτω*). Latona vero, vt in vulgus constat, dicitur ab *obliuiscendo*, *ληθειν* (Euseb. P. E. III. 11.), et *abscondendo* (לט), quae notiones sunt eaedem in Buto (ⲃⲏⲟⲩⲧ). Et quidem Orcus, Lethe, absconsio, tenebrae conueniunt ♄ omnino. Tradunt etiam, Butoni sacrum fuisse murem araneum (Plutarch. Sym. IV. Q. V. p. 670.). *Murem araneum* (*μυγαλην*), inquit, *diuinos honores reperisse apud Aegyptios*, *aiunt*, *eo*, *quod caecus sit. Nam tenebras luce priores censent.* Sic idem (Fest. Daedal. Euseb. P. E. III. 1.); *Latona*, inquit, *est nox.* Tenebrae vero ♄ adscribuntur (I. §. 47. p. 59. et supra Athor). Murem araneum Buti cultum eiusque morsum letalem fuisse, testatur Herodotus (II. 67.). Iam vero animalia noxia erant ♄ sacra (I. §. 47. p. 59.), atque Butus pro ♄ prouincia habebatur. Praeterea diserte Antonius Liberalis (Fab. XXVIII.) testatur, Butonem (Latonam), vt effugeret Typhonem, se in murem araneum conuertisse. Denique Buto iis in nomis colebatur, quae ♄ decuriis respondent. Huc spectant Letopolis in prouincia (♌) Memphitica (Stephan s. *Λητους π.* Joseph. Ant. II. 15. §. 1.), Latopolis in prouincia Memnonia (♓), teste Strabone (XVII. p. 817.), quum latus piscis ad Latonam spectat; quibus in prouinciis ♄ sunt decuriae. Ipse Decanus ♄ in ♓ vocatur *Biu*, *Abiu* (I. §. 17. p. 23.), quae multum similitudinis habent cum ⲃⲏ, ⲃⲏⲟⲩ, *sepulcrum*, vnde *Butonis* nomen. Quamuis vero certum sit, Buto proprie ad ♄ planetam, hinc ad ♄ domum ♑ aliasque Zodiaci partes spectare; negari tamen nequit, Butonis nomine etiam ☽ exprimi, quippe nodam in ♑ versantem. Quod primum, licet subobscure, tradit Plutarchus (Is. p. 366.). *Murem*, inquit, *araneum aiunt nasci in nouilunio e muribus quinta generatione* (al. ex mure et mustela), *atque iecur eius minui, quando Lunae lumen deficit.* Habes itaque Butonem cum Luna affinem. Porro nutrix Hori alias ipsa Isis (☽) vocatur, vt apud Plutarchum (l. c.). *Rursus*, inquit, *vbi Osiris Isis recepit et Horum nutrit ac educat*, *crescentem ac roborantem et nebulis et nubibus*, *superatus quidem*, *non tamen interfectus est Typhon.* Denique ipsi Isidi adscribitur adductio Nili, nimirum tempore nouilunii post solstitium hibernum, vti constat (Lucian T. I. p. 124. Sal., Seruius ad Virg. Aen. VII. 696. Lutat. Sch. ad Stat. Theb. I. 265. praecipue Pausan. Phoc. p. 881.). Quae fabula non differt ab ea, qua Isis Horum, iuuenem Osiridem seu Nilum, nutriuisse dicitur. Ex quo clarum est, etiam ☽ in ♄ dominiis, certe in ♑ versantem, dici Buto vel Latonam. Quod

denique imagines huius deae attinet, puto Latonam esse eam, quae in monumentis Aegyptiacis saepenumero reperitur infantem Horum lactans. Huc spectant symbola a mure araneo petita.

Esenephys, *Ἠσενεφυς*, ☿ femininum significare videtur. Reperitur hoc nomen in papyro Graeca Lugduni Batauorum asseruata, a Reuuensio (Lettre à M. Letronne. 1830. p. 156.) descripta. Quo loco septem planetae septem versibus enumerantur ☉ ♂ ☽ ♃ ♀ ☿ ♄, et Esenephys dicitur *ἡ καλουμενη ἐαρ*. Veri autem praeerat ☿ atque tum apud Graecos, tum apud Aegyptios habetur ☿ femininus (Tab. II. ♍), collata Hebe. Ceterum *Ἠσενεφυ* constat ⲏⲥⲉ *Isis* et ⲛⲟⲩⲃ aurum vel ⲛⲟⲩⲫⲉ (ⲛⲉⲫⲩ), vti Canopus (☿) ex ⲭⲱ-ⲛⲟⲩⲫⲓ, vel ⲛⲟⲩⲃ.

Isis, *Ἰσις*, nunc ☽, nunc ♀, nec non ☽ in ♀ dominiis significata. Isidem ☽ quidem denotare, plane non opus est pluribus demonstrare. In vulgus enim hoc constat neque ab vllo mythologo in dubium vocatum est, neque vnquam vocari poterit. Sexcentis enim in locis, iisque luculentissimis veteres disertissimis verbis testantur, ☽ apud Aegyptios vocari Isidem (Diodor. I. 10.). Videamus de Iside ♀. Primo quidem secundum astrologos ☽ et ♀ summa est affinitas, quare vtrumque astrum pari nomine, certo respectu habito, vocari sane poterat (I. §. 54. p. 68.). Iam Plinius (II. 8.) disertis verbis testatur planetam ♀ apud Aegyptios dici etiam Isidem. „Infra Solem, inquit, ambit ingens sidus, appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipsisque *cognominibus aemulum Solis et Lunae*. Praeueniens quippe et ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, vt Sol alter, diem maturans; contra ab occasu refulgens nuncupatur vesper vt prorogans lucem vicemque Lunae reddens. — Iam magnitudine extra cuncta alia sidera est; claritatis quidem tantae, vt vnius huius stellae radiis vmbrae reddantur. Itaque et in magno nominum ambitu est. Alii enim Iunonis, alii *Isidis*, alii matris deum appellauere. Huius natura cuncta generantur in terris.“ Adde locum explicantem Procli (Ptol. Quadr. II. p. 97.), quo de Syriae Phoeniciaeque populis haec traduntur. „Earum,“ inquit, „incolae fere vbique stellam Veneris (*την* ♀) *quasi* deorum matrem venerantur, variis nominibus inditis.“ Vtique astrologi ♀ omnem generationem adscribunt. Quemadmodum porro Iuno non differt ab Iside, ita Iuno est ♀ nomen. Hinc auctor libri *de Mundo* ait: *ὁ του φωσφορου, ὃν δε Ἥρας προσαγορευουσι*. Item Hyginus (Poet. ast. c. 42.); Quarta est stella Veneris, Lucifer nomine, quam nonnulli Iunonis esse dixerunt.“ Quum vero Isis ♀ significet, non mirum, ita appellari etiam signa Zodiaci ♀ subiecta. Diodorus atque Plutarchus (v. I. §. 34. p. 41.) quinque numinibus, quae cum septem prioribus planetis 12 signis Zodiaci praepositi fuerunt, adnumerat Isidem, quae quidem conuenit ♀ dominae ♎. Manetho vero in catalogo 7 planetarum seu Cabirorum commemorat Isidem cum Osiride. Ergo Isis his in locis significat ♀ dominam ♉ et ♎. Porro Isis apud Diodorum (I. p. 31.) de se haec profitetur: *ego sum, quae in astro caniculo oritur* (*ἐγω εἰμι ἡ ἐν τῳ ἀστρῳ τῳ κυνι ἐπιτελλουσα*). Canicula vero siue Sothis pertinet ad decuriam ♀ in ♊ signo (I. §. 17. p. 23.), quae quidem decuria ♀ ipsa vocatur Sothis, siue canicula. Ergo Isidis nomen non solum ☽, sed etiam ♀ planetam, ♀ dominam ♉ et ♎, saltem ♎, nec non ♀ dominam decuriarum significat. Adde verba Plutarchi certissima (Is. 359.): *Isidis stellam vocari a Graecis canem, ab Aegyptiis Sothin*, quod est ♀ nomen, Decani in ♋. Huc faciunt prouinciae et nomi, quibus Aegyptii Isidem coluerunt, veluti *Iseum* in ☽ prouincia (♋); *Naisi*, ⲛⲁ-ⲏⲥⲓ haud procul a Pusiri sita, nomus ☽ in ♐; Isea in Philarum insula et Paremboles vrbe; Tentyrae aliisque in locis habita, quae re-

spondent ♀ decuriis. Quum vero ☽ eorum planetarum nomina et virtutes assumat, in quorum dominiis versetur; clarum est, ☽ dici Isidem in ♀ signis, maxime in ♎, aliisque Zodiaci in partibus ♀ subiectis versantem. Et hanc ob causam Osiris et Isis constanter coniunguntur. Sic Manetho in catalogo deorum *Osiridem et Isidem vna regnasse* dicit. Sic et Osiridi et Isidi aratio omnisque res agraria adscribitur. Scilicet Osiris, vt vidimus, est ☉ in ♎, ergo Isis ☽ in ♎. Vtique Nilus arua relinquit, ita vt aratio incipere possit, quum ☉ et ☽ noua versantur in ♎. Isidem vero, maximam Aegyptiorum deam, ☽ in ♎ significasse, ex eo maxime elucet, quod maximum festum quotannis habebatur Bubasti, quae, vt vidimus, est ♀ domus ♎. Eandem vero Bubastin (ⲡⲱϩ-ⲃⲁⲥⲓ-ϯ *lunae vaccae progeniem)* multi interpretantur Isidem, siue Dianam, cuius symbolum luna falcata erat (Herod. II. 137. 138. 156.). Hinc Diodorus (I. p. 24.) tradit, *vrbem Bubastin Isidi esse aedificatam.* Eadem vero Bubastis (♎) vocatur ἄγρια (Ioseph. An. XIII. 3. p. 638. Bel.), quod plane conuenit Isidi, quippe ☽ in ♎, rem agrariam instituenti. Et hinc haud dubie Isis dicitur Bubastis, quum noua est ☽ in ♎; Bubastis vero sensu strictiori significat ♀ dominam ♎. Ceterum a ♎ reapse deriuandum puto nomen Isidis. Isis (ⲏⲥⲓ) enim constare videtur ex ⲏ *domus* et ϣⲓ *comparare, perpendere, statera*, vnde ⲙⲁϣⲓ nomen ♎ est Aegyptiacum (I. §. 9. p. 16.). Hinc ⲏ-ϣⲓ vel ⲏ-ⲥⲓ, quae saepissime confunduntur, significant *domum librae* h. e. dominam in ♎. Praeterea Isis multa alia numina significare videtur, nunc coelestia, nunc terrestria. Quemadmodum enim ☉, ita et ☽ aliis in Zodiaci partibus alia nomina assumit. Sicuti reliqui vero planetae, ita et ☽, et ♀ (vtraque enim Isis appellabatur), variis Zodiaci partibus praefuerunt, veluti ☽ semicirculo lunari. Idem valet de terrarum orbe, quem inter septem planetas dispertitum fuisse diximus. Hinc Plutarchus (Is. 366.) ait, *Aegyptios corpus Isidis terram putare, non vniuersam, sed quam Nilus foetam reddit.* Sic ☽ Isis cum Cerere comparari videtur, quum versatur in ☽ (Isidis) semicirculo, quo tempore fruges maturantur. Nam et Isidi et Cereri frugum maturatio adscribitur. Herodotus (II. 59. 137.), *est autem Isis*, inquit, *dea illa, quae a Graecis Ceres* (*Δημητηρ*) *appellatur.* Huc facit locus Procli (Plat. Tim. I. p. 45.), quo dicit, *Aegyptios sphaeram lunarem vocare terram aetheream.* Itaque propter varios Isidis significatus, hanc deam veteres *μυριωνυμον* dixerunt (Plut. Is. 372.) et (ibidem) *multiformem specie, ritu vario, nomine multiiugo.* Quod denique imagines Isidis attinet, haec veteres tradunt. Eustathius (ad Dion. Per. p. 94.): *ibi vacca erat, imago Ionis vel Lunae.* Plutarchus (Is. 372.): *Isidem eandem cum Luna pronunciantes, etiam vtramque eadem imagine repraesentant, in qua cornua addita Lunae indicant illuminationes falcatas, nigrae autem vestes, occultationes eius et obumbrationes designant.* Plutarchus (Is. 368.): *Lunam mundi matrem appellabant, et naturam ex vtroque mixtam sexu ei assignabant.* Idem tradit Plutarchus (Is. p. 368.) de Luna atque Neitha. Seruius (Virg. Aen. L. VIII. v. 696.): *Isis est numen* (*δαιμων*) *Aegypti, quod per sistri motum, quod gerit in dextra, Nili accessus recessusque significat: per situlam, quam sinistra manu retinet, ostendit adfluentiam omnium lacunarum.* Adde, quod, quum Horus matri Isidi Typhonem liberanti, diadema detraxisset, Hermes fertur Isidi caput bouinum imposuisse. Itaque Isis (Horapoll. I. 3.) humana specie fingebatur, nunc capite bouino, nunc aliis insignibus, sistro, situla, partibus vtriusque sexus genitalibus ornata. Iuuabit hoc loco commemorare, cur veteres haud dubie confuderint ☽ cum ♀ atque vtrumque astrum eodem nomine vocauerint. Scilicet

idem accidit ☉ et ♃, quoniam ♃ totidem annis percurrit Zodiacum, quot mensibus ☉. Iam vero ♀ ad eundem a ☉ locum redit totidem circiter septimanis, quot diebus mensis solaris constat, nimirum 30. Huc accedit simillimus ☽ et ♀ splendor.

Mene, *Μηνη*, ☽ significat. Quum Luna putaretur masculo-feminina (Plut. Is. 368.); inde explicandum videtur, quod ☽ alias *Μην*, alias *Μηνη* vocatur. Hinc nomina masculo-feminina regis Aegyptiorum primi atque deae Mensis (Orph. LX. [8.] v. 4., XLII. [41.] v. 4). Quum vero numina signis praeposita a planetis dicerentur; Mene etiam ♋, cui praest ☽, vocari videtur. Hinc, cum ☽ in singulis signis nomina numinum singulis signis praepositorum assumat; Mene etiam ☽ in signo ☽, i. e. ♋ significare videtur. Certe Mene plerumque pro mensi habetur, menses vero periodi canicularis a ☽, in ♋ domina constituta, incipiunt. Porphyrius (Ann. Nymph. p. 264. Cant.), *Aegyptiis*, inquit, *initium anni non Aquarius est, vt Romanis, sed Cancer. Prope Cancrum autem est Sothis, quam Graeci canis stellam dicunt. Et prima mensis dies ipsis est Sotheos ortus, qui generationis mundi ducit initium.* Quum deae feminea figura fingerentur, lunae vero figura ☽ exprimeret (Clemens A. Strom. V. 555.); videtur Mene symbolis Lunae propriis expressa fuisse.

Menuthis, *Μενουθις*, ♀ cognomen esse videtur. Dicitur enim Menuthis, quam Eumenuthin Epiphanius appellat, vxor Canobi, vna cum Menelao e bello Troiano reducis, apud Canobi vrbem cum marito interfecta atque post mortem in vrbe Menuthi haud procul ab Alexandria culta fuisse (Epiphan. Op. T. II. p. 109. Pet.). Vidimus autem, Canobum significare haud dubie ☿, Menelaum ☉, accessum nauis Menelai ad extremam Aegypti partem vero cursum ☉ annuum, praesertim ☉ accessum ad solstitium hibernum. Sub solstitium quidem hibernum interfici dicitur ☉ cum comitibus suis, qui sane sunt ☿ et ♀. Ergo, vt Canobus ☿, ita Menuthis ♀ significare videtur. Quemadmodum ♀, ita et Menuthis masculino genere habetur, vt Menuthis vir apud Georgium (Frag. Ioh. Theb. Praefat. p. XXVII). Deinde cum Menuthis vicus fuerit, respondet Horio ♀, atque sita fuit versus occidentem a Canobo haud procul ab Alexandria *(duodecimo ab vrbe lapide prope litus)*. Vtique ordo Horiorum in ♑, ad quem Canobus et Menuthis pertinent, hic est: ☿ ♃ ♀ (Tab. I. ♒). Ceterum, quum Menuthis deriuatur a ⲙⲏ-ⲛⲟⲩϯ *amans Iouem*, vel *Deum*, haec sane virtus (religio) ♀ adscribitur (I. §. 51. p. 64.).

Methuer, *Μεθυερ*, ♀ significare videtur, aut ☽ in ♀ dominiis. Plutarchus (Is. 374.) *Isidem*, inquit, *aliquando Methuer cognominant, quod nomen compactum est ex pleno et causali* (*ἐκ τε του πληρους και του αἰτιου*). Isidem quidem et ♀, et ☽ significare, supra vidimus. Methuer vero secundum Plutarchum constat verbis ⲙⲉϩ *plenitudo*, vel ⲙⲉϩϯ *plenum*, atque ⲃⲓⲣ, ⲃⲉⲣⲉ, ⲟⲩⲏⲣ, *facere*, *proficere*, *nouus*, *ver*. Quemadmodum autem ☉ in signis vernis, praecipue in ♉ vocatur Arueris, ⲱⲣ-ⲟⲩⲏⲣ, *Horus vernus*, ita et ☽ in vernis signis praesertim in ♉ Methuer ⲙⲉϩϯ-ⲟⲩⲏⲣ *plenitudo veris* vel *verna* appellari poterat. Certe Isis, tum ☽, tum ♀, rerum omnium genitrix et origo habebatur (I. §. 51. 53. p. 64. 66. Iablons. Panth. L. III. p. 21.).

Muth, *Μουθ*, ♀ aut ☽ cognomen. Tradit enim Plutarchus (Is. 374.), *Isidem dici nonnunquam Muth, quae vox matrem designet.* Vtique ⲙⲁⲩ, vel ⲙⲁⲩϯ *nutrientem, matrem* designat. Forte Muth deriuandum est a ⲙⲁⲩ-ⲑⲟ *mater terra*, quo facto Muth non differt ab Iside terrae

domina (Plutarch. Is. p. 372). *Isis*, inquit, *est ea naturae pars, quae quasi foeminea, omnes in se recipit ortus tamquam nutrix.* Certe hanc vim ☽ maxime exserit in ♉, ♀ domo, quod signum est ☽ Hypsoma (I. §. 46. p. 56. VIII.). Quum vero ex loco Plutarchi eluceat, Isidem Methuer differre ab Iside Muth, atque in vocabulo Muth lateat notio pariendi, quumque seminatio incipiat, ☉ cum ☽ in ♎ versante; non improbabile est, Muth primum quidem ♀ domus ♎, hinc ☽ in ♎ significare.

Neith, *Νηιθ*, *Νηυθ*, *Νηιθη*, ♂, hinc ☽ in ♏ significant. Testatur Proclus (Platon. Tim. p. 30.), Neitham esse belli patronam (*φιλοπολεμον*). Bellum vero soli ♂ planetae proprium et peculiare (I. §. 49. p. 61.). Porro vulgo notum est, Mineruam et Neitham a veteribus eandem dici (Iablonsk. Panth. L. I. p. 53. ss.). Minerua vero, vt nemo nescit, belli dea armata fingebatur, et armata e Iouis capite i. e. Zodiaci capite (♈), prodiisse dicebatur. Ex quo sequitur sane, Neitham esse ♂ eumque femininum. Reapse ♂ dominus ♏ est femininus. Quum Neitha vero ♂ planetam valeat; non mirum, eam et ♂ domicilia ♈ et ♏ significare. Et hoc innuunt veteres, quum Neitham dicunt Nili filiam (Zodiaci signum). [Vid. Cic. N. D. III. 23. Arnob. p. 135. 137. Ampelin. Lib. memor. c. 9.] *Secunda Minerua*, ait Cicero, *orta Nilo, quam Aegyptii Saitae colunt.* Neminem fugit, Neitham cultam fuisse in prouincia Saitica, quae quidem respondet ♏ signo, domicilio ♂ planetae. Hinc illa dicitur dea Saitica, et Sais ipsa (Jablons. Panth. L. I. p. 54). Hinc militum Aegyptiorum sedes erant circa Sain (Her. II. 165), pariter atque Athenis militum turmae habebantur. Nam ♂ sunt milites atque omnis militia. Hinc Neith vocatur etiam *Neitetis* (*Νειτητις*) i. e. ⲛⲏⲑ-☥☥ *Neith pugnatrix* (Athen. XIII. 560). Hinc non nisi Thebis et Sai colebatur ouis, quippe ♂ sacer (Strabo XVII. p. 559.). Iam hinc sequitur, etiam ♈ ad Neitham spectare. Sane ♈ altera ♂ domus. Proclus (Plat. Tim. p. 30), *inter signa Zodiaci*, inquit, *aries* (♈) *deae huic* (Neithae) *consecratus est, et ipse circulus aequinoctialis, ideoque cum primis virtus constituta est, quae cuncta mouet.* Huc spectat explicatio nominis Neith apud Plutarchum (Is. 376). Dicit, nomen *Neith significare: veni a me ipso, quo significetur, eam a se ipsa moueri.* Sane ⲛⲏⲓ valet *venire* et ☥ *ego ipsa*; atque ♈, duci et motori Zodiaci, quem ideo cum ariete, gregum duce, compararunt, conuenit tale quid secundum cosmologiam Aegyptiacam. Ceterum nouimus ex Proclo (Plat. Tim. I. p. 30.), Neitham etiam significare alia ♂ dominia, vt circulum aequinoctialem et aërem (Horap. I. 11.), vnde caeruleis oculis pingebatur (*γλαυκωπις*). Quamuis vero negari non possit, Neitham primum ♂ planetam, hinc ♂ domicilia (♈, maxime ♏) significare; clarum est, etiam ☽ in ♂ signis, certe in ♏ constitutam hoc nomine appellari. Nouimus enim, ☽ in aliis signis alia nomina assumere. Hinc Plutarchus (Is. 354.) tradit, Neith et Isidem eandem deam esse. *Quod Sai est*, inquit, *Mineruae, quam eandem cum Iside arbitrantur, fanum, hanc habet inscriptionem: Ego sum omne, quod exstitit, est, et erit.* Quae sane Isidi, vt omnium matri et genetrici conueniunt. Isis vero, in quo omnes consentiunt, in vniuersum quidem ☽ est. Porro scarabaeus Mineruae sacer fuit, vt Horapollo testatur (I. c. 12.). *Mineruae*, inquit, *appingunt scarabaeum, Vulcano vero vulturem, quod hi soli ex diis apud ipsos mares sint simul ac feminae.* Scarabaeus vero, de quo infra, ☽ est symbolum. Quod denique simulacra Neith attinet, haec veteres tradunt. Eustathius (Il. A. p. 31. Rom.): *Omnium prima mulier quaedam Aegyptia sedens texuit, vnde et Aegyptii si-*

mulacrum Mineruae (Neith) *sedentis texuerunt.* Horapollo (I. 12.) tradit, eandem esse *masculo-feminam* eique scarabaeum appingi.

Nephthys, Νεφθυς, ♄ significat, ♄ domicilia, maxime ♑, nec non ☽ in ♄ dominiis versantem. Vidimus enim (I. §. 34. p. 41.), Plutarchum Nephthyn inter ea numina numerare, quae cum septem maioribus 12 signa Zodiaci occuparint; eamque vltimo loco ponit, quo Diodorus Venerem (Vraniam) commemorat. Ergo Nephthys, quum reliqua planetis ☿ ♀ ♂ ♃ conueniant, ♄ domum significat. Porro nouimus, deum octauum ♍ respondere, cui signo conuenit Nomus Memphi proximus inferior. Ergo Nephthyos prouincia cadit in domum ♄ vltimam septentrionalem, siue in ♑, cuius capitalis est Alexandria seu Racoti. Reapse signo ♑ praeest ♄ femininus, ♒ ♄ masculinus. Quae argumentatio aliis etiam argumentis confirmatur. Nam Nephthys dicitur vxor et soror Typhonis siue ♄ (Plutarch. Is. 355. 366.), ac si dicatur, ♒ signum masculinum significare Typhonem, ♑ vero Typhonem femininum, seu ♄ sororem et vxorem. Porro Diodorus (I. p. 13.) pro Nephthy nominat Venerem. Quum vero Diodorus in reliquis nominibus consentiat cum Plutarcho; sequitur, eum in mente habuisse alteram Venerem maximam, nimirum Vraniam, siue coelestem. Id ipsum vero nomen Nephthys exprimit. Nam ⲛⲁ-ϕⲉϯ, vel per metathesin ⲛⲁ-ϯϕⲉ *versus coelum, attinens coelum*, Vraniam valet. Constat vero, ♄ supremam sphaeram seu septimum coelum, vel coelum ipsum, in quo stellae fixae apparent, propria fuisse (I. §. 47. p. 60.). Reuera Aegyptiorum in Zodiacis reperiuntur mulierum figurae ad instar coeli inflexae stellulis vndique adornatae, quibus literae ⲛⲧⲡ, hoc est *Netpi* vel *Nephthis* adscriptae sunt (conf. T. II. 3. ♒). Huc facit luculentissimus Plutarchi locus (Is. 355.). *Nephthyn*, inquit, *appellant extremas terrae* (Aegyptiacae) *partes, quae eam terminant, mare vero attingunt, ideoque eam vltimam nominant et Typhonis vxorem dicunt.* Idem alias (p. 375.) testatur, Typhonem (♄) *των ἐσχατων ἅπτεσθαι.* Iam vero quam Aegypti partem veteres vltimam dixerint, apparet ex Dionysio Periegeta, qui Canobi vrbem canit *maxime boreali Aegypti recessu* sitam (v. supra Canob.). Ibidem vero ♄ est prouincia. Ergo Nephthys maxime quidem, quod negari nequit, planetam ♄, dominum ♑, significat. Iam vero Nephthyos nomine non solum signum ♑, sed aliae etiam mundi partes appellantur, quibus ♄ planeta praeest; ex quo consequitur, Nephthyn ♄ etiam in vniuersum significare. Plutarchus (Is. 368.): *Nephthys*, inquit, *est id, quod infra terram situm non cernitur; Isis, quod supra terram manifestum extat.* Et supra vidimus, Nephthyn dici coelum, in quo stellae appareant. Quum vero mundus, vt Eusebius ait, non inter signa Zodiaci, sed inter septem planetas cosmocratoras, diuisus fuerit; clarum est, nomen Nephthyos demum ad ♄ planetam referendum esse. Vtique Infernum pariter atque septima sphaera vltima ♄ planetae sunt propria. Hinc Plutarchus (Is. p. 459. Wytt.) narrat, Osiridem, postquam Isidi (Hemisphaerio superiori) ereptus esset, versari cum Nephthy (Hemisphaerio inferiori, ♄ proprio). Hinc etiam Isidem (☽) et Nephthyn (♄) Plutarchus (Is. 368.) dicit sibi inuicem opponi. Altera enim primam, altera vltimam sphaeram, nec non primum (☽) vltimumque (♄) planetam significant ex ratione Aegyptiaca, secundum quam hic est planetarum ordo ☽ ☿ ♀ ☉ ♂ ♃ ♄. Quod etiam aliud nomen Nephthyos scilicet Σενεφθυς innuit, siue deriuetur a ϣⲓ *vltio*, Νεμεσις, ♄ cognomine, siue a ⲥⲉ *filius* (Epiphan. adv. Haer. p. 1093. fin.); vtrumque ♄ planetam Nephthyn attinet. Adde, quod teste Plutarcho (p. 355.), ipsa Nephthys nuncupabatur Venus (Vrania) h. e. Rhea, ♄ femininus.

Denique et hoc certum, Nephthyn significare ☽ in ♄ dominiis, certe in ♑ versantem. Huc spectat, quod Osiris traditur inscius cum Nephthy (☽) congressus esse. Quo e congressu Anubis natus sit, Isidi valde carus. Alias vero Isidi (☽) progeneratio Deorum omnium adscribitur, alias Rheae, i. e. ☽ in ♄ dominiis. Porro in sistris, quae ☽ sunt sacra, vt infra videbimus, nunc caput Isidis (☽) nunc Nephthyos (☽ in ♑) effingebatur (Plutarch. Is. 376.). Quod denique imagines Nephthyos attinet, paucissima de ea apud veteres reperiuntur. Narrat Plutarchus (Is. 356.), *Isidem cognouisse Osiridis cum Nephthy congressionem ex corona melilotina, quam forte apud Nephthyn Osiris reliquerat.* Idem (p. 366.) tradit, Typhonem Osiridis cum Nephthy coitum cognouisse ex stirpibus germinantibus et meliloto relictis. Itaque, in simulacris Nephthyos loti aliquid fuisse, vero simile est.

Satis, Σατις, ♄ significat, hinc forte ☾ in ♄ dominiis, maxime ♒. Inscriptio graeca in insula Bacchi reperta (Letronne Rech. p. 346.) haec habet: Σατει τῃ και Ἡρᾳ. Ergo Iuno non differt a Sati. Iam Manilius (Astron. p. 170. Bas.) ad ♋, domum ☽, refert Cyllenium, ad ♑ Vestam, ad ♒ Iunonem, quare Iuno ♄, dominum signi ♒, significet necesse est. Huc facit, quod, teste Horapolline (I. c. 11.), hemisphaerium superius Mineruae (♂), inferius Iunoni (♄) propria fuerunt. Hibernum enim hemisphaerium non potest non ad ♄ referri frigidum (p. 58.). Porro veteres Aegyptiorum Athor, quae est ♄ femininus, plerumque Iunonem interpretantur (Jablonsk. Panth. I. p. 6.). Hinc Iuno saepenumero non differt a Rhea, Proserpina et Latona apud Graecos (Kreuzer Symb. II. 568. al.), hinc appellatur *νυχια*, vt Athor (♄). Quum vero Satis ♄ domum significat, non eget demonstratione, etiam ☽ sic nuncupari, quamdiu in illo ♄ signo commoretur. At vero negari nequit, Iunonem etiam ☽ et ♀ significare (Plotin. p. 298.). Quod quidem hoc etiam in loco tenendum videtur. Quum enim inscriptio dicta commemoret Iouem Ammonem (☉), Iunonem, Vestam (♄), Bacchum (♃), Saturnum (♄) et Mercurium (☿), non satis intelligeretur, cur ♄, quum ad Iunonem etiam traheretur, triplici forma illo in loco cultus fuerit. Ceterum Satis nomen maxime affine est Sothi, h. e. ♀, de qua statim plura. Duplex quidem ♄ forma illa inscriptione commemorata (Vesta et Kronos) spectare videtur ad ♄ dominum et signi, et trigoni in ♒.

Sothis, Σωθις, ♀ significat. *Aegyptii*, inquit Damascius (Vit. Isidor. Phot. Bib. C. CCXLII. p. 1043.), *Sothin Isin esse asserunt; Graeci hanc ad Sirium Stellam referunt.* Apud Diodorum (I. p. 24.) Isis de se loquitur, *ego sum, quae in canis sidere oritur.* Horapollo (I. §. 3.): *Est apud Aegyptios Isis sidus, quod Aegyptio quidem nomine Sothis, Graeco vero Astrocyon dicitur.* Plutarchus (Is. 359.): *Canis sidus Isidi sacrum Aegyptii censent.* Idem (Is. 376.) ait, *Aegyptios aestimare, Sidus caniculae esse Isidi proprium.* Theon (Schol. in Arat. p. 22. Oxon.): *Canis ortus circa horam vndecimam apparet. Ibi Aegyptii initium ponunt anni et canem eiusque ortum sacrum volunt Isidi.* Huc accedit, quod decanus primus in ♋ reuera Sothis vocatur, quae quidem decuria ♀ est (I. §. 17. p. 23.). Itaque his ex locis luculenter apparet: 1) Sothin esse Isidis cognomen; 2) Sothin appellari Sidus Canis; 3) Sothin esse ♀ decuriam in ♋. Quum vero Isis et ☽, et ♀ significet, quumque nomina decanorum spectent ad eos, quibus subiecti sunt, planetas; sequitur, Sothin primo quidem ♀ decanum, hinc vero ♀ planetam exprimere. Ceterum puto, Sothin etiam dici de ☽ in decuria ♀, vel in ♋ initio versante. Nimirum traditur a Diodoro (I. p. 24.), Isidem esse, quae in canis sidere oriatur. Quod referri potest etiam ad ☽

in decuria ♀, Sothis appellata, orientem, eamque nouum annum incipientem. Constat enim ex Horapolline (I. 3.), Isidem significare annum. *Annum*, inquit, *demonstrare volentes, Isin, h. e. feminam pingunt, quo etiam signo Deam pingunt. Est autem apud eos Isis sidus, quod Aegyptio quidem nomine Sothis, Graeco vero Astrocyon dicitur.* Anni quidem Aegyptiaci initium erat, oriente canicula (Theophil. ap. Gaulmin. vita Mosis I. 10.). Quod non solum valuisse videtur de anno Aegyptiorum astronomico, verum etiam de magno, seu de periodo Sothica, quin imo de maximo anno, inde a creatione mundi vsque ad eius interitum (ἀποκατασταστασιν) durante. Hinc Porphyrius (Antr. Nymph. p. 264. Cant.), *Aegyptiis*, inquit, *initium anni non aquarius est, vt Romanis, sed cancer. Prope cancrum vero est Sothis; et prima mensis dies ipsis est Sotheos ortus, qui generationis mundi ducit initium.* Aeneas Gazaeus (Bibl. M. Patr. Par. XII. p. 647.): *Prophetae Aegyptiorum, initium rerum omnium indicaturi, cancro mundi conditi tempus adscribunt.* Macrobius (Somn. Scip. c. XXI.): *Aiunt Aegyptii, in hac genitura mundi — horam fuisse mundi nascentis, cancro gestante Lunam.* Hunc vero ☽ locum in ♋, nascente mundo, accuratissime describunt astrologi (Firmicus L. III. cap. 1. p. 46.). Scilicet, Anubide teste, tum temporis ☽ in gradu 15 ♋ versabatur. Quum igitur recolligimus, Sothin vocari Isidem, et annum exprimi Isidis figura, et annum nouum incipere ☽ in ♋ versante; haud improbabile, Sothin etiam ☽ in ♋, vel in decuria ♀ in ♋ versantem significare. Huc facit nomen Sothi (Σωθι), quod Plutarchus (Is. 375.) significare dicit grauiditatem et vtero gestare (κυησιν ἡ το κυειν). Reapse ϭι-ⲟϯ, ϭι-ⲱϯ est *capere*, vel *gestare vtero*. Sic et statio lunae, a stella quadam canicula in ♏ dicta, appellatur ϭι-ⲱϯ i. e. Sothis vel Canicula (I. §. 16. p. 22. n. 19.). Inter planetas vero ☽ omnium rerum generatio adscribitur. De imagine Sotheos ex Horapolline (l. c.) id saltem constat, eam habitu femineo expressam fuisse.

Thermuthis, Θερμουθις, ♂ significat femininum, nec non ☽ in ♂ domiciliis. Scilicet Thermuthis dicitur et serpens mortifera, et Dea terribilis. Epiphanius (adu. Haeres. III. 1093.), *Aegyptiorum*, inquit, *alii quidem Tithramboni, quam Hecaten interpretantur, alii vero Nephthy et alii Thermuthi initiantur.* Aelianus (X. c. 31.): *Aspidis genus vnum Thermuthin Aegyptii nominant. Hanc sacram esse aiunt et summa religione colunt.* Idem (VI. c. 38.) hanc serpentem dicit *inuicto veneno esse, quoniam amplius quatuor horis, quos momorderit, viuere non possint.* Consentit Ouidius (Amor. El. XIII.), quum de ea haec canit; *plenaque somniferi serpens peregrina veneni.* Quum vero ex his locis clarum sit, Thermuthin esse Deam mortiferam, vt Tithrambonen, Hecaten, Nephthyn; sequitur eam non nisi aut ad ♄ aut ad ♂ referri debere. Nam solius ♄ et ♂ sunt numina noxia vel mortifera (I. §. 46. I. p. 56.). Huc facit nomen Thermuthis, ⲑ-ⲉⲣ-ⲙⲱⲟⲩⲧ, *quae affert mortem.* At mors repentina soli ♂ adscribitur (I. §. 49. p. 62.). Porro soli ♂ serpentes mortiferae sacrae sunt (I. §. 49. p. 62. No. 5.). Deinde est Nili alueus nunc *thermuthiacus*, nunc *pharmuthiacus* (ⲫ-ⲉⲣ-ⲙⲱⲟⲩⲧ, *qui affert mortem*) dictus, qui haud procul a Sai prouinciam ♂ percurrit. Denique mensis Aegyptiorum octauus audit ⲫ-ⲁⲣ-ⲙⲟⲩⲑⲓ (ⲫ-ⲉⲣ-ⲙⲱⲟⲩⲧ *mortifer*), qui quidem respondet ♈, alteri ♂ domicilio. Pluribus non opus est ad intelligendum, Thermuthin spectare ad ♂. Quamuis vero ex his clarum sit, Thermuthin significare primum quidem ♂ planetam femininum, hinc ♂ domicilia, nempe ♈ et ♏; negari tamen nequit, Thermuthin etiam ☽, nimirum nouam, in ♂ signis, maxime in ♏, versantem, valere.

Etenim ♏ domus ♂ est feminini. Tradit Aelianus (X. c. 31.), Thermuthin serpentem *summa religione coli eaque Isidis simulacra, tamquam regis quodam diademate coronari.* Habes itaque Isidem ☽ proprietates ♂ assumentem, quod, vti vidimus, accidit, quum in ♂ domiciliis versetur. Adde loca Ouidii (Amor. II. e. XIII. Met. IX. v. 687.), quibus de Iside canit: *Per tua sistra precor — sic tua sacra pius semper Osiris amet pigraque labantur circa donaria serpens: Inerant* (Isidis) *lunaria fronti cornua — et regale decus — plenaque somniferi serpens peregrina veneni.* At ne putes, hanc serpentem in capite Isidis merum esse huius deae ornamentum. Horapollo (I. 1.) docet, serpentes, quae plerumque deorum capitibus imponantur, eas esse ab illa, Thermuthi appellata, diuersas, quippe innoxias et immortales. *Ceterum*, inquit, *Vbaeus* (s. Vraeus), *cum tria serpentum genera, solum hoc ex omnibus immortale est, caetera mortalia. Vnde merito deorum capitibus inseritur.* Denique Aelianus (X. c. 31.) diserte testatur, *dici Isidem, aspidem eam* (Thermuthin) *sceleratissimis hominibus immittere, vt iustitiae perspicacissimae symbolum.* Ergo ☽ noua in ♂ possessionibus appellatur Thermuthis. De huius deae imaginibus id saltem ex locis allatis clarum est, eas fuisse figura feminae, aspide seu Thermuthis specie in capite ornatae.

Thueris, *Θουηρις*, ad ♄ referri debet. Plutarchus (Is. 358.) solus hanc deam commemorat, dicens: *Narrant, subinde pluribus ad Horum transeuntibus, pellicem quoque Typhonis, nomine Thueris, ad eum se contulisse, et anguem, qui eam prosequeretur, ab Horo dissectum interemtumque fuisse; ideoque adhuc funiculum in medio proiici et conscindi.* Quemadmodum vero Nephthys (siue ♑) vxor ♄, ita et Thueris (siue ♒) pellex eiusdem dici poterat. Porro quod dii Typhonis partes reliquisse et ad Horum transiisse dicuntur, id spectat ad signa Zodiaci proxima post solstitium hibernum. Pugna enim Hori cum Typhone significat Solem ex hiberno solstitio (♑ 0°) prodeuntem atque contra frigus (♑ et ♒) pugnantem. Quum Typhon superaretur, non mirum est, dominam ♒ a Typhone defecisse ad Horum, i. e. eam ☉ verni vires auxisse. Huc facit nomen *Θουηρις* i. e. ⲑⲏⲟⲩⲣⲏ, *ventus meridionalis.* Vtique ⲑⲟⲩⲣⲏⲥ Austrum significat. Regio vero Aegypti maxime australis est prouincia ♄, signo ♒ respondens. Quum res naturales eorum assumant deorum nomina, quibus illae subiectae sint; hinc et Thueris primum quidem ♄ planetam, hinc dominum in ♒, hinc ventum a ♒ terrestri prouenientem significare potuit.

Tithrambo, *Τιθραμβω*, ♄ significat, nec non ☽ in ♄ dominiis. Primum enim Tithrambo non differt ab Hecate, et Brimo, et Proserpina. Epiphanius (adu. Haer. III. p. 1093.) tradit, *Aegyptiorum alios quidem Tithramboni, quam Hecaten interpretantur, alios Nephthy, alios Thermuthi initiari.* Ad Lycophronis (Cass. v. 1176.) verba *Βριμω τριμορφος* haec Tzetzes addit: *Brimo eadem est, quae et Hecate dicitur. Etiam nomine eodem Proserpinam compellant. Videtur vero haec et Hecate vna eademque esse.* Iam vero de his numinibus mala quaeque et perniciosa praedicantur, quae non nisi malorum principi ♄ conuenire possunt. Apuleius (Met. XI.): *Siue tu Ceres — seu nocturnis vlulatibus horrenda Proserpina.* Virgilius (Aen. IV. 609.): *Nocturnisque Hecate triuiis vlulatu per vrbes et dirae vltrices.* Seruius (ad h. l.): *Hecaten autem invocat causa vltionis. Vnde et Furias vocat.* Vltio quidem ♄ est propria, vnde et *Νεμεσις* vulgo vocabatur (I. §. 4. p. 12.). Porro Tithrambo constat vocabulis ϯ-ⲑⲣⲉ-ⲙ̀ⲃⲱ. Significat autem ⲙ̀ⲃⲱ, vel, addito ⲛ prosthetico, ⲙ̀ⲃⲟⲛ *iram, vltionem*, vnde Tithrambo est, *quae agit iram*, siue *Νεμεσις*, ergo ♄ planeta. Deinde ⲙ̀ⲃⲱ est nomen vrbis Ombos, quae, capitalis pro-

vinciae Aegypti maxime meridionalis, respondet signo ♒, ♄ dominio; vnde et Ombitae crocodilum ♄ coluerunt. Itaque Tithrambo valet ♄ eiusque signa; significat vero etiam ☽ in ♄ dominiis versantem. Scilicet diserte commemoratur Isis irata et perniciosa, quod valet de ☽ certa quadam ad terram relatione cogitata. Sic Pseudo-Hermes in dialogo Asclepio (p. 99. Elmen.), *Isin*, inquit, *quam multa bona praestare propitium quantis obesse scimus iratam.* Item Iuuenalis (Sat. XIII. 91.) canit: *Decernat quodcunque volet de corpore nostro Isis* (☽) *et irata feriat mea lumina sistro.* Qua vero Zodiaci in parte ☽ sit perniciosa, docet Eustathius (Od. XIV. 457.), quum dicit, ☽ cum ☉ in Perihelio (♑) coniunctam turbulentam dici. *Ἡ γαρ τοιαυτη σεληνη δια την προς ἡλιον συνοδον και τον ἀερα μεταβαλλει προς το ταραχωδεστερον. ὁτε και κελαδεινη κυριως ἐστιν ἡ Ἀρτεμις, ὁ ἐστιν ἡ σεληνη.* Porro astrologi ☽ in ♑ et ♒ constitutae maxima quaeque mala adscribunt. Firmicus (V. c. 8. p. 141.): *Nati, quum ☽ in ♑ versatur, aliquibus laboribus ac perturbationibus impediti in maximas incident augustias. In ♒ si ☽ fuerit inuenta, homines erunt vagi, profugi, extorres et qui fugitiuos vt plurimum insequantur.* Adde, quod Isis, Osiride Isidis marito a Typhone sub solstitium hibernum interfecto (♑ 0°), furiosa cum Horo Typhonis facinus vlta fuisse dicitur. Itaque Tithrambo etiam ☽ nouam in ♑ vel, quum illud ⲘⲂⲞ, ♄ cognomen in ♒ imperante vrgeas, maxime in ♒ constitutam significat. Quod simulacra Tithrambonis attinet, ei adscribitur, vt vidimus, sistrum, quo lumina hominum obcaecare et Typhonem abigere dicitur. Ceterum triformis appellatur haud dubie, a tribus formis, quas ☽ assumat, sic dicta, nimirum a nouilunio, plenilunio et semilunio. Adde Capellae verba (Nupt. Phil. II. p. 41.). *Triformis*, inquit, *discolorque vertigo terribili quadam maiestate rutilabat. Quae licet cornigera et aspera videretur egestionibus; opportune tamen et felem et ceruam etiam conuersiones bis binas vultibus praeferebat.*

Typhi, *Τυφι*, ♂ significat femininum. Reperitur hoc nomen in papyro Graeca Lugduni Batauorum in Museo Aegyptiaco splendidissimo asseruata, quam Reuvens, V. C., in libro: Lettres à M. Letronne Lugd. B. 1830. p. 156. obiter descripsit. Quum scilicet illo in loco septem numina maxima, quippe planetae, enumerentur; clarum est, Typhi significare aut ♄, aut ♂. Typhi enim non differt a Typhone, Typhaeo, ϯ-ⲟⲩⲃⲉ *aduersario*, quem supra diximus nunc ♄, nunc ♂ significare. Quum l. l. vltimus Deus *Συχος*, i. e. ⲥⲟⲩⲭⲓ *crocodilus*, qui ♄ sacer erat, diserte dicatur; sequitur Typhi ♂ significare. Quod ordinem planetarum attinet ibi constitutum (☉ ♂ ☽ ♃ ♀ ☿ ♄); auctor secutus esse videtur dignitatem Deorum, ad quam etiam Manetho Vulcanum (♂) et Martem (♂) in deorum et primo, et secundo ordine reliquis praetulit. Quod vero Typhi cognominatur Aphrodite, vidimus ♂ femininum etiam Venerem dici, veluti Bellonam. Vtinam viro clarissimo et praenobilissimo Reuvensio, de monumentis Aegyptiacae antiquitatis grauissimis, quibus Museum Lugdunense splendidissimum abundat, quam primum edere placeat, quae haec nostra studia adiuuare atque disciplinas historicas omnemque antiquitatis cognitionem illustrare posse videantur.

---

§. 10.
Animalium quadrupedum significatus.

Quum in superioribus dictum sit de symbolis numinum astronomicorum phoneticis, nimirum de variis Deorum Dearumque nominibus nunc ad planetas, nunc ad Zodiacum spectantibus, nec non de simulacris, quibus numina Aegyptiaca effingantur; superest videre de viuis Deorum imaginibus, nempe de animalibus, vegetabilibus aliisque rebus, quibus tum planetae, cum variae Zodiaci partes exprimerentur. Qua quidem in disquisitione tribus potissimum auxiliis adiuuabimur. Primo enim veteres ipsi indicant, quibus planetis certa animalia, vegetabilia aliaeque res sint consecrata, aut quibus saltem diis. A diis vero, quorum relatio ad planetas cognita fuit, ad planetas concludere licet. Deinde, quum omnes ac singulae res naturales a planetis profectae crederentur, quippe iis, quorum similis esset ratio; saepenumero ex indole et natura animalium et vegetabilium intelligi poterit, quosnam ad planetas illa spectent. Denique, quum res Aegyptiorum sacrae symbola planetarum et *μιμηματα θεων* (Porph. Abstin. IV. p. 372.) valerent atque iis in locis haberentur, quae certis Zodiaci partibus responderent; saepenumero ex patria rerum sacrarum intelligitur, quibusnam planetis conueniant singula. Ceterum praemonere licet, in animalibus sacris definiendis discernendum esse inter masculina et feminina. Sic catus aliud significat, quam felis.

I. *Quadrupeda lactantia.*

Aper, *συαγρος*, *καπρος*, ⲣⲓⲣ, ♄ symbolum. Aper enim genere non differt a sue, quem diserte veteres, vt infra videbimus, ♄ adscribunt. Praeterea aper ad animalia noxia pertinet, quippe ♄ propria. Adde locum clarissimum Macrobii (Sat. I. c. 21.): *Adonin*, inquit, *Solem esse non dubitatur. Ab apro autem* (♄ Typhone) *tradunt interemtum Adonin* (☉), *hyemis* (♑ et ♒, ♄ domiciliorum) *imaginem in hoc animali fingentes.* Hinc in Zodiaco-Persico-Romano (Seel's Mythras Geheimnisse Tab. XIX.) ♄ dominus ♑ apro exprimitur. Ceterum Adonis ipse deus Aegyptius, siue natus in Aegypto dicitur (Isacius Tzet.). Tradit quidem Firmicus (Prof. Rel. p. 21. s.) esse Martem, qui formam apri subierit; at confundit haud dubie Martem Typhonium (p. 123.) cum Saturno ipso. Denique Typhon, aprum persecutus, corpus Osiridis inuenit (Plut. Is. 354.). Constat autem, animalia eorum deorum esse simulacra, cum quibus commercium habent.

Apis, taurus Memphiticus, symbolum ☽, de quo vide infra s. v. *Taurus*.

Aries, *Κριος*, ⲕⲣⲓⲟⲥ (ϩⲟⲗⲕⲓ?) ♃ symbolum, nec non ♂. Neminem fugit, arietem Ioui Ammoni (♃) sacrum fuisse: Iouem arietis caput sibi imposuisse, ne cerneretur ab Hercule (☉); arietem Thebis (in ♃ domicilio) cultum fuisse, eiusque generis alia; e quibus elucet, arietem ad Iouem, siue ♃ planetam spectare. Hinc et astrologi texturam lanae ♃ planetae adscribunt (I. §. 48. p. 60. no. 3.). Ceterum negari nequit, arietem etiam ♂ symbolum esse. Quemadmodum enim ouis culta fuit Thebis, ita quoque Sai et Athenis, vt Mineruae siue Neith symbolum, habebatur (Strabo XVII. p. 559. Clemens A. Strom. p. 25.). Sais vero est domus ♂ atque Neith ♂ femininum significat, vt vidimus (p. 136.). Hinc Aries (♈) domum ♂ valet. Hinc et Indorum ♂ arieti insidens fingebatur, vt ♀ passeri (Kreuzer Symb. Tab. XXXI.). Huc spectant fabulae

Graecorum permultae, quas iam non opus explicare ad confirmandum id, quod diximus, arietem et ♃ et ♂ significare. Huc facit, quod teste Aeliano (XII. 40.), ouis Iunoni (♂) sacra in insula Samo fuit culta. Puto Samum dictum esse a Som, ϫⲱⲙ, Aegyptiorum Hercule. Maxima enim Samiorum dea Iuno erat. Offendit sane haec ambignitas. At tenendum, facillime eiusmodi difficultates tolli potuisse. Scilicet quum Iupiter criocephalus (v. Amun p. 97.) et caeruleo, et rutilo colore pingeretur; aries caeruleus ad ♂, rutilus ad ♃ spectare videtur. His enim planetis conveniunt illi colores. Annotare liceat hoc loco, quid significet id, quod veteres dixerunt, agnum in Aegypto regnante Boccharo locutum esse. Scilicet agnus ille symbolum Iouis, cuius oracula in vulgus nota sunt, significat Iouem Ammonem primum vaticinantem. Idem valet de equo loquente apud Homerum atque de tauro aliquando vaticinante. Quare magnopere falli se passi sunt, qui eiusmodi fabulas pro miraculis vendiderunt.

Asinus, *ὄνος*, ⲉⲱ, ⲓⲱ, ♄ significat. Asinus Typhoni carissimus dicitur (Plut. Is. 362. Aelian. X. 28.), eiusque colorem Typhon prae se ferebat (ib. 363.). Astrologi asinum ♄ adscribunt (I. §. 47. p. 60.). Coptitae, quippe ☉ prouinciam habitantes, praecipitabant quotannis asinum, inimicum nimirum Solis. Typhon asino vectus dicitur ex praelio contra Osiridem rediisse (Plut. Is. 363.). Teste Horapolline (p. 87.) mula significat sterilitatem, ♄ propriam (I. §. 47. p. 59. n. 5.) Non opus est pluribus.

Camelus, *Καμηλος*, ϫⲁⲙⲟⲩⲗ, ☉ symbolum. Camelus enim maximo in honore erat apud Persas, atque sacerdotes habebant vestimenta pilis camelinis contexta. Credebant adeo, summum deum (☉) mutatum fuisse in Camelam (Brissonius de reg. Per. princ. p. 176. 497. 700.). Sacerdotes vero non solum apud Persas, sed Aegyptios quoque ☉ erant consecrati (Ptolem. Quad. L. I. p. 50. Bas.). Horapollo camelo adscribit (II. 100.) segnitiem, quae conuenit ☉, quum ☽, ☿ et ♀ comparatur, atque inflexionem gressus, quo alludit ad ☉ in hemisphaerium inferius flectentem. *Hic enim solus*, inquit, *ex omnibus animalibus crus inter eundem inflectit.* Ceterum Camelus ♂ aut ♄ aliquid habuisse videtur, quoniam prohibitum erat, eius carne vesci (Levit. XI. 4.).

Canis, *Κυων*, ⲟⲩϩⲱⲣ, ☿ significat. Nam ☿ planetae adscripti sunt alatores canum omnis generis (I. §. 52. p. 65.). Porro Plutarchus (Is. 355.) testatur, canem Anubidi (☿) sacrum esse. Adde Horapollinem (I. 39.), quo loco dicit, canem significare *scribam vatem*, *vespilionem*, quae quidem personae ☿ sacrae sunt (p. 65.). Ex Apuleio vero (II. p. 384.) sequitur, canem album ☿ praecedentem ☉ sidus, nigrum ☉ sequentem significare. Ceterum canis colebatur Cynopoli (Stephan. B. s. h. v. Apul. L. XI. p. 38.) vt Anubidis (☿) symbolum, vnde et Anubis latrator vocatur, quae vrbs respondet decuriae ☿ in ♋. Adde, quod in Zodiaco etiam Indico planeta ☿ cani insidens fingitur atque ☿ dominus stationis ☽ secundae cane exprimitur (Transactions of the R. Asiat. Soc. Vol. III. P. I. Tab. I. Kreuz. Symb. Tab. XXXI.). Vide s. p. 138.

Caper, *τραγος*, *αἴξ*, ϩⲁⲉⲙⲡⲓ, ⲙⲁⲛⲧⲱϫⲓ, ϩⲁⲣⲏⲓⲧ (*χιμαρος*) ☿ et ♀ symbolum. Ex loco Herodoti (II. c. 46.) clarum est, id quod significet caper, idem significare capram atque alia huius generis animalia, quibus gazellae adnumerandae videntur. *Mendesii*, inquit, *venerantur omnia animalia caprini generis*, *sed capros tamen mares plus quam feminas.* Est autem caper Pani sacer, qui quidem, vt vidimus (p. 110.), nunc ☿, nunc ♀ significat. Ampelius (Lib. Memor. c. 11.) tradit, Pana, quum dii fugerent Typhonem, in caprae figuram se conuertisse. Nonnus (Collect.

hist. ad Gr. Nazianz. L. II. h. 27. p. 169.): *Aegyptii Panem vocant Mendetem, quoniam lingua ipsorum Mendes hircum sonat. Et tanta religione Mendetem siue Pana hunc colunt, vt etiam a capris omnino abstineant.* Suidas (v. *Μενδην*): „Hircum Mendesium colunt Aegyptii eo, quod virtuti prolificae ac genitiuae consecratus est. Nam animal hoc coitus valde cupidum est.“ Aegyptii autem et ♀, et ☿ voluptatem et libidinum cupiditatem adscribunt (I. §. 51. 52. p. 64.). Teste Ouidio (Met. V. 329.) caper etiam Baccho (☉ in ♎ et sequentibus signis) sacer erat, quo etiam spectat *ἔριφος Ἀδωνιαστης* apud Hesychium. Hinc clarum est, caprum maxime ♀, et quidem ♎, domum ♀, significare. Quare et caper potissimum in nomo Mendesio ♀ domicilio (♎) colebatur. Praeterea capram quidem ☿ significare, innuit Aelianus (XII. 43.), dicens cornua caprae piscatoribus, qui ☿ sunt proprii, vtilia esse. Idem refert (X. 23.), Copti capras feras haberi, Isidi (♀) sacras, quas, etsi capri immolentur, nefas sit mactare. Neque hoc mirum, quum ♀ et ☿ multa habeant communia (I. §. 54. p. 68.).

Cercopithecus, *κερκοπιθηκος*, ☿ significare videtur. Teste Iuuenali (Sat. 15.), hoc vtique animal in Aegypto colebatur. Quum simii in vniuersum ☿ sacri fuerint, de quo infra; haud dubie etiam cercopithecus huius dei simulacrum valuit. Certe Zodiacus Indicus (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. 1. Tab. 1.) ☿ dominum stationis ☽ 16 cercopitheco exprimit.

Cerus, *ἔλαφος*, ⲉⲓⲟⲩⲗ, ⲉⲟⲩⲗ, ⲓⲉⲟⲩⲗ, ☿ symbolum nec non ♀. Ex loco enim Aeliani (XI. 7.) apparet, hoc animal Apollini (☿) sacrum fuisse. Idem (XII. 46.) narrat, ceruos musica, quae ☿ est propria, delectari. Ceterum ceruus Aegyptius non differt genere a dorcade et gazella, quas infra videbimus ☿ symbola. Etiam natura cerui quippe velocitas ad ☿ post ☽ celerrimum planetam spectat. Ceterum negari nequit, ceruum, vel potius ceruam ♀ esse symbolum. Notum enim, Dianam (Artemida, Dionysi et Isidis filiam, ♀ ♎) fingi cum cerua. Huc spectat etiam capra fera Isidi (♀) consecrata in vrbe Copti (Aelian. X. 23.). Sic Apollo (☿) et Diana (♀) finguntur in curru duobus ceruis vecti (Kreuzer Sym. II. p. 180.). Ceruus autem et cerua ☿ et ♀, quae alia multa habent communia, propter celeritatem sane conueniunt. Praeterea damam Indi ♄ adscribunt domino stationis ☽ 14 (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.).

Cuniculus ♀ animal valuisse videtur, de quo disseratur infra s. v. *Lepus*.

Cynocephalus, *Κυνοκεφαλος*, ☿ significat. Cynocephalus enim simiorum species est, qui, vt veteres diserte tradunt (I. §. 52. p. 66. no. 5.), ☿ sacri erant. Ceterum cynocephalus cum cane et Anubide (☿) Cynopoli colebatur (Strabo XVII. p. 812.), quae vrbs respondet decuriae ☿ in ♋. Porro tradit Horapollo (I. 14. p. 24.), cynocephalum significare literas (☿), terrarum orbem, cui praeest ☿ (Esmunus). Hinc in templo Anubidis, teste Luciano (Op. T. II. p. 75.) habebantur cynocephali aurei, caduceus, phialae, statua Anubidis aurea, quae omnia ☿ sunt symbola. Tradit vero etiam Horapollo, cynocephalum ☽ esse symbolum (I. 14.). Etsi hoc inde explicari possit, quod ☿ et ☽ multa communia habent; puto tamen Cynocephalum non masculinum, sed femininam ☽ sacram fuisse. Tradunt enim veteres (l. c.), solum hoc animal praeter hominem menstruationem pati.

Dorcas, *δορκας*, ϭⲁϩϫⲓ, ϭⲟϩϫⲉ, غزال, ☿ symbolum. Haud dubie dorcas passim confunditur cum caprea, hinnulo, pullo dorcadis, ceruo, capreolo, gazella atque similibus eiusdem generis animalibus. Propter velocitatem et inconstantem cursum haec animalia et ☿ et ♀ conueniunt, et

vidimus (art. Ceruus), vtrique planetae ceruum sacrari. Quum vero Aelianus (X. 23.) diserte tradat, capras feras (θηλειας δορκαδας) Isidi (♀) sacras esse Copti, ibidem vero masculinos immolari; opinor, dorcadem masculinam ☿, femininam ♀ consecrari.

Elephas, ἐλεφας, ☉ significare videtur. Tradit Horapollo (II. 85.), elephanto exprimi regem, qui omni studio stultitiam fugiat ac imprudentiam. Sol vero coeli rex nuncupatur, eique reges sacri erant (I. §. 50. p. 63.). Deinde Diodorus (I. 20. p. 230.) narrat, Osiridem (☉) elephantos venatum esse. Vidimus autem, diis ea animalia esse sacra, cum quibus commercium habent. Sic Typhon dicitur aprum venatus, quod animal vtique Typhoni (♄) sacrum erat. Porro Aelianus narrat (VII. 44. VIII. 28.), elephantum pie colere ☉ et ☽, horrere vero suem (♄). Religio in Deos maximos sane innuit, elephantum ad ☉ tamquam patrem referendum esse. Auersatio vero a sue nihil aliud indicat, quam Iouem (☉) timere a Typhone (♄), aduersario suo. Idem tradit Horapollo (II. 86.). „Regem, inquit, qui nugacem vitet hominem, elephantum cum porco pingentes. Is enim voce porci audita aufugit.“ Ceterum in numis Mauricis cernitur altera in parte caput Iouis Ammonis (☉), altera elephas (Eckhel. IV. p. 154.). Iam vero non absque ratione coniicio, elephantum etiam ♂ significare. Scilicet ☉ et ♂ fortitudinem et potentiam communem habent, quae sane in elephante coniunctae cernuntur. Hinc Horapollo (II. 84.), *eum*, inquit, *qui simul et viribus et ingenio valeat, volentes significare elephantum pingunt cum sua proboscide. Hac enim odoratur et incidentia consequitur* (κρατει των προσπιπτοντων). En virtutes Martiales. Notum enim, ♂, ac Mineruae et Neithae, acumen ingenii adscribi (I. §. 49. pag. 61.). Etiam notum est, elephantos in bellis et pugnis adhibitos fuisse, quae sunt ♂ artes. Adde locum Firmici (L. VIII. p. 235. s. 28°.). „Quodsi ♂, inquit, in ista parte fuerit inuentus, profusionem sanguinis patientur alii, alii elephantiam, quidam vero phrenesin.“ Certe profusio sanguinis ♂ est propria (I. §. 49. p. 61.), quare et elephantia, ab elephanto dicta, a ♂ proficisci videtur. Huc pertinet, quod ⲟⲩⲗⲡⲉ squamam leprae significat. Hinc etiam Aelianus (XIII. 22.) tradit, *elephantem motus quosdam bellicos edere, velut ostendentem, quod hanc etiam disciplinam seruat.* Apprime huc facit mythologia Indica, quam nemo iam credit differre ab Aegyptiaca. Scilicet in duabus tabulis Indicis (Kreuzer Symb. Tab. XXVII. et XXIX.) facile discernuntur Dii Zodiacales ordine consueto, altera ☽ ☉ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄ et sic porro, altera ☿ ☉ ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ compositi. Quibus in tabulis his ♂ capite elephantis pingitur. Praeterea priori in tabula ipse ♂ alia Martis insignia gerit, securim et flagellum Bellonae; secunda vero ☉ et ♂ in sacello positi repraesentantur, vt ♌ et ♈ signorum domini in tabula Isiaca, de quo alias. Porro Zodiacus Indicus (Transactions of the Asiat. Society Vol. III. P. I. Pl. 1.) ♂ dominum stationis lunaris 26 exprimit elephantis specie. Itaque his de causis vix dubitare licet, elephantum primo quidem ☉, deinde vero etiam ♂ significare. Puto autem, quum Horapollo diserte commemoret proboscidem, quo loco elephantum ♂ adscribit, ♂ potissimum proboscide, quae in scriptis hieroglyphis passim cernitur, ☉ aliis elephantis partibus exprimi.

Equus, ἱππος, ϩⲑⲟ, ϩⲧⲟ, ⲉϩⲑⲟ, ☉ et ♃ significat. Habebantur enim equi, vt Lucianus (Syr. Dea p. 907.) refert, Heliopoli, quae est ☉ prouincia. Porro tradit Plutarchus (Is. p. 379.), equum apud Persas, quorum mythologia non differt ab Aegyptiaca, ☉ esse consecratum. Constat etiam Solem vehi ab equis. Adde locum Plutarchi (Is. 358.), quo docet, Horum (☉) equis vti, non

leonibus, in persequendo Typhone. Hinc Clemens Alexandrinus (Strom. V. p. 567.) testatur, equum esse fortitudinis et audaciae (*ἀνδρειας και παρρησιας*) symbolum, quae ☉ sunt virtutes (I. §. 50. p. 63. n. 2.). Ceterum, cum ☉ et ♃ similes natura putarentur, non mirum etiam ♃ significare equum, vt Astrologi docent (I. §. 48. p. 61. n. 5.). Hinc sane Indi (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) stationem ☽ 20, ♃ propriam, *equa*, atque infra 26, ☉ propriam, *equo* significant.

Felis, *αἴλουρος*, ⲙ-ϣⲁⲩ ♀ et ☽ significat. Plutarchus (Is. 376.) *Felis*, inquit, *Lunam repraesentat, ob animalis illius varietatem ac vim noctu agendi et foecunditatem. Dicitur enim vnum principio catulum parere, deinceps duos, tres, quatuor, vnoque subinde plures, donec septem vno partu edat. Itaque* 28 *parit, qui est numerus dierum Lunae. Verum hoc fortassis fabulae sit similius. Sed felis oculorum pupillae impleri dilatarique videntur sub plenilunium et Lunae lumine decrescente attenuari atque languescere.* Habes itaque vinum ☽ simulacrum, *μιμημα θεας*, vt veteres loquuntur. Adde Demetrium (Elocut. §. 159.). *Multas autem praeterea fabulas*, inquit, *fingunt vtiles et accommodatas rebus. Veluti quidam de fele dicens, quod vna cum Luna extenuaretur et pinguesceret, adfinxit: hinc et fabula exorta est, Lunam peperisse felem.* Itaque felis ipsius ☽ est progenies et symbolum; quemadmodum veteres putabant, totum mundum omnesque eius partes aliquo ex planeta progenitas esse. Non opus est pluribus. Iam vero certissimum est, felem non modo ☽, sed etiam ♀ significare. Neque hoc mirum, quum ☽ et ♀ natura crederentur similes (I. §. 54. p. 68.). Constat, Bubasti felem cultam (Stephan. s. h. v.), ibidem feles per totam Aegyptum mortuas sepultas fuisse (Herod. II. 54.). Bubastis vero vrbs respondet ♎, domicilio ♀. Porro narratur dea ♀ in felem mutata esse, vt effugeret Typhonis crudelitatem. Antonius (Metam. f. 28.), *Apollo* (☿ ♊), inquit, *mutatus est in accipitrem, Mercurius* (☿ ♍) *in Ibin, Mars* (♂ ♏) *in piscem lepidotum, Diana* (♀ ♎) *in felem.* Quod neutiquam valet de planetis, sed de 12 signorum dominis; vt Ouidii locus (Met. V. f. 5.) docet. Ait enim, mutatos esse Ammonem in arietem (♃ ♈), Delium in coruum (☿ ♊), prolem Semeleiam (♀ ♎) in caprum, sororem Phoebi (☽ ♋) in felem, Saturniam (♄ ♑) in vaccam, Venerem in piscem (♂ ♏), Cyllenium in Ibidem (☿ ♍). Ab his plane diuersum est id, quod Horapollo (I. c. 10.) tradit. *Aiunt*, ita is, *felem marem, iuxta varium Solis habitum et cursum pupillas commutare, ad ortum quidem Solis mane nonnihil extendi, sub meridiem velut rotundas fieri, Sole ad occasum vergente obtusiores obscurioresque apparere. Vnde et quae est apud Heliopolin Dei Solis statua speciem felis prae se fert.* Itaque felis etiam ☉ significat. Tenendum autem, quod saepius animaduertimus, discernendum esse inter genus animalium masculinum et femininum. Ceterum teste Hygino (Ast. C. II. c. 28.) Diana (♀) se mutauit in catum, quod poeticum videtur pro fele.

Gazella, Antilope, *δορκας* (?), ☿ significat. Haud dubie enim ceruus Aegyptius non alius est, quam Antilope, vel Gazella Aegyptiorum notissima. De ceruo autem, vel dorcade satis dictum supra.

Hinnulus, quem Cicero aliique Aegyptiis sacrum dicunt, ♀ symbolum esse videtur, quum certam Antiloparum speciem significat. Quum vero conuenit cum oryge seu ortyge infenso, ♂ haud dubie denotat. Sane difficile est, certi aliquid de his animalibus dicere. Videamus, quae veteres obiter nos doceant. Teste Plutarcho (Is. 364.), Bacchantes in festo Bacchi gerebant pelles

hinnulorum. Bacchus vero, siue Dionysus, Osiris, est ☉ in ♎, ♀ domo. Ergo hinnulus ♀ symbolum. Alii in eodem festo gerebant pelles pantherarum, quod eodem redit. Panthera enim, quum ad felium genus pertineat, pariter atque felem, ♀ designasse, plus quam probabile est (v. infra Panther). Hinc etiam Bacchum panthera vectum fingebant, quasi ☉ insideret signo ♎, ♀ domicilio. Huc spectat locus apud Theonem (Arat. Phaen. p. 22.), quo narrat, oriente Canicula ortyga (ὀρτυγα) sacrificatum fuisse. Haud dubie enim non legendum ἰρυγα, vt voluerunt, pro ὀρτυγα, quod omnes codices habent. Vtrumque vero vocabulum idem significat (vid. infra Oryx.). Item Aelianus (VII. 8.) narrat, orygem praesentire caniculae ortum et sternutamento indicare. Canicula vero, Sothis dicta, ♀ decuriae, scilicet primae in ♋, respondet. Iam vero orygem vel ortygem antiloparum speciem fuisse, ad quas etiam hinnulus pertinet, claret e loco Aeliani (VII. 8.), quo id animal cum capra Libyca i. e. antilope, hinnulo, gazella coniungit atque eandem naturam vtrique animali tribuit. Itaque oryx quidam, quum Aegyptiis odio fuerit (Aelian. X. 28.), quumque ♂ diserte dicatur in hinnulum (orygem) conuersus, ♂ infenso conuenit. Puto orygum vt antiloparum varia fuisse genera. Certe ipse Aelianus (XV. 14.) discernit oryges simpliciter dictos atque oryges quadricornes. Negari ergo nequit, orygem etiam ♂ symbolum fuisse, quum ♂ in hinnulum, i. e. antilopam, a qua oryx genere quidem non differt, mutatus dicatur ab Antonio Liberali (Lib. Memor. T. XXVIII.). Ibidem enim testatur Nicandrus, *Apollinem factum esse accipitrem* (☿ ♊), *Martem lepidotum piscem* (♂ ♏), *Dianam felem* (♀ ♉ aut ☽ ♋), *Bacchum hircum* (♀ ♎), *Herculem hinnulum* (♂ ♈), *Vulcanum bouem* (☉ ♌), *Latonam murem aranеum* (♄ ♑). Ceterum hinnulorum aliud genus ♃ sacrum fuisse, cognoscitur ex Zodiaco Indico (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. I.), vbi ☾ stationes lunares 13 et 27 antilopae specie exprimuntur.

Hippopotamus, ἱπποποταμος, ♂ est symbolum, raro ♄. Teste Plutarcho (Is. 371.), hoc animal Typhoni dicatum erat, quippe reliquis omnibus voracius et ferocius (v. 363.), quo innuebant patricidam, impudentiam, iniustitiam (Phot. Bibl. 1048.). Haec quidem omnia ♂ magis, quam ♄ conueniunt. Teste Herodoto (II. 71.), hippopotamus in sola prouincia Papremi colebatur. „Hippopotami," inquit, „sacri sunt in nomo Papremi, non vero in aliis Aegypti partibus." Papremis (ⲡⲁ-ⲡ-ⲣⲱⲙⲓ Andropolis) autem ♂ decuria est in ♏. Hinc Herodotus (II. 59.) narrat, *Papremi quotannis festum agi*, *Martis* (♂) *in honorem*. Eadem in prouincia habitabant milites ♂ consecrati Hermotybies (ⲉⲣ-ⲙⲟⲩ-ϯ-ⲟⲩⲃⲉ, occisores hostium), teste Herodoto (II. 165.). Porro ossa hippopotami cum ferro comparantur (Job. XL. 13.), et ipsa Typhonis (♂) ossa ferrum dicuntur (Plut. Is. 376.), quod ♂ est metallum. Deinde narrat Herodotus (II. 71.), instrumenta ♂ hippopotamum suppeditare, scilicet hastas ex pelle fabricatas. Itaque hippopotamus symbolum ♂ est; significat vero etiam ♄, certe nonnunquam. Teste Eusebio (P. E. III. 13.), Apollinopoli cernebatur imago Hori vultu accipitris insignis, qui Typhonem, hippopotami specie conformatum, iaculo subigeret. Hermopoli vero (Plut. Is. p. 371.) ostendebatur Typhonis simulacrum, hippopotamus, cui accipiter insistebat, pugnans cum serpente. Habemus ergo ♄ et planetam, et dominum ♑, hippopotami specie. Hippopotamus enim, quem Horus, siue ☉ e solstitio hiberno procedens, interimit, est frigus hibernum, ♄ proprium. Altera inscriptione hippopotamus, cui insidet accipiter (Horus, ☉ in ♑), significat domum ♄, ♑, qua ☉ adhuc pugnat cum frigore, vel-

vti serpente (♄). Porro, teste Eusebio (III. 12.), hippopotamus symbolum erat poli septentrionalis, id est puncti in coelo, vt putabant, remotissimi et frigidissimi. Etsi vere hoc astrum, vt Zodiacus Tentyriticus Parisinus docet, hippopotami figura exprimatur; notum tamen, id quoque vrsam appellari. Quam quidem constellationem diserte Plutarchus (Is. 359.) Typhonis (♄) esse dicit. Huc spectat, quod Horapollo (I. 56.) fabulatur, hippopotamum fortiorem esse patre, eumque interimere. Alludit enim ad Typhonem (♄) patrem (☉) occidentem.

Ichneumon, *Ἰχνευμων*, ☽ et ♀ significare videtur. Murium hoc genus aspidi et crocodilo (♂ et ♄) maxime noxium dicitur (Ael. X. 47.), ex quo sequitur, id referendum esse ad deos propitios. Ibidem tradit, Ichneumonem sacrum esse Latonae (*λητους*) et Lucinae (*εἰλειθυιας*). Vtraque vero dea ☽ significat; et Lucinae vrbs, inter Ombos et Thebas sita, respondet decuriae ☽ in ♒. Colebatur Ichneumon, teste Strabone (XVII. p. 583.), in vrbe Herculis regionis Heracleoticae. Haec autem vrbs respondet ☽ decuriae in ♋. Porro Aelianus l. l. hoc animal dicit vtriusque sexus particeps, quod maxime ☽ tribuitur. Denique Horapollo talia praedicat de ichneumone, qualia soli Lunae conuenire videntur (II. 33.). *Hominem*, inquit, *inualidum et qui sibi per se ipse opem ferre nequeat, sed aliorum se tueatur auxilio, volentes monstrare, ichneumonem pingunt. Hic enim conspecto serpente non protinus in eum irruit, sed, vocatis prius clamore aliis, tum demum ei resistit.* Ceterum ichneumon ♀ quoque denotare videtur. Quod, quum ☽ in ♀ constanter confundantur, per se consentaneum. Quum ichneumon diserte duabus sacer dicatur deabus, et Latonae, et Lucinae, vtique Lucina illo loco ♀ significare videtur. *Εἰλειθυια* quidem, vnde Persarum et Arabum ♀ Alilat, Mylitta, et menses *Eilul*, *Elul* Asianorum, ♉, ♀ domicilio, respondentes vocantur, passim ♀ denotat. Hinc Indi, Aegyptiis vere affines, stationem ☽ 17, dicatam ♀, ichneumonis figurae exprimunt in Zodiacis suis (Vid. Transact. of the R. Asiat. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.).

Leo, *λεων*, ⲘⲞⲨⲚ, ☉ significat. Clarissime hoc docet Horapollo (I. 17.) verbis: *sub solio Hori leones supponunt, huius animalis cum Deo vitae similitudinem monstrantes* (*προς τον θεον τον ζωου συμβολον*). *Dicitur autem apud eos* ☉ *Horus.* Item Aelianus (V. 39.): *ταυτῃ τοι και ἡλιῳ ἀποκρινειν αὑτον* (leonem) *αὑτους* (Aegyptios) *πεπυσμαι.* Alias idem (XII. 7.) diserte tradit, leonem significare Vulcanum, h. e. ☉. Porro Capella (Sat. II. 42. Gr.) testatur, *leonem in arbore symbolum* ☉ *esse.* Porro leones colebantur, vt Strabo (XVII. 812.) et Aelianus (XII. 7.) referunt, Leontopoli et Heliopoli, quae vrbs posterior certe decuriae ☉ in ♍ respondet. Leontopolis vero, quae haud dubie non differt a Thmui (Ⲑ-ⲘⲞⲨⲚ leaena), respondet ☽ decuriae in ♎. Ex quo clarum est, vt infra videbimus, leaenam aliquid cum ☽ commune habuisse. Quod innuit Aelianus (XII. 7.) his verbis: *Porro Nemaeum Leonem e luna decidisse.* Denuo enim obseruandum, Aegyptios discrimen fecisse inter animalia mascula et feminina. Denique huc facit, quod id Zodiaci Dodecatemorium, cui ☉ praeest vt oecodespota, antiquitus leonis figura exprimitur. *Tum idcirco*, inquit Aelianus (XII. 7.), *Solis domicilium* (♌) *leonem constituunt.* Etiam commemorandum, Aegyptios finxisse leones et leonum capita ad aquam proiiciendam (Horap. I. 21.) quo Nilum i. e. ☉ fluuium imitati sunt. Caeterum Aegyptii etiam partes Leonis distinxerunt, quare in scriptis hieroglyphicis et anteriora, et posteriora huius animalis passim cernuntur. Aelianus (XII. 7.), *quodsi*, inquit, *sapientiae Aegyptiorum, qui animantes etiam earumque partes*

ad naturam referunt, ratio habenda est; illi igni attribuunt huius animantis anteriora, aquae vero posteriora. Horapollo (I. 18.): *robur notantes, leonis anteriora membra pingunt, quod haec et ex toto corpore robustissima sunt.* Quum vero fortitudo et ignis sint ♂ attributa, humidum vero ☽, quam etiam leaena spectat; sequitur, anteriora leonis ♂, posteriora ☽ exprimere. Praeterea, quum ♄ quoque humidum tribuatur atque Zodiacus Indicus ♄, dominum stationis ☽ 21, leone exprimat (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.); puto, in leone etiam ♄ quid fuisse, quo spectat sphinx, vt infra videbimus.

Lepus, λαγως, (ⲣⲁⲧⲫⲁⲧ δασυπους), ♄ symbolum, nonnunquam ♀ significare videtur. Prohibitum erat vesci leporibus (Levit. XI. 6.). At animalia prohibita malis planetis, soli ♄ et ♂ sacra erant, veluti sus. Ergo haud dubie lepus ♄ aut ♂ symbolum. Porro lepus piscis, teste Aeliano (II. 45.), mortifer erat. Quod haud dubie etiam de lepore terrestri credebatur. Tenendum enim, animalibus eodem nomine appellatis, siue sint terrestria, siue aquatica, similes vires adscribi. Deinde frequentissime reperiuntur lepores in monumentis sepulcralibus, vt in sarcophagis, stelis, vasibus (Kreuzer Symb. III. 494.). Quemadmodum vero ♄ signis Zodiaci ♑ et ♒ atque Inferno in vniuersum, sepulcro Osiridis, praestat, ita et hypogaeis et monumentis sepulcralibus omnino ♄ praeesse debet. Quare lepus ♄ recte in monumentis sepulcralibus apparet. Porro lepori vtriusque sexus natura tribuitur apud Aelianum (l. c.), quod non cadit in ♀, sed in ♄ potius. Sic Athor (♄) omnia ex se progenuisse dicitur. Deinde Plutarchus (Symp. IV. q. 5.) ait, *celeritate exaudiendi leporem aliis anteire. Cuius admiratione ducti Aegyptii in suis sacris literis picto lepore auditum* (♄) *significent.* Quum enim astrologi ☽ gustum, ♀ et ☿ odoratum et nares, ☉ visum, ♃ tactum tribuerint; sequitur, quintum sensum cadere in ♄ et ♂, vel potius in ♄, cui dextra ac primaria auris consecrata fuit (I. §. 47. p. 60.). Ergo lepus ♄ significat. Ceterum huc spectat, quod in monumentis Bacchicis lepores reperiuntur malis vescentes. Etsi hoc ad ♄, hemisphaerium inferius moderantem, omnium rerum contritionem referri possit; profiteor tamen, facilius hoc explicari, quum lepores ad ♀ referuntur. Bacchus enim est ☉ autumnalis in ♎, ♀ domum, ingrediens. Hinc in comitatu Bacchi pantherae, hedera, pelles hinnulorum, cornua hirci, malus, vitis eiusque generis alia reperiuntur, quae quidem omnia ♀ dominam ♎ designant. Iam eandem ob causam etiam lepores iuxta Bacchum exprimi videntur. Accedit, quod lepori adscribitur summa foecunditas, quae ♀ est. Itaque non absonum est, leporem et ♄, et ♀ significare. Ceterum de cuniculo, a lepore non diuerso quidem genere, idem valet. Quare puto, cuniculum, quippe mansuetum et maxime foecundum, ad ♀, leporem ferum ad ♄ potius spectare.

Lupus, λυκος, ⲟⲩⲱⲛϣ, ☿ significat. Teste Aeliano (XII. 40.), colebatur in templo Apollinis Delphici (☿), atque symbolum Apollinis habebatur (Ael. X. 26.), qui ipse ab Homero filius lupae (Lycogenes) appellatur, aliis Apollo Lycius, vt discernatur ab Apolline Phoebo (⊙). Item lupus amicus Solis putabatur, vnde et annus, teste Aeliano (l. c.), λυκαβας vocabatur. Quae omnia cadunt in ☿ comitem ⊙, qui cum ☉ anni decursum describit. Hinc in numis Argiuis caput Apollinis, lauro (☿) cinctum, atque lupi figura continentur (Pellerin. Rec. I. pl. 20. n. 1. 4.). Denique lupus colebatur tum Lycopoli in prouincia Busiride (♃), tum Lycopoli septentrionali ab Aphroditopoli, quae respondent decuriae ☿ in ♃ ipsique ☿ prouinciae, seu ♊. Adde locum Horapollinis (II. 22.), quo lupum et cannem,

qui ☿ est symbolum, eiusdem naturae esse docet. Quum vero duplex sit ☿ natura, altera bona, quum ☉ praecedit; altera mala, quum ☉ sequitur; quumque lupus pro animali maxime noxio haberetur (Aelian. VII. 20.): haud dubie lupus ☿ vespertinum seu infernum significat. Hinc Anubis ille terribilis, seu ☿ infernus. Hinc ea pars noctis, quae inter diem et noctem est, λυκοφως nuncupabatur (Ael. X. 26.). Hinc in numis Aegyptiacis lupus iuxta Hori (☿) imaginem reperitur. Ab lupo autem distinguenda est lupa, ♄ symbolum. Lupa enim Latonae (♄) sacra erat (Ael. X. 40.). Hinc Apollo (☿) vocatur λυκηγενης (Hom. Il. IV. 101.). Aelianus (X. 26.) ait, *lupum Apollini sacrum esse, quia hic deus ex latona in Lupae speciem similitudinemque conuersa editus in lucem et susceptus fuisse feratur.* Sane lupus rapacissimum animal ♄ conuenit. Eadem est fabula, qua Anubis (☿ verpertinus) a Nephthy (♄), Orus (☿ matutinus) ab Iside (☽), eodem patre Osiride (☉), progenitus dicitur. Negari tamen nequit, lupum etiam ♂ sacrum fuisse (I. §. 49. p. 62.). Hinc ♂, dominus ♏, lupo exprimitur antiquo in Zodiaco (Kreuzer Sym. Tab. 49.). Cogitandum vero haud dubie de hyaena, quae propter rapacitatem (Ael. VII. 22.) optime ♂ conuenit. Hinc eiusmodi bestia in Zodiaco Indico (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. I.) statio ☽ 19, cui ♂ praeest, significatur.

Lutra, ἐνυδρις, ☉ sacra fuisse videtur. Herodotus (II. 72.) memorat lutras Nili, hinc statim pisces, quos Nilo sacros esse dicit. Nilus autem ☉ significat. Alia argumenta non inueni.

Mus, μυς, ϕιΝ, ΠΙΝ, ΠΕΙΝ, ♂ symbolum. Quod optime docet fabula de Setho rege apud Herodotum (II. 141.). Setho (♂), filio Vulcani (♂), Mars somnio visus pollicetur opem in depellendis hostibus. Iam mittit ille animalia sua mures, qui hostium arma corrodunt; quo facto hostes in fugam vertuntur. Ergo muribus adscribitur, quod ♂ erat. Postea regis Sethi statua murem in manu gerens ad Vulcani (♂) templum erigebatur. Hinc, teste Horapolline (I. 50.), mus interitum significat, *quoniam omnia corrodens inquinat et inutilia facit.* Omnis autem destructio violenta ♂ propria (I. §. 49. p. 61.). Rem illae fabulae simillimam narrat Polemo apud Clementem (Προτρ. p. 25. d.). Ait incolas Troadis mures indigenos, quos σμινθους vocant, colere, quod arcuum hostilium neruos corrosissent, atque Apollinem ab his Sminthium nuncupari. Sminthius vero siue Zminthius, vt alias scribitur, est ϫΜ-Ν̀-† *fortitudo pugnae*, seu *belli* (♂). Aliter Strabo, de quo infra. Adde locum clarissimum Aeliani (VI. 40.). *Insula*, inquit, *in Ponto, quae ab Hercule* (♂) *nomen traxit, celebratur. Quantumcunque murium illic est, Herculem religiose colit, et quicquid deo dedicatum est, tamquam id ei sacrum gratumque esse intelligens et credens, non attigit.* Denique ipsi astrologi (I. §. 49. p. 62.) murem terrestrem ♂ adscribunt. Itaque negari nequit, murem ♂ esse symbolum. At distinguendum est inter murem, et murem araneum (μυγαλην), qui a sorice non differre videtur. Varia enim sunt murium genera in Aegypto degentia et culta.

Mus araneus, μυγαλη, ♄ significat. Teste Herodoto (II. 67.), mus araneus mortifer erat. Ergo planetis noxiis conuenit. Antonius Liberalis (Fab. 28.) tradit, Latonam, vt Typhonem effugeret, in murem araneum mutatam. Latona vero seu Buto est ♄ femininus, domina ♑; cui signo respondet haec prouincia. Item Herodotus l. c. narrat, mygalas mortuas Buti sepultas fuisse, quemadmodum feles Bubasti, et alia animalia iis in locis, quibus colerentur. Adde Plutarchum (Symp. IV. Q. V. p. 670.) dicentem, murem araneum diuino honore coli, eo, quod coecus sit. *Nam*, inquit, *tenebras luce esse priores censent.* Ergo alludit ad Athorem, siue ♄, do-

minum ♃. Idem tradit Strabo (XVII. p. 584. Tz.), dicens, murem araneum (μυγαλην) coli Athribi; quae vrbs est Athoris, seu ♄. Hinc vetitum erat, vt carne suilla, ita et muribus vesci (Jes. LXVI. 17.). Denique consulendus est Strabo (L. XIII. p. 613.), quo loco statuam Apollinis Sminthii, murem araneum calcantem, dicit significare Solem superantem Typhonem. Sane Horus, ☉ nouus e solstitio hiberno procedens, superat Typhonem, ♄ dominum ♃, quod signum prouinciae Buticae, murem araneum colenti, conuenit. Ceterum etiam Indi murem araneum ♄ adscribunt, vt Zodiacus (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. T. 1.) docet, vbi statio ☽ septima, ♄ propria, mure araneo exprimitur. Ibidem aliud murium genus ♃ tribuitur.

Mustela, γαλη, ♂ sacra fuisse videtur. Primo enim, mures ♂ sacros fuisse, vidimus, atque constat mustelarum et murium similem esse cum ♂ indolem, scilicet omnia corrodendi et perdendi. Praeterea Aelianus (XII. 5.) mustelas non solum cum muribus, quos ♂ sacros esse dicit, coniungit; sed eos etiam genituram Herculis adiuuasse et effecisse affirmat. Ergo mustela ♂ cara et sacra fuit. Tradit etiam, Thebis in Boeotia cultam fuisse mustelam. Quum vero Thebae Graecorum non differant ab Aegyptiorum, idemque numen, scilicet ♂, vtraque in vrbe cultum fuerit; sequitur, mustelam significare ♂ planetam. Constat enim, Thebis in Boeotia Herculem (♂) natum dici. Ceterum Aelianus (IV. 14.) mustelam non solum inter animalia noxia numerat atque cum serpente venenosa (ὀφει) comparat, sed ei etiam pugnacitatem et fortitudinem tribuit, quae ♂ sunt virtutes.

Oryx, ὀρυξ, ♄ significat. Pertinet quidem hoc animal etiam ad antileparum genus, cum quo affines sunt gazella, dorcas, ceruus, hinnulus et alia animalia. Et supra monitum est, orygem tum ☿ et ♀, tum, quum pugnax quaedam est antilope, ♂ significare. At persuasum mihi habeo, orygem etiam aliud ferum animal, forte onagrum significare. Accensetur enim animalibus maxime ingratis. Collato Aeliani loco (X. 28.), quo oryx cum asino comparatur atque Soli orienti aluum proiicere dicitur, vix negabitur, orygem ♄ sacrum esse. Vtrumque animal (☉) sacerdotibus odio erat, vtrumque Typhoni gratum. Huc accedit locus Horapollinis clarissimus (I. 49.). *Porro*, inquit, *impurum scelestumque animum* (ἀκαθαρσιαν) *notantes, orygem pingunt, quoniam ad ortum accedente Luna, intentis in deam oculis prospiciens, vociferatur* (κραυγην ποιειται); *non ei bene dicens nec fausta acclamatione prosequens* (εὐφημων). *Cuius rei argumentum est apertissimum, quod anterioribus cruribus terram effodiens, suas ipsius pupillas humi velut pingens defigit, quasi indignabunda inuitaque deae ortum adspiciens. Idem quoque in exortu dei Solis efficit. Quapropter antiqui reges, cum sibi ortum nunciaret horarum obseruator, huic insidentes animali, per medium ipsum velut gnomones quosdam ortus rationem ac tempus accurate certoque cognoscebant. Vnde et sacerdotes solam hanc inter volucres non signatam comedunt* (τουτο μονον των πτηνων ἀσφραγιστον ἐσθιουσιν), *quod simultatem quandam cum Dea exercere videatur. Etenim quemcunque in deserto locum aquis scatentem nactus fuerit, posteaquam biberit, labris turbat luiumque aquae commiscet, ac pedibus in eam pluuerem coniicit, idque vt nulli alii animali aqua sit ad potum idonea. Adeo praua infesta putatur orygis natura. Nam ne hoc quidem officium deae praestat, quum ipsa omnia, quae toto orbe sunt vtilia, gignat, augeat ac vegetet.* Quis non videt in his asinum, maxime ferum, descriptum. In eo vehuntur reges. Ergo non est oryx antilopa quaedam, sed asinus. Rudit, oriente Sole et Luna, stercus proiicit, et

caput humi habet. In desertis viuit, hostis ☉ et ☽ et omnium animalium (I. §. 47. p. 59.), vt ♄ Typhon. Hinc etiam Eudoxus apud Athenaeum (IX. p. 392.) tradit, Phoenices Herculi (☉), cuius 12 opera l. l. describit, sacrificare ortyges. Hinc immundities, ♄ propria (I. §. 47. p. 59.), oryge exprimitur. Ergo oryx, vel ortyx, ♄ symbolum, ☉ aduersari putabatur. At vero quid sibi vult, quod Horapollo l. l. orygem inter volucres (πτηνα) numerat, pariter atque inter iumenta? Scilicet ♄ atque animalia Saturnia alis ornabantur (Tab. IX. C. 7.). Constat, Phoenices ♄ potissimum alis distinxisse. Hinc asinus ipse alis ornatus erat (Pausan. Corinth. c. 38. Aristides I. p. 29. Jebb.), atque in monumentis Bacchicis, vbi ☉ in hemisphaerium inferius, ♄ proprium, ingrediens fingitur, vitibus pascitur. Attamen credo, non veram esse hanc rationem, ob quam Horapollo orygem volucribus etiam annumerat. Nimirum oryx vel ortyx significat quoque coturnicem. Coturnix vero item ♄ symbolum, ☉ hostis putabatur. Hinc Hercules interfectus (☉ in solstitio hiberno suppressus) reuiuiscit, postquam Iolaus (☽) ei ortygem obtulerat et olfaciendum praebuerat (προς-ενεγκαντος ὀρτυγα και προσαγαγοντος ὀσφραθεντα ἀναβιωναι), vt Eudoxus narrat (Athen. IX. p. 392.). Hinc coturnix ⲘⲈⲤⲒⲰϯ ⲘⲠⲎⲢⲒ, ὀρτυγομητρα vocatur, *mater veris*. Radix enim non est ⲎⲢⲒ, vt falso in lexicis doceṭur, sed ⲠⲎⲢⲒ, ⲠⲒⲢⲒ, ⲂⲒⲢⲒ, *ver*, *nouum*. Ver enim incipit a ♑, ♄ domo, quae recte hinc veris progenitrix appellatur. Hinc prouerbium Graecorum: ὀρτυξ ἐσωσεν Ἡρακλην τον καρτερον (Bochart. Hieroz. II. 99.). Denique, quod summum est, vocabula oryx et ortyx idem sibi volunt, atque omnia animalia ♄ propria et sacra significant. Descendunt enim ab ⲰⲢ-ⲀⲔⲰ, ⲰⲢ-ⲦⲀⲔⲰ, *Horus periens*, seu *Hori perditio*. Hori (☉) autem perditio est solstitium hibernum, seu ♑, domicilium ♄. Itaque hoc orygis et ortygis nomine sane antilope quaedam, vt Aelianus vult, et onager vel asinus, vt Horapollo censet, et coturnix, vt vulgo putatur, exprimi poterant, quippe animalia noxia et maxime ♄ sacra, ☉ aduersaria. Errarunt ergo, qui contra codicum auctoritatem variis in locis pro ὀρυξ nunc ὀρτυξ, pro ὀρτυξ nunc ὀρυξ legerunt, vt Jablonskius, Kreuzerus aliique.

Panthera, πανθηρ, ♀ symbolum. Quemadmodum panther in monumentis Bacchicis, ita eius pellis in repraesentationibus Osiridis reperitur. Vterque deus ☉ in ♎, seu in autumni signa ingredientem significat. Quemadmodum vero attributa Bacchi: hedera, cornua hirci, mala, vitis et alia; ita et panthera ♀, dominam ♎, significant, de quo supra fusius (v. lepus). Adde, felem, quae ♀ sacra, et panthera eiusdem generis esse animalia. Ceterum Pantherae odor suauissimus adscribitur (Aelian. V. 40.), quod commune habet cum ♀ planeta (I. §. 51. p. 64.). Huc accedit, quod in Zodiaco Indico (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) stationes ☽ 3 et 10, quibus ♀ praeest, panthera exprimuntur.

Rhinoceros, ῥινοκερως ♄, eiusque cornu ♂ designare videntur. Haec enim ex eo concludere licet, quae de hoc animali Aelianus (XVII. 44.) narrat. Inimicus elephanti (☉) est Rhinoceros ♄ atque cornu ferreum ♂ innuit.

Simius, *Simia*, πιθηκος, ⲈⲚ, ☿ significat. Astrologi ipsi (I. §. 52. p. 66.) testantur, simium ☿ planetae sacrum esse. Neque hoc mirum. Quemadmodum enim ☿ imitatur Solem, ita et simius patronum. Planetam ☿ plerumque non vltra 16° a Sole recedere, satis constat. Hinc simius apud Aegyptios dicebatur ab imitando, ⲞⲚⲒ, *similitudo*, *imitatio*. Hinc et canis proprius ☿, quia, vt Plutarchus (Is. 355.) refert, in eo erat custodiendi et vigilandi studium. Vidimus autem de

duobus simiorum generibus, cercopitheco et cynocephalo, ☿ sacris. Ceterum Zodiacus Indicus (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) stationem ☽ 16, cui ☿ praeest, simio exprimit. Ibidem eandem ob causam simia ☉ significat.

Sus, porcus, *συς*, *χοιρος*, ϩⲱⲱ, ⲣⲓⲣ, ♄ symbolum. Teste Aeliano (X. 16.), hoc animal impurum et voracissimum atque infensum ☉ et ☽ erat, quod cadit solummodo in ♄. Constat, vetitum fuisse, vesci carne suilla, atque subulcos infimam Aegyptiorum classem constituisse, quippe ♄ planetae sacram. Reliquae sex classes reliquis planetis conueniebant. Item secundum Plutarchum (Is. 353.) sus impura et carissima Typhoni iudicabatur. Adde locum Horapollinis (II. 37.). *Volentes*, inquit, *perniciosum et pestiferum* (*ἐξωλη*) *exprimere*, *porcum pingunt*, *quod eiusmodi sit porci natura*. Eadem vero indole solus ♄ putabatur. Ceterum sus genere non differt ab apro, ♄ symbolo, de quo supra. Hinc ♄, dominus ♑, antiquo in Zodiaco Persico sue exprimitur (Seels Mythrasgeheimnisse Tab. XIX. pag. 497.).

Talpa, *ἀσπαλαξ*, ♄ symbolum. Tradit Horapollo (II. 63.), talpa exprimi caecum. Caecitas vero et tenebrae omnino Athori (♄) adscribuntur. Ceterum talpa pertinet ad murium genera, quos partim ♄ significare vidimus.

Taurus, *bos*, *ταυρος*, *βους*, ⲙⲁϩ, ⲙⲁϩⲓ (etiam vitulus, *μοσχος*) ϯ-ⲉϩⲉ, ☉ et ☽, nec non ♀ significat. De Tauris Aegyptiorum sacris, nempe Memphitico Apide, Hermunthiaco Onuphi atque Heliopolitano Mneui supra dictum atque demonstratum, alium ☉, alium ☽ sacrum fuisse. Quum vero suis quisque distinctus fuerit insignibus; clarum est, colores et maculas quasdam effecisse, vt alii tauri ☉, alii ☽ consecrati fuerint. Vidimus autem, de tauris Apidem, qui ☽ insignia gestaret, ☽ sacrum fuisse, reliquos ☉. His addendum est, taurum etiam Nilum significasse, quippe ☉ sacrum, quare dii fluuiorum omnino cornibus taurinis fingebantur (Scholias. ad Sophocl. Trachin. v. 11.). Idem testatur Aelianus (Var. L. II. c. 33.). De Apide vero non dubito, quin etiam ♀ significauerit. Etenim ☽ et ♀ multas et virtutes, et proprietates habent communes (I. §. 54. p. 68.). Huc facit, quod ♉ Zodiacalis, ♀ domus, tauri imagine exprimitur. Hinc in Zodiaco Tentyritico aliisque ♉ significatur Apidis figura, cuius tergo impositum est ☽ signum (Vid. infra Lexicon. ☽). Eandem ob causam haud dubie Bacchus, Osiris, siue ☉ in ♎, ♀ domo, capite tauri (Apidis) fingebatur (Kreuzer Symb. III. 130. IV. 131. 214. al.). Hinc in Zodiaco Indico (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) non solum secundum Zodiaci dodecatemorion (♉), cui praeest ♀, sed etiam statio ☽ octaua, ☽ addicta, eadem tauri imagine exprimuntur. Est autem probabile, vt taurum solarem a lunari, ita lunarem a ♀ tauro notis quibusdam distinctum fuisse. Certe huc spectat, quod Taurus ♀ in Zodiacis Aegyptiis et Indicis allato pede, quasi pruriens, in quo virtus ♀ versatur, effingitur. Praeterea commemorandum, tauri cornu, significare opus (*ἐργον*) vt Horapollo (II. 17.) tradit. Opus vero spectat ad ☉, aut potius ♂. Certe laborum industria Mineruae, seu Neithae adscribitur.

Vacca, *δαμαλις*, *βους*, ⲃⲁϩⲓ, maxime ☽, tum vero etiam aliis deabus sacra fuisse videtur. Notissima est fabula, qua Io (ⲓⲟϩ luna) in vaccam mutata fuit, ex quo sane sequitur, ☽ symbolum esse vaccam. Clarissime hoc testatur Herodotus (II. 41.). *Vaccae*, inquit, *Isidi sacrae sunt. Nam Isidis quidem imago feminea est, gerit autem cornua bubula, quemadmodum Hellenes Ionem fingunt. Vaccae autem ab Aegyptiis omnino coluntur et maxime omnium animalium.*

Huc spectat, quod Anubis Isidi (☽), cum Typhonem liberasset, coronam detraxit atque caput vaccae imposuit; huc, quod Pharao somnio vidit septem vaccas, seu septem annos. Constat autem, Isidem et annum significare. Annum vero Aegyptii incipiebant ab ortu caniculae, ♀ decuriae in ♋, Lunae domo. Non opus est pluribus. Quum vero vacca ☽ significet, nihil iam offendit, eandem et ♀ denotare, quippe natura simillimam. Hinc Artemidi (♀ ♎) vaccae sacrae alebantur (Plutarch. vita Luculli c. 24. p. 507.). Hinc Aelianus (X. 27.) vaccae summam ad venerea inclinationem adscribit, quae ♀ est proprietas. Deinde negari nequit, vaccam etiam ♄ significare. Strabo (XVII. p. 552.) testatur, Momemphitas Venerem colere et vaccam sacram alere, sicut Memphitas Apidem, Heliopolitanos Mneuin. Idem (p. 556.), *sequitur*, inquit, *nomus Aphroditopolites et vrbs nomo cognominis, in qua vacca candita sacra alitur.* Aelianus vero (An. XI. 27.) ait, vicum esse nomi Hermopolitani, quo in vico colatur Venus, quam *coelestem* vocant (οὐρανιαν), venerentur vero etiam religiose vaccam. Itaque vacca condita symbolum erat Veneris Vraniae, ⲛⲁ-ϯ-ⲫⲉ, Nephthyos; i. e. ♄ feminini, vt vidimus. Ceterum constat, non Nephthyn modo, sed etiam Athorem ad ♄ spectare, quin vtramque deam fere eandem esse. Testatur autem Hesychius (v. Ἀθυρ), Athyr Aegyptiis dici et mensem et bouem. Adde locum Etymologici M. (s. Ἀθυρ). *Athyr*, inquit auctor, *est nomen mensis. Aegyptii etiam Venerem vocant Athor, et ab eadem tertium anni mensem denominarunt.* Huc spectat, quod Herodotus (II. 41.) tradit, incolas vrbis Atharbechis (ⲁⲑⲱⲣ-ⲃⲁⲕⲓ), qua Venus (Vrania) colatur, colligere ossa boum atque in Prosopi insula sepelire. Atharbechis autem respondet ♄ decuriae in ♎, et Momemphis ad ♄ domum ♑ pertinet. Prosopis vero, ⲡ-ϣⲁϯ, vbi ossa boum sepeliebantur, respondet decuriae ♂ in ♏ (Champoll. l'Egypt. II. 162.), et ipsum ⲡ-ϣⲁϯ *excoriator, mactator*, ♂ designat (I. §. 49. p. 61.). Adde locum Aeliani (X. 27.). *In Aegypti*, inquit, *vico, Chuseis nuncupato, non magno quidem, certe eleganti, qui in Hermopolitanam praefecturam censetur, Venerem colunt, quam Vraniam appellant. Atque vaccam etiam ideo venerantur, quia affinitatem et conuenientiam cum dea ipsa habere existimetur. — Itemque Isin bubulis cornibus Aegyptii et fingunt et pingunt.* Quo ex loco clarissimum est, Venerem Vraniam (♄) ab Iside (☽, ♀) diuersam fuisse, vtramque vero vaccam sacram habuisse. Denique Ouidius (Met. V. 329.) diserte tradit, cum alii dii prae metu Typhonis in alia animalia mutarentur, *Saturniam niueam vaccam* factam esse. Saturnia vero, vt nemo nescit, Iunonem (♄ ♒ Manil. p. 170.), nunc Vestam (♄ ♑ ibid.), nunc ♄ planetam notat. Itaque vacca etiam ♄ symbolum erat. At negari nequit, idem animal etiam ♂ significare. Vidimus enim Athyr vel Athor etiam ad ♂ planetam spectare; atque supra vidimus, vrbes Chusarum, Pschati seu Prosopis, ♂ decuriis in ♊ et ♏ respondere. Sane multum offensionis id habere videtur, quod vacca non solum ☽, sed etiam ♀, atque ♄, quin adeo ♂ symbolum fuerit. At tenendum primum, vaccam planetas illos vel planetarum domicilia exprimere, quum feminini cogitantur. Deinde vero, quum tauri coloribus distinguerentur, non dubito, quin et vaccae aliis planetis sacrae aliis notis insignes fuerint. Sic diserte vacca candida vel niuea ♄ adscribitur. Huc facit papyrus in Museo Regio Taurinensi asseruata, quae adeo plures vaccas variis maculis inter se distinctas exhibet. Praeterea commemorandum, vaccae cornu ♄ significare. Tradit enim Horapollo (II. 18.), vaccae cornu significare vltionem (ποινην). Vltio vero ♄ est; atque claret, id spectare ad vaccam Veneri Vraniae sacram (♄).

Vespertilio, νυκτερις, ΓΑΛΛΟΥ, ♄ significare videtur, quoniam ad mures ♄ proprios pertinet atque noctem, ♄ sacram, amat. Hinc etiam Horapollo (II. 64.) vespertiliones formicis (♂) facit aduersarios, quod fieri non posset, quum ipsae ♂ sacrae essent. Hinc etiam (II. 52.) vespertiliones imbecilles dicit.

Vrsus, ἄρκτος, ΛΑΒΟΙ, ♄ significat. Plutarchus (Is. 359.) tradit, caniculam ab Aegyptiis vocari Isidis stellam, Orionem Hori, Vrsam Typhonis. Ibidem dicit, vrsam coelestem appellari canem Typhonis. Reapse in Planisphaerio Tentyritico, quod Parisiis asseruatur, loco vrsae cernitur Hippopotamus anus (♄). Constat vero, vrsam occupare regionem coeli maxime borealem et frigidam, quae ♄ est propria (I. §. 47. p. 58.). Alias Plutarchus (Is. 358.) narrat, constellationem Vrsae prius appellatam fuisse porcum Erymanthicum. Nouimus autem porcum et aprum ♄ sacros fuisse. Huc spectat fabula apud Horapollinem (II. 83.). *Hominem*, inquit, *qui initio quidem informis natus sit, sed postea formam accepit, innuunt depicta vrsa praegnante.* Alludit ad ☉ in ♑ renatum, quod ♄ est signum.

Vulpes, ἀλωπηξ, ΒΑΩΟΡ, ☿ symbolum. Propter astutiam, quae ☿ est propria, non potest non ☿ significare hoc animal (Ael. IV. 39.). Praeterea infensus erat (Aelian. I. 36.), quemadmodum Anubis lupinus, propter insidias. Ceterum vulpi pariter atque ☿ venatio quasi propria dicitur (I. §. 52. p. 65. Aelian. IV. 24. XIII. 11.).

II. *Aues et insecta volantia.*

Accipiter, ἱεραξ, ΒΑΙC, ΒΗΒ, ΒΗΧ, ΒΑΙΗΘ, ΩΟΤΡΕϹ, nunc ☉, nunc ♀, nunc ☿ significat. Anticlides (Kirch. Oedip. III. 128.): *Ἥλιος δε Νοτοιο ἄναξ, ἱεραξ πολυμορφε.* Horapollo (I. 8.): *Soli accipitrem* (ἱεραχα) *consecrarunt.* Idem (I. 6.): *Accipiter praeter caeteras volucres Solis simulacrum esse videtur. — Medici ad sananda oculorum vitia* (☉ symbola) *hieracea herba vtuntur. Inde etiam fit, vt Solem interdum, tamquam visus tutorem ac dominum, accipitris forma pingunt.* Non opus est pluribus. Accipiter significat vero etiam ♀ planetam. Neque mirum hoc, quum ♀ matutina ☉ similis dicatur atque vtrumque astrum Horus appelletur, vt vidimus supra (v. Isis). Teste Aeliano (X. 14.), accipiter Tentyrae colebatur, quae est ♀ decuria in ♈, vbi templum Apollinis (♀) celeberrimum erat, atque ipsum accipitrem Apollini sacrum esse dicit. Hinc Eusebius (P. E. III. 12.) aliique hanc auem Horo adscribunt. Huc facit, quod Aelianus (XII. 4.) accipitrem buteonem (τριορχην) Dianae (Ἀρτεμιδι) adscribit, i. e. ♀ ♎ dominae. Huc spectat locus Antonii Liberalis (Met. F. 28.), quo dicit, prae metu Typhonis mutatos esse Apollinem (♀) in accipitrem, Mercurium (☿) in Ibidem, Martem (♂) in lepidotum, Dianam (♀ ♎) in felem; nisi Apollo alteram ☿ domum significet, quo facto id probetur hoc loco, quod statim demonstrabitur. Denique testatur Plutarchus (Is. 371.), accipitrem Osiridi sacrum fuisse h. e. ☉ in ♎, ♀ domicilio. Sic Osiridi et Baccho vidimus omnia ea consecrari, quae ♀ sunt symbola. Iam vero etiam negari nequit, accipitrem ☿ significare. Primo enim Strabo (XVII. p. 562.) vrbem Apollinopolin et ciuitatem accipitrum, inter Thebas et Ombum sitam, facit eandem. Haec autem regio respondet ☿ decuriae in ♒. Aelianus (XII. 4.) diserte accipitrem palumbarium (φασσοφονιην) Mercurio, perdicarium et ocypterum Apollini adscribit. Denique ipsi astrologi ☿ planetae tribuunt falcones et accipitres (I. §. 52. n. 5. p. 66.). Quum itaque accipiter ☉, ♀ et ☿ significet;

non dubium est, quin Aegyptii hanc ambiguitatem certis modis sustulerint. Ceterum obseruandum est, permulta fuisse accipitrum genera, atque alias aues rapaces similes cum aliis similibus a veteribus ipsis confundi. *Genera accipitrum*, inquit Aelianus (X. 4.), *permulta sunt*. Inprimis autem vultur (γυψ) perperam accipiter vocatur. Hinc Strabo (VII. p. 562.), *alitem*, inquit, *Aegyptii accipitrem vocant; sed nihil mihi neque cum nostris neque cum Aegyptiis simile habere videtur, vtpote qui et magnitudine excedit et multiplici varietate ipsos longe superat. Dicebant autem et Aethiopicum esse et inde afferri*. Habes itaque vulturem (Vult. Barbat. Blumenbach. Naturgesch. p. 149. n. 3.), de quo quippe ♂ et ♄ symbolo infra videbimus.

Anser, χην, ⲕⲉⲛⲉ-ⲥⲱⲟⲥ, ♄ symbolum. Constat, animalia ♄ sacra quotannis fuisse sacrificata ad placandum ☉ et ☽, veluti suem, orygem, asinum. Idem cadit in anserem, vnde Iuuenalis (Sat. VI. 540.) cecinit: *Vt veniam culpae non abnuat, ansero magno scilicet, et tenui popano corruptus Osiris*. Sane anser propter inertiam et lentitudinem ♄ (s. p. 58.) conuenit. Porro anser, vt Kreuzerus (Symb. Tab. p. 59.) obseruauit, Proserpinae i. e. ♄ sacra erat. Ceterum cavendum, ne anser cum vulpansere, Isidi caro, confundatur. Veterés enim anseri nonnunquam tribuunt, quae ad vulpanserem spectant, de quo infra. Sic Aelianus (V. 29. XII. 33.) eadem fere anseri tribuit, quae Horapollo (p. 59.) vulpanseri adscribit.

Aquila, ἀετος, ⲁϩⲉⲙ, ⲁϩⲱⲙ, ☉ nec non ♃ significat. Habebatur enim aquila Heliopoli ☉ symbolum (Lucian. Dea Syr. p. 902.). Hinc Horapollo (II. 56.) tradit, aquilam significare regem, veluti ☉ omnium principem. Hinc Nilus, ☉ sacer eiusque imago, aquila vocabatur (Diodor. I. 22.). Hinc in Zodiaco antiquo (Kreuz. Symb. T. 49.) dominus ♌, quippe ☉, exprimitur aquila. Plerumque vero aquila ♃ designat. Astrologi (I. §. 48. p. 61.) eam diserte ♃ adscribunt. Horapollo (II. 2.) tradit, aquilae pullum (ἀετου νεοσσον) sperma significare. Sperma vero ♃ est (I. §. 48. n. 5. p. 61.). Porro Thebis habebantur aquilae (Diodor. I. p. 76. Strabo XVII. p. 559.), quae ♃ est prouincia. Discernuntur autem in monumentis Aegyptiacis duo aquilarum genera, quorum alterum forte ☉, alterum ♃ significauerit. Certe Horapollo (II. 96.) distinguit a reliquis aquilam rostro adunco, quam ♃ adscribere videtur. Hinc Aelianus (IX. 10.) aquilam Iouis tradit carnes non attingere.

Ardea, ἐρωδιος, ⲉⲗⲭⲱⲃ, ⲉⲗⲃⲱⲃ, ♂ significare videtur. Haec auis palustris, etiam Herodius appellata, mittitur a Minerua (Aelian. X. 27.), siue a ♂ feminino. Huc facit nomen ipsum, quum deriuatur ab ⲉⲣ-† *pugnare*, aut ab ⲉⲣ-ⲭⲱⲃ *affligere*. Etiam Diomedes, cui ardea sacra erat, a Minerua (♂) inter deos refertur. Sed alias ob causas ardea ☿ adscribenda esse videtur. Scilicet ardeae dicuntur socii Diomedis mutati in aues, in insula Diomedea viuentes (Ael. I. 1.). Idem Diomedes cum Dioscuris (☿) coniungitur et comparatur. Circa sepulcrum eius, in Diomedea insula, platani plantabantur ☿ sacri (Kreuzer Symb. III. p. 39.). Porro Diomedi, qui et Palladium rapuit, summa calliditas adscribitur, quae ☿ est virtus. Denique Diomedis nomen, a vocabulo Διος et μηδομαι deriuatum, designat deliberationem diuinam, quae ☿ est. Huc accedit, quod Aelianus (VII. 7.) ardeas cum gruibus, ☿ auibus, coniungit, iisque tempestatis praesagitionem adscribit.

Ciconia, πελαργος, (ⲛⲟⲩⲣⲓ, γρυψ, ciconia) ☿ symbolum. Horapollo tradit (II. 58.), ciconiam significare amorem in parentes. *Haec enim*, inquit, *nunquam ab ipsis setungitur, sed ad extre-*

mum vsque senium vna permanet, pietatem ipsis obseruantiamque rependens. Quod spectat ad Horum ☿, comitem ☉. Eadem pietas omnibus fere animalibus ☿ sacris adscribitur. Ceterum ciconia affinis est Grui, Ibidi, Aedeae, ☿ auibus. Eiusdem generis est cucupha, de qua infra. Hinc ciconiae maximo honore erant apud Aegyptios (Ael. X. 16.).

Columba, *περιστερα*, бромп, ♀ et ♄ significare videtur. Aelianus (X. 24.), *audio*, inquit, *ab iis, qui huiusmodi rerum cognitionem scrutantur, turtures etiam albas non raro apparere, easdem cum Veneri et Cereri* (♀ ☽), *tum vero Parcis et Furiis* (♄) *sacras esse.* Hinc Horapollo columbis fel esse nunc negat, nunc affirmat (p. 65. col. p. 90.). In numis vrbis Athorbechis, quae respondet ♄ decuriae in ♎, cernitur columba (Zoega Num. T. XXI. n. 8.). Ergo columba ♄ symbolum. Hinc Horapollo (I. §. 57.) ait, *ingratum et infestum iis, a quibus beneficio affectus est* (ἄχαριστον και μαχιμον τοις ἑαυτου εὐεργεταις), columba exprimi. Quod neutiquam cadit in ☽ vel alium planetam praeter ♄. Ingrato quidem animo ille significat ♄ signa ♐ et ♒, quibus Osiris (☉) a Typhonis (♄) malitia supprimitur. Huc spectat, quod Horapollo (II. 32.) tradit, mulierem viduam exprimi columba nigra. Alludit enim ad Nouilunium in ♐, occiso Osiride eius marito. Ceteroquin ipsi ♄ astrologi adscribunt funera, orbitatem, luctum. Denique dudum demonstratum est, Proserpinam non differre a Persephassa, vel Persephatta, vel Phersephaessa; atque vidimus (p. 140.), hanc deam non differre ab Athore, ♄ feminino. Maxime vero probabilis est Porphyrii (Abst. IV. p. 352. Rh.) deriuatio Phersephattae a *φερβειν* et *φαττα*, *columba siluestris*, quam Aelianus (III. 44.) describit. Etiam conferre licet vocabulum ϕΑΛΣΑ صَفَرَة (MS. Par. No. 45. p. 26.) certum auium genus denotans. Adde locum Herodoti (I. 138.), quo narrat, columbas albas in Persia Soli infestas fuisse, quod solus ♄ animalibus conuenit. Itaque negari nequit, columbam ♄ symbolum fuisse. Significat vero etiam ♀. Huc facit locus Aeliani supra allatus. Constat vulgo, in monumentis Bacchicis praeter alia ♀ animalia adesse columbas, quae significant ♀ dominam ♎, quo in signo ☉ quum versatur, Bacchus Osiris vocatur. Venus nata dicitur ex ouo, cui columbae incubauerint (Hygin. F. 197.). Semiramis summa pulcritudine, quae ♀ propria erat (I. §. 51. p. 64.), insignis, columbis nutritur, quippe montanis (Kreuzer Symbol. I. p. 77.). Porro columbarum celebratur maxima fecunditas, quae ♀ est propria. Apollodorus (Apollon. Schol. III. 592.), *columba*, inquit, *antiquitus Aphroditae* (♀) *sacra fuit propter luxuriam.* Hinc in Zodiaco antiquo (Kreuz. Symb. T. 49.) Oecodespota ♉, quippe ♀, columba exprimitur. Diserte Aelianus (IV. 2.) testatur, Veneri (♀) sacras esse columbas rubras. Quid multis? Sexcentis in locis columbae ♀ sacrae commemorantur. Denique vero columba etiam ☽ significat, quippe ♀ simillimam. Id primum sequitur ex loco Aeliani laudato. Ceres enim seu Isis ☽ est, vt vidimus (p. 137. al.). Huc spectat, quod columba viduarum simulacrum valebat, quod spectat ad ☽, marito Osiride orbatam (Horap. l. I. Kreuzer Symb. IV. 164.). Denique huc facit fabula de Trygone (turture) nutrice Aesculapii. Aesculapius enim Octauus Cabyrorum, h. e. terra (v. sup. Esmun) nutritur a ☽, quam omnis fertilitatis auctricem praedicabant. Itaque cadit in columbam, id quod de vacca vidimus, nimirum quod tres planetas ♄ ♀ et ☽ significet. Hi omnes etiam Veneris nomine insigniuntur, peculiariter vero ♄ Veneris Vraniae. Quemadmodum vero vaccae distinguebantur insignibus, ita et aliae columbae ♄, aliae ♀ et ☽ sacrae fuisse videntur. Ex locis autem, quos attulimus, id saltem claret, columbam albam ♄, rutilam ♀, turturem ☽ conuenire.

Coruus, κοραξ, ΑΒΩΚ, ΑΒΟΚ, ΑΒΟΚΕ, ΑΒΟΟΚΕ, ☿ significat. Teste Ouidio (Met. V. 329.) Delius (☿) mutatus est in coruum, quum Dii fugerent Typhonem. Constat vero, Apollinem ☿ vocari. Item Aelianus (I. 47. 48. VII. 18. XI. 7.) coruum Apollini adscribit. Idem (II. 51.) coruum amicum vulpis (☿) et famulum Apollinis dicit (I. 47. 48.). Huc spectat fabula de Moeridis cornice (Aelian. VI. 7.), quae literas transmisit. Comparandus enim est accipiter, qui librum sacrum Thebas portauit. Hinc et nuncii, et literae ☿ sunt (I. §. 52. p. 65.). Ceterum veteres saepenumero corvum cum coruo nocturno, seu noctua, confundunt, qui non ad ☿, sed ♂ et ♄ pertinet, de quo infra. Hinc coruus symbolum Mineruae habebatur. Sic Horapollo (I. 8.) narrat, duas cornices exprimere Martem et Venerem (Vraniam), quoniam gemina oua (δυο ὠα) pariat. Quod non conuenit cornicibus, quae multa oua pariunt, sed auibus rapacibus. Ceterum Horapollo eodem in capite tradit, Martem et Venerem (Vraniam) exprimi accipitre h. e. vulture, quod aliis ex locis claret.

Coturnix, ὀρτυξ, ΜΕϹΙΩϮ Ṁ ΠΕΡΙ, (ὀρτυγομητρα, proprie *parens veris*) ♄ significat. Supra monuimus (v. Oryx), ὀρτυξ et ὀρυξ, quae promiscue adhibentur, pro animalibus ☹ aduersariis vsurpari, quippe ♄ propriis. Huic assentit nomen Copticum *parens veris*. Ver enim, seu nouus annus, sensu strictiori incipit post solstitium hibernum in ♄ domicilio, ♑ signo. Quare profecto coturnix, quippe ♑ seu ♄ significans, dici poterat *parens veris*. Diserte autem Horapollo (I. 49.) hanc volucrem *prauam et infensam Deae* dicit. Hinc etiam Osiridi sacrificabatur. Eudoxus apud Athenaeum (IX. 392.) ait, Phoenicios Herculi coturnices immolare, quoniam Hercules in Libyam proficiscens et interfectus a Typhone, Iolao coturnicem ipsi admouente et praebente olfaciendum, reuiuixerit. Horapollo (II. 10.) coturnici perseuerantiam et constantiam (διαμονην και ἀσφαλειαν) adscribit, quae ♄ sunt virtutes (I. §. 47. p. 59. n. 2.).

Cucupha, κουκουφα, ☿ symbolum esse videtur. Hanc auem plerique pro ciconia habent (Horap. p. 191. Hoesch.). Puto autem, eam significare aut vpupam, aut gruum genus. Dicit enim Horapollo (I. 55.), *diuinorum sceptrorum cucupham insigne atque ornamentum apud Aegyptios esse solere*. Loquitur de sceptris in deorum manibus conspicuis. His autem sceptris impositum est caput auis haud longo rostro insigne, in cuius fine pennae longae eminent. Cuius generis pennas in occipite gerunt vpupae et grues. Ceterum cucuphae adscribitur pietas in parentes, quae omnibus ☿ animalibus communis est. Vpupae praeterea praesagium adscribitur (Hor. II. 92.), quae ☿ est eiusque animalibus propria, atque summa pietas in parentes (Ael. X. 16.). Hinc cum Dii semper iuuenes putentur, clarum est, cur gestent sceptra capite cucuphae, quae ☿ semper iuuenilem (I. §. 52. p. 66.) significant. Eandem ob causam Dii signum Veneris iuuenilis (♀), seu crucem ansatam tenentes finguntur. Ceterum vpupa auibus oscinis annumerari meretur, quae diserte ☿ planetae adscribuntur (I. §. 52. n. 5. p. 67.).

Cygnus, *olor*, κυκνος, ☿ et ♄ significare videtur. Horapollo (II. 39.) tradit, cygnum significare senem musicum. Musica vero ☿, senectus ♄ proprietates sunt. Aelianus (II. 32. XIV. 13. XI. 1.) cygnum Apollini (☿) tribuit. Ipse (X. 36.) musicam et cantum iis adscribit atque, Apollinis in templo laudes eius decanere cygnos, testatur (XI. 1.). Hinc etiam constellatio cygni coelestis aliis est miluus, aliis gallina, aliis ciconia, quae sunt ☿ animalia (Dupuis Orig. III. 2. p. 137.). Cygnum vero ♄ quoque significare, apparet non solum ex loco Horapollinis, sed etiam ex fabulis

Graecis. Nemesis (♄) a cygno, tamquam marito (♄), grauida facta ouum genuit, quo apud Ledam (♄) Helena prodiit (Hyg. l. 2. c. 3.). Germanicus vero (c. 24.) matrem Helenae et Ledam, et Nemesin appellat. Theon (p. 136.) tradit, ex vtraque nasci Helenam et Dioscorides (☿). Item Hyginus (F. 77.) narrat, ex Leda prodiisse Helenam et Pollucem. Habes itaque fabulam notissimam, qua Anubis (☿ nocturnus) e Nephthy (♄) prodiit. Ceterum distinguendum est inter cygnum vocalem et cygnum mutum seu olorem, quorum ille haud dubie ☿, hic ♄ sacer fuisse videtur. Etiam silentium ♄ est proprium (I. §. 47. p. 59.).

Gallus, gallina, ἀλεκτωρ, ϯ-ϩρϫω (gallina), ille ♂, haec ☿ significare videntur. Gallus in galea Mineruae (♂) cernitur (Pausan. VI. 26. 2. p. 228. Fac.), atque omnino Mineruae Erganae sacer habebatur, nec non in Syria deo Nergal (♂), ignis (♂) et armorum (♂) deo (Kreuzer Symb. II. 90. 746.). Hinc Aelianus (XVII. 46.) narrat, gallinaceos (*ἀλεκτρυονας*) in templo Herculis (♂) haberi eique sacros esse. Tradit vero etiam Aelianus (XVII. 46.), gallinas Herae sacras eius in templo haberi. Hera vero, etsi ♄ significet, conuenit tamen passim cum Hebe, atque ☿ terrae domino, Esmuno, Aesculapio, Anubide, Nephthyos (♄) filio. Et hinc Aelianus (IV. 29.) gallum Latonae (♄) amicum dicit. Huc spectat locus Plutarchi (Sym. III. 6. p. 654.): *ὁ δε ὀρθρος την ἐργανην Ἀθηναν* (♂) *και τον ἀγοραιον Ἑρμην* (☿) *ἐπανιστησι.* Rem eandem Aelianus (l. l.) gallo adscribit.

Grus, γερανος, γρυψ, ⲧⲓⲃⲓ, ☿ symbolum. Apollo (☿), vt Hyginus (L. II. c. 28.) refert, mutatus est in gruem, Threiciam auem; teste Ouidio in coruum, ☿ auem. Hinc gryphea ornamenta in tripode Apollinis (☿), qui in Zodiaco antiquo (Kreuzer Symb. Tab. 36.) cadit in ♊ signum, domum ☿. Hinc Horapollo (II. 98.): *sideralis,* inquit, *scientiae gnarum cum significant, gruem volantem pingunt* (*γερανον*). Astronomia vero soli ☿ planetae adscribitur (I. §. 52. p. 65.). Hinc gruibus summa vigilantia tribuitur (Horap. II. 94. Ael. III. 13.). Vigilantia vero ☿ est, qui custos Osiridis (☉) appellatur, eandemque ob causam canem sibi sacrum habebat.

Hirundo, χελιδων, ϭⲁϫ ⲙ̀ ⲃⲓⲣⲓ (passer veris) ♄ nec non ☽ (?) significare videtur. Aelianus (X. 34.) eam ♄ adscribit. *Τιμαται,* inquit, *ἡ χελιδων θεοις μοιχιοις και Ἀφροδιτῃ, μοιχιᾳ μεντοι και ταυτῃ.* Dii moechii sunt Saturnales, cui deo ♄ perfidia et matrimonia infelicia adscribuntur (I. §. 47. p. 59. n. 1. 4.). Venus vero illa moechia, quae vulgo Vrania dicitur, est ♄ femininus, cui columbae, vaccae sacrae et alia adscribuntur. Hinc Horapollo (II. 31.) hirundinem dicit significare opes paternas intactas filiis relictas. Thesaurizatio autem ♄ propria (I. §. 47. p. 59. n. 4.). Hinc Aelianus (l. c.) mala quaecunque, quae ♄ sunt, hirundini adscribit. Tradit vero etiam Plutarchus (Is. p. 357.), Isidem, mortuo Osiride marito, in hirundinem mutatam esse in Phoenicia atque lamentabilem vocem edidisse. Sane Isis plerumque ☽ significat, neque improbabile, cum alia animalia multa et ♄ et ☽ sacra fuerint, etiam hirundinem vtrique deae propriam fuisse. Desunt tamen mihi alia argumenta satis probantia.

Ibis, ἰβις, ϩⲓⲡ, ☿ symbolum, nigra ☽. Antonius Liberalis (Met. F. 28.) atque Ouidius (Met. V. 329.) tradunt, Mercurium (☿) mutatum esse in Ibidem, quibus assentit Hyginus (P. Ast. II. c. 28.). Plutarchus (Symp. L. IX. Q. 3. p. 738.): „Mercurius primus deorum in Aegypto traditur inuenisse literas. Itaque Ibin (☿) signum primae literae fecerunt.“ Horapollo (I. 10.): *ἡν* (scarabaeorum speciem) *Ἑρμῃ διαφερειν ἐνομισαν, κατα και ἰβις το ὀρνεον.* Idem (I. 36.): *Ibin pingunt,*

quod quidem animal Mercurio attributum ac dicatum est. Item Plato (Phaed. p. 212.), Plutarchus (Sym. 738.) Aelianus (X. 29.) aliique. At vero negari nequit, alios etiam ☽ Ibin adscribere. Aelianus (II. 38.): *ἱερα της σελληνης ἡ ὀρνις ἐστιν ἰβις.* Loquitur autem infra de ibide nigra. Idem tradunt Plutarchus (Is. 381.), Clemens (Strom. I. 5. p. 567.). Quamquam vero ☽ et ☿ multa habent communia; probabilius tamen est, Ibidem vulgarem ☿, nigram ☽ sacram fuisse. Ceterum de penna Ibidis idem valere videtur, quod de tota aue diximus. Horapollo enim tradit (II. 81). pennam Ibidis crocodilum ea tactum immobilem reddere. Ex quo sequitur, pennam Ibidis naturae ♄ maxime oppositum esse, quod cadit in ☽ et ☿ sacra.

Locusta, cicada, cicuta, κωνειος, ἀκρις, τεττιξ, ϩⲉⲛⲓ, ϣⲁⲉ, ♂ et ♄ symbolum. Astrologi vtrique planetae locustas adscribunt (I. §. 47. 49. n. 5. p. 60. 62.). Neque hoc mirum, cum hoc animal maxime noxium esset Aegyptiis, atque ♄ et ♂ patrocinentur noxiis quibusque animalibus. Diserte autem Aelianus (IV. 23.) cicutas (*κωνειους*) venenosas homini, non suibus dicit. Ergo cicuta cum sue (♄) conuenit. Idem (XIII. 26.) de cicadis marinis (*τεττιξ ἐναλιος*) tradit, eas Perseo (♂), Iouis filio, sacras esse. Ergo et *τεττιξ* terrestris ♂ conuenit. Perseus enim, vt vidimus (p. 116.), ♂ est. Hinc factum est haud dubie, vt Athenienses propter deam suam tutelarem Mineruam (♂) cicadas (*τεττιγας*) arte factas capillis gestarent. Huc facit locus Horapollinis (I. 55.), quo dicit, hominem *μυστικον* et *τελεστην* significari cicada (*τεττιγι*). Sapientia enim secreta, vt Atheniensium, ita et Saitarum ♂ propria. Itaque distinguendum videtur inter cicadas (*τεττιγας*), quae cum locustis (*ἀκρισι*) ♂ significarent, atque inter cicutas (*κωνειους*) ♄ sacras.

Musca, μυια, ⲁϥ, musca canina, *κυνομυια,* ⲁϥ ⲛ̀ ⲟⲩϫⲟⲣ, ♂ et ♄ significare videntur. Teste Horapolline (I. 51.) musca est impudentiae symbolum. Impudentia vero crocodilo (♄) adscribitur. Item Aelianus (II. 29. VII. 19.) et Philo (Mos. I.). *Impudentia*, inquit Aelianus, *sunt animalia muscae et canes.* Quo ex loco elucet, muscam caninam potius ♄ respondere. Tradit hinc Aelianus (II. 29. IX. 15.), muscam seorsim esse audacissimam et venenosam, quae proprietates sunt ♂ potius. Cogitandum itaque de musca aculeata ♂ sacra.

Noctua, γλαυξ, ὠτος (aurita), νυκτικοραξ (corvus nocturnus) ⲙⲟⲩⲗⲁϫ, ♂ symbolum. Reperitur haec auis passim in numis Saiticis iuxta Neitham siue Mineruam (Vaill. Num. Aeg. p. 114.), quae ♂ est femininus. Item Mineruae (♂) constans symbolum habetur noctua. Diserte Aelianus (X. 37.) hanc auem Mineruae sacram et caram dicit. Hinc in Zodiaco antiquo (Kreuz. Symb. Tab. 49.) Oecodespota ♈, quippe ♂, exprimitur noctua, dominus ♉ quippe ♀ columba, dominus ♊ ☿ tripode et sic porro. Teste Horapolline (II. 25.) nycticorax significabat mortem inopinatam, quae ♂ est (I. §. 49. p. 62.). Caeterum noctua saepenumero simpliciter coruus appellatur, qui ipse ♂ tribuitur (Horap. II. 8.). Vide s. Coruus.

Passer, στρουθος, ϭⲁϫ, ♀ symbolum. Admodum enim clara sunt, quae Horapollo (II. 115.) tradit, si conferantur cum astrologis (I. §. 51. p. 64.). De passeribus Veneris (♀) vero in vulgus constat. Negari tamen nequit, in illa concubitus repetitione septena esse aliquid, quod ♄ innuat, siue Venerem Vraniam. Ceterum et apud Indos ♀ planeta passere vectus fingitur (Kreuz. Symb. Tab. XXXI.).

Pauo, ταων, ♄ sacer esse dicitur. In Zodiaco (Kreuz. Symb. T. 49.) significat Oecodespotam ♒, nimirum ♄. Porro haec est Iunonis auis, quae teste Manilio (Poet. Ast. p. 170. Bas.) est

domina ♒. Deinde Aelianus (III. 42. et V. 21.) tradit, eum pennis quidem pulcrum, corpore vero deformem esse, atque ostentantem et superbum, quae ♄ sunt proprietates. Etiam fabula Aeliani (XI. 33.) ad ♄ spectat. Tamen ille pauonem Ioui sacrum dicit (l. c.). Quod quomodo cum superioribus concinnari possit, non video.

Pelecanus, πελεκαν, ϩⲙⲏ, ϩⲩⲙⲏ, ☿ vel potius ♀ designare videtur. Adscribitur ei enim summus amor in parentes, vt reliquis ☿ auibus, neque vero prudentia (Horap. I. 54. Ael. III. 23.), quae ♀ potius denegatur.

Perdix, περδιξ, ♄ et ♃ significare videtur. Aelianus enim (X. 35.) Iouem (♃) et Latonam (♄) hac aue delectari dicit. Idem (XVII. 15.) narrat, numerum septenum perdici sacrum esse. Significat autem ♄ et septimum planetam, et septimam sphaeram, et septimum genus hominum, et septimum diem, et septimum sonum musices, et septimam vocalem eiusque generis alia. Ceterum perdix saepius confunditur cum coturnice, ♄ sacra. Hinc Horapollo paederastiam quoque perdici adscribit (II. 95.), quum quaelibet sorditudo ♄ conueniat.

Phoenix, φοινιξ, ☉ et ♃ significare videtur. Teste Herodoto (II. 73.), aquilae simillimus erat, quam ☉ et ♃ sacram fuisse vidimus. Dicitur etiam phoenix Heliopoli patrem sepelire, quae ☉ est ciuitas, eodemque reuerti post 500 annos circiter. Hic autem numerus spectat haud dubie ad ♃ planetam, qui post 500 annos circiter iterum cum ☉ coniunctus eodem die oritur. Hinc Horapollo (I. 34.): *Phoenix*, inquit, *symbolum Solis est.* Accedit quod palma; quae ♃ et ☉ est symbolum (v. infra), ipsa etiam φοινιξ vocatur.

Picus, δρυοκολαπτης, (*Picus*), ♂ symbolum. Aelianus (I. 45.) pico adscribit ♂ virtutes, v. c. aedificationem (I. §. 49. p. 61.). Eius cognomina sunt εὐθαρσης και γαυρος; dicitur filios Martis nutriuisse atque in luco Martis vaticinatus esse (Kreuz. Sym. IV. 427. ss.), quae omnia ♂ clarissime designant. Etiam quercus, qua nidum picus excauet, ♂ est sacra, quippe ilex.

Scarabaeus, κανθαρος, ϭⲁⲗⲟⲩⲕⲥ, خنفسا, خنافس (MS. P.) maxime ☽ significat. Horapollo (I. 10.): *Vbi scarabaeus*, inquit, *sobolem procreare vult, bouis fimum nactus globulum ex eo eiusdem cum mundo figurae fingit. Quem vbi ab ortu in occasum aduersis pedibus volutarit, ipse rursum, vt orbi persimilem figuram edat atque exprimat, in ortum conuertitur. — Hanc itaque pilam in terra defossam reponit in dies octo et viginti. Nam et totidem diebus Luna duodecim Zodiaci signa perlustrat ac semen vitale suscipit scarabaeorum genus. Nono autem et vicesimo die apertam pilam in aquam coniicit (eum enim diem esse putant, quo et Luna cum Sole congreditur et mundi insuper fiat generatio), quae dum in aqua aperitur, prodeunt animalia, hoc est scarabaei.* En scarabaeum viuum ☽ simulacrum. Horapollo (II. 40.) tradit, scarabaeum Solis splendore excoecatum perire, quo innuit, ☽ in nouilunio lumen amittere ac quasi perire mensis ad instar. Hinc scarabaeus in lingua Apidis, ☽ sacri. Ceterum in Zodiacis Aegyptiacis Tentyritico, Latopolitano, tum in Parisino a Letronnio edito, Lugdunensi (Reuvens lettres à M. Letr.) aliisque scarabaeo exprimitur ☽, domina ♋ signi. Itaque negari nequit, scarabaeum significare ☽. At Horapollo (I. 10.) tria scarabaeorum genera enumerat, quare non mirum, alios scarabaeos aliis planetis sacros fuisse. *Sunt*, inquit, *scarabaeorum formae tres. Prima felium specie ac velut radiis insignita, quam et Soli ob significationem quandam dicarunt. — Habet autem et scarabaeus omnis digitos* (δακτυλους) *triginta, idque ad indicium triginta mensis*

dierum, quibus Sol oriens suum per singula Zodiaci signa cursum peragit. Alterum scarabaeorum genus bicorne est et taurina specie. Quod cum et Lunae consecratum sit, inde etiam eum, qui inter sidera relatus est, taurum huiusque deae (☽) eleuationem (ὕψωμα) esse perhibent Aegyptiorum filii. Tertium vnicorne est et suae peculiaris forma, quod et Mercurio sacrum esse, et etiam est Ibis auis, existimarunt. Itaque alterum scarabaeorum genus ☉ sacrum, quod et Clemens (Strom. V. 555.) et Aelianus (X. 15.) et Eusebius (III. P. E.) aliique testantur. Denique vero non dubium est, quin scarabaeus quidem etiam ♂ designauerit. Teste Aeliano (X. 25.) *milites in annulis gerebant scarabaeum legislatoris indicem.* Item Plutarchus (Is. 355.). Milites vero ♂ proprii (I. §. 49. p. 61.), qua de re milites, vt vidimus, in nomis ♂, Thebis et Sai, stationarii erant. Hinc Neitha (♂) in capite gerebat scarabaeum (Ouid. Met. v. 689.). Hinc Horapollo (I. 13.) tradit, et Vulcanum (♂), et Mineruam (♂) scarabaeo exprimi. Huc spectant scarabaei capite arietino insignes, qui passim in museis Aegyptiis reperiuntur. Aries enim ♂ signum. Huius generis esse videtur scarabaeus minutus septempunctatus, colore rutilo, quem nostrates etiamnum vocant diuinum (Gotteskügelchen), quum septem puncta responderent septem planetis, globuli superficies vero coelo stellato, ♂ sacro. Itaque significant scarabaeus vulgaris, seu stercorarius ☽, alius bicornis specie taurina ☉, alius vnicornis forma peculiari ☿, alius denique ♂ planetam.

Struthio, στρουθος, ☉ symbolum. Propter regias suas proprietates et virtutes sane hoc animal optime ☉ conuenit. Tradit autem Aelianus (XIV. 7.), lapillis struthionis sanari oculorum morbos. Oculorum vero morbi ☉ sunt (I. §. 50. p. 63. n. 4.), atque tenendum, quae res sunt planetae cuidam sacrae, iis sanari eos morbos, qui eidem planetae adscribuntur. Sic caepa, ♄ sacra, sanatur hydropsis, ♄ morbus (I. §. 47. p. 59. n. 4.). Alia exempla supra vidimus. Itaque struthio ☉ symbolum. Huc accedit, quod hoc animal item struthiocamelus vocatur. Camelus vero ☉ symbolum. Quod vero Horapollo (II. 118.) tradit, struthiocameli pennam significare iudicem iustum (ἴσως πασι δικαιον ἀπογεμοντα), id haud dubie spectat ad ♄. Hic enim planeta Vltio, Νεμεσις, vocatur; atque constat de Plutonis (♄) et Rhadamanthi (ⲣⲁ-ⲛⲧ-ⲁⲙⲉⲛϯ, sol inferni) iustitia. Vidimus autem, animalia maiora integra quidem suum planetam dominum habere, eorum vero partes plerumque aliis planetis subiectas esse. Itaque penna struthionis ♄ est symbolum, de quo infra.

Trochilus, τροχιλος, ♄ symbolum. Notissima est fabula de trochilo, ane palustri, crocodili amica (Ael. VIII. 22. X. 47. XII. 15.). Animalia vero crocodilo (♄) cara, eadem ♄ propria sunt.

Vespa, σφηξ, ϣⲁⲗⲟⲩⲕⲓ; *apis*, μελισσα, ⲁϥⲛⲉⲃⲓⲱ (musca mellis), ⲁϥⲙⲃⲓⲟⲩ (vespa σφηκια) ♂ significant. Animalia venenosa et punctio omnino ♂ sunt. Narrat vero Aelianus (V. 16.), vespas venenum e vipera (♂), vt Herculem (♂) venenum sagittarum ex hydra haurire. Vipera vero ♂ est animal (I. §. 49. p. 62.). Hinc Horapollo (I. 62.): *innuunt*, inquit, *tum ex mellis insigni vtilitate, tum ex vi, quam in aculeo habet hoc animal* (μελισσα), *apem vtilem simul et potentem esse ad res gerendas regum.* Potentia vero ♂ Somi (ϫⲱⲙ *potentia*) proprietas est. Hinc clarius Horapollo (II. 24.) tradit, vespam volantem (ἀεροπετη) aut crocodili noxium sanguinem (♂), aut caedem (♂) designare (v. I. §. 48. p. 61.). Hinc apes Indorum sacrae pingebantur caeruleae (Kreuz. S. IV. 390.). Caeruleus enim color ♂ proprius (v. infra). Hinc apes Graecorum aeris

colore esse dicebantur (Ael. XVII. 35.), quod ♂ est metallum. Itaque negari nequit, vespas atque apes ♂ significare. At vero caute distinguendum est inter apes atque apes masculas, nec non apum reginam vel regem (ἐσσην). Hae enim apium species ♃ sunt sacrae. Disertis enim et claris verbis Ammianus (XVII. 4. 11.) tradit, *regem ape denotari, quoniam aculeum non habeat.* Zeus enim, ϭιοϲ (dominus), regem κατ' ἐξοχην significat. Hinc Callimachus Iouem ἐσσηνα appellat (Kreuz. S. IV. p. 391.). Et huc tot aliae spectant fabulae.

Vulpanser, χηναλωπηξ, ☿ significare videtur. Hoc animal (anas tadorna Linn.), Aeliano teste (V. 30.), differt indole ab ansere, licet forma simili; multa vero communia habet cum vulpe propter callidam improbitatem (πανουργιαν). Vulpes autem ☿ symbolum atque callida improbitas ☿ propria (I. §. 52. p. 65.). Deinde Aelianus (X. 16.) vulpanserem componit cum vpupa et ciconia, ☿ sacris, eiusque pietatem in filios laudat, quae eadem ☿ propria dicitur (I. §. 52. p. 65.). Porro Horapollo (I. 53.) tradit, vulpanserem filium significare. Quo innuit haud dubie Horum, Osiridis et Isidis filium, ☿ planetam, et ☉, et ☽ simillimum. Huc etiam spectat, quod anser (χην) passim Isidi valde cara dicitur. Hoc enim non quadrat in anserem vulgarem, ♄ sacrum et ☉ et ☽ infensum, sed in aliud anserum genus (Ael. V. 30.), nimirum vulpanserem, qui sane cum ansere confundi poterat. Constat autem de amore Isidis in filium Horum, tum ☉ vernum, tum ☿. Ceterum ex loco Herodoti (II. 73.): „Aegyptiis sacra sunt etiam lepidotus, anguilla, quae, vt aiunt, Nilo consecrantur, atque inter aues vulpanser:“ hoc tantum sequitur, vulpanserem sacrum cogitari respectu ad Nilum (⊙), quod sane cadit in ☿ animalia, quippe filii ☉ dilecti. Negari tamen nequit, probabile esse, vulpanserem nonnunquam et ☽ significare, quum ☽ et ☿ simul multa alia animalia sibi sacra habeant, atque anser (vulpanser) Isidi sacer dicatur (Jabl. Panth. III. p. 3.).

Vultur, γυψ, ⲛⲟⲩϣⲉⲣ (ϩⲁϣⲓⲧ?), plerumque ♂, nonnunquam ♄ significat. Hoc auium genus (vultur barbatus Lin.) rapacissimum et fortissimum, in Aethiopia maxime frequens, sane per naturam suam vtrique planetae conuenit. Horapollo (I. 12.) tradit, vulturem significare Mineruam (♂) et Iunonem (♄), quoniam apud Aegyptios Minerua superius coeli hemisphaerium, Iuno vero inferius occupauerit. Idem (I. 13.) ait, Vulcanum (♂) et Mineruam (♂) vulture exprimi. Deinde monitum, accipitrem saepe cum vulture confundi, vt locus Strabonis docet (v. accipiter supra). Hinc Aelianus (XII. 4.) diserte accipitrem ossifragam et harpam (φηνηϲ και ἁρπην) Mineruae (♂) adscribit. Hinc Horapollo (I. 8.) tradit, accipitrem (ossifragam) Martem (Ἄρεα) et Venerem (Vraniam) denotare. Hinc vultur partem habet in pugnis et bellis, quae ♂ sunt propria (Horap. I. 11.). Significat autem vultur et ♄. Teste Horapolline (II. 96.), aquila rostro adunco (vultur), qui sane, deficientibus pennis in capite, senis speciem prae se fert, senem significat. Senium vero ♄ proprium (I. §. 49. p. 59.). Hinc Aelianus (X. 22.) vulturem Iunoni (♄) et Isidi (☽ in ♑) sacrum dicit. Docet Eusebius (P. E. III. 12.), vulturem denotare Lunam, vim gignendi ciendique ventos habentem; quod spectat ad Isidem seu Lunam nouam in ♑. Hinc Horapollo fabulatur, vulturem Soli tergum aduertere (I. 11.), quo significat inimicitiam, quae Osiridem et Typhonem (⊙ et ♄) intercedat. Hinc idem ibidem, Vraniam (♄) vulture exprimi, ait. Neque obscure ♄ innuit eo, quod narrat, vulturem septem ante pugnas diebus locum pugnae funestissimum praefinire et circumscribere (I. 11. p. 18.). Numerus enim septenarius septimo planetae, nimirum ♄, sacer erat, vt vidimus (art. *Perdix*.).

III. *Amphibia, serpentes et insecta reptilia.*

Araneus, ἀραχνης, ⲥⲧⲁⲭⲟⲩⲗ, ☿ symbolum nec non ♂. Aelianus (I. 21.); *textrinam*, inquit, *et lanificia Deam Erganem* (♂) *inuenisse, fama hominum celebratum est.* Araneus vero ad textrinum opus sua sponte naturaque factus est. Idem (VI. 57.): *non modo extendendi solertiam*, inquit, *aranei praeclare tenent, ac similiter vt Minerua, lanificii illa praeses et solertissima dea* (ἐργανη και πινυτη θεα), *tereti manuum ministerio et tenui valent; sed et natura etiam sunt ad geometriam eruditi. Nam centrum seruant — neque interim Euclide egent. Ad medium autem centri sedentes insidias praedae suae tendunt. Etiam sarciendi artificio excellunt.* Constat vero (p. 65.), geometriam et insidias ☿, texturam ♂ proprias esse.

Aspis, ἀσπις, ϩⲟϥ, ϩϥⲱ (etiam ὀφις); vipera, ἐχις, ⲁⲭⲱ, ♂ significant. His enim nominibus serpentes venenosi insigniuntur ♂ omnes sacri. Diserte autem vtrumque genus astrologi ♂ adscribunt (I. §. 49. n. 5. p. 62.). Ouidius (Met. IX. 687.) septem planetas ita compellat: ☽ Inachin, ☿ latratorem Anubidem, ♀ sanctam Bubastin, ☉ variis coloribus Apidem, ♄ silentem digitoque silentia suadentem, ♃ Osiridem, ♂ plenam somniferi serpentem peregrinam veneni. Est autem serpens venenosa notissima illa Thermuthis dicta (ϯ-ⲉⲣ-ⲙⲟⲩⲧ mortifera), vnde et ♂ mensis Pharmuthi (ⲫ-ⲉⲣ-ⲙⲟⲩⲧ mortifer) dicitur. Hinc etiam ☽ vocatur Thermuthis, quum in ♂ domibus versatur, de quo supra satis dictum. Quare fingebatur ☽, viperam gerens (Aelian. X. 31.), et dicebatur impiis viperas immittere (Plut. Is. p. 380.). Quemadmodum vero ♂ apud Aegyptios, ita et apud Graecos serpentes sibi sacros habebat. Satis enim constat de serpentibus Mineruae seu Athenae. Huc spectat serpens Thebanus, qui fontem Martis custodiebat. Respondent Thebae Aegyptiorum quidem Thebis Graecorum, h. e. ♈, domicilio ♂. Ceterum aspidis genus ☽ et ♀ sacrum fuisse, sequentia docent. Horapollo (I. 59.); *porro*, inquit, *anguis* (ὀφεως) *nomen est apud Aegyptios Meisi* (Μεϊσι), h. e. ⲙⲏ-ⲓⲥⲓ, dilecta Isidis (☽ et ♀). Hinc Aelianus (An. X. 31.) Isidi adscribit aspidem, *quam hominibus sceleratis immittat*, quaeque imaginibus Isidis addatur. Ceterum in Zodiaco Indico (Transact. of the R. Asiat. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) prima ☽ statio, cui ☽ praeest, aspide illa exprimitur.

Basiliscus, Vraeus, βασιλισκος, οὐραιος, (ⲡⲉⲧ-ⲟⲩⲣⲟ), ♃ et ☉ designat. Horapollo tria serpentium genera enumerat (I. 1.), quorum vnum, etsi passim alia cum aliis confundantur, regium dicit. Sane reges sunt symbola ☉ et ♃, quare Zeus, Deus, ⲃⲓⲟⲥ, princeps seu dominus κατ' ἐξοχην dicitur. Quum vero ☉ et ♃ maxima quaeque animalia eaque non venenosa consecrata fuerint; sequitur, basiliscum siue Vraeum, serpentem maiorem, boae similem, ☉ et ♃ significasse. Eiusmodi serpentes ☉ et ♃ sacros fuisse, aliis etiam ex locis clarum est. *Aeuum* (annum) *innuere volentes*, ait Horapollo (I. 1.), *serpentem pingunt, cuius cauda reliquo tegatur corpore. Hunc Aegyptii quidem lingua sua Vraeum, Graeci vero Basiliscum appellant. Eundem ex auro conflatum diis circumponunt.* Tempus quidem omnino, seu aeuum vel annus, ☉ conuenit, temporum spatia circumscribenti. Hinc Horapollo (II. 2.) tradit, serpentem aliquem et Zodiacum (mundum), et annum significare propter squamas, quae stellas significent, et propter annuam pellis renouationem. Ergo serpens ille Iouem, Zodiaci dominum, et ☉ quotannis renouatum significat. Huc spectat fabula (Theon. p. 113.) de Ioue (♃) in serpentem mutato. Quod enim tradit,

Iouem, vt Saturni (♄) persecutionem effugeret, serpentis formam subiisse, id spectat aut ad ☉, aut potius ad ♃, dominum signorum Zodiaci. Vidimus enim, inde, quod duodecim dii prae timore Typhonis (♄) animalium formas subierunt, duodecim Zodiaci animalia orta dici. Ergo serpens inflatus, Deorum Aegyptiorum et regum in capitibus conspicuus, est Vraeus ille, seu Basiliscus, ♃ et ☉ symbolum.

Cneph, *Cnuphis serpens*, κνηφ, κνουφις, ☉ et ♃ significare videtur. Haud dubie Cneph, ⲭⲏ-ⲛⲟⲩϥⲓ, *ens bonum*, cognomen est serpentis Vraei, Basilisci, de quo iam diximus. Tradit enim Philo (Euseb. P. E. I. 10. p. 41.), „primum Aegyptiorum numen sanctum esse serpentem capite accipitris, vt in monumentis apparet. Qui, quum sursum prospiceret, omnia luce impleret; quum vero clauderet oculos, tenebras spargeret". Itaque clarum, agi de serpente ☉ symbolo. Sane accipiter ☉ sacer habebatur. Vidimus autem supra (p. 103.), Cneph ☉ significare. Hinc Eusebius (P. E. I. c. 10. p. 41.) testatur, Chneph-Agathodaemonem exprimi serpente, discum solarem ambeunte. Item Horapollo (I. 64.), *omnium*, inquit, *moderatorem* (☉) *significant pingentes anguem. Sic et apud eos spiritus est* (κνηφ), *qui per vniuersum orbem permeat.* Constat porro, Cneph Thebis cultum fuisse (Plut. Is. p. 359.); ex quo sequitur, quum Thebae respondeant ♃ domui, ♓ signo, Cneph serpentem ♃ quoque exprimere. Hinc Horapollo (I. 63.) tradit, regem serpente exprimi, integro quidem (i. e. longo) omnium principem (☉), dimidiato (i. e. breuiori) minorem principem, qui est ♃.

Crocodilus, κροκοδειλος, ⲉⲙⲥⲟⲟϩ, ⲙ̀ⲥⲁϩ (ⲛ̀ⲧⲱⲟⲩ, χερσαιος), ⲥⲟⲩⲭⲓ, ⲭⲁⲣⲟⲩⲕⲓ (الضب crocodilus, lacerta), ♄ nec non ♂ symbolum. Tradunt Plutarchus (Is. p. 371.) et Aelianus (X. 21.), Typhonem, vt iram Hori effugeret, formam crocodili adsciuisse. Horus est ☉ e solstitio hiberno prodiens. Vltio Hori cadit in proxima ab eo signa, ♑ et ♒, quae sunt ♄ domicilia. Ergo Typhon hoc loco est ♄. Teste Clemente (Strom. V. p. 566.), Plutarcho (Is. p. 371. 353.) aliisque crocodilus erat symbolum odii, impudentiae, nequitiae, quae ♄ sunt virtutes (I. §. 47. p. 59.). Hinc Plutarchus (Is. 380.) ait, „naturam omnem brutam et belluinam malo genio (♄) iure deberi, ideoque ad eum demulcendum et placandum eos ab Aegyptiis coli". Hinc crocodili sacri erant in vrbe Ombos, ♄ prouincia, atque necabantur Copti, ☉ decuriae (Ael. X. 21.). Nam aduersarius ☉ Typhon (♄) putabatur. Hinc etiam in insula Elephantine (♀ decuria) et Tentyrae (♀ decuria) crocodilum incolae auersabantur (Herod. II. 69. Ptol. L. IV. c. 5. Strabo p. 593. Tz.). Nam ♀, seu Horus, ☉ naturae similis et amicus putabatur. Ipse Lucianus (Op. T. II. p. 358.) testatur, vnum de septem diis (planetis) in crocodilum mutatum esse. Quum vero crocodilus pariter atque ♄ omnis malitiae index haberetur; clarum est, crocodilum ♄ significare. Teste Horapolline (I. 69.), crocodilus significabat occasum Solis i. e. descensum ☉ ad ♄ hemisphaerium, atque cauda crocodili innuebantur tenebrae, quibus ♄ praeest. Hinc diserte Aelianus (X. 21.) ait, Apollinopolitas (☉) crocodilum odisse, quia Typhon (♄) crocodili formam induisset. Ceterum in Zodiaco Indico (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) signum Zodiaci decimum, ♄ domus, quippe ♑, crocodilo exprimitur, quo fabula de Typhone (♑) in crocodilum mutato, supra commemorata, confirmatur. Quamuis vero certum sit, crocodilum ♄ esse symbolum; negari nequit, hoc animale rapaci etiam ♂ exprimi. Sane vtriusque planetae indoli crocodilus conuenit. Vtrique planetae et alia animalia noxia communia sunt (I. 54. p. 67.). Vterque planeta Typhon vocatur, cui di-

serte veteres crocodilum adscribunt (Plut. Is. 371. Ael. X. 21.). Hinc Aelianus (II. 33.) tradit, ex crocodilo (♂) nasci scorpionem, ♂ symbolum (I. §. 49. p. 62. n. 5.). Hinc Horapollo (I. 67.) dicit, crocodilum exprimere rapacem et insanum, quae ♂ sunt proprietates (I. §. 49. p. 61.). Hinc crocodilus etiam Athenis Mineruam (♂) significabat (Kreuz. Symb. II. p. 286. n. 4. 675.). Fingebatur enim Mineruà crocodilo insidens. Sunt autem duo crocodilorum genera, alterum aquaticum, alterum terrestre (Ael. I. 58.); alterum maxime ferox (ΜΙCΑϹ), alterum paullo mansuetius, Suchos (COYXI) appellatum et Arsinoae cultum (Her. II. 69. Strabo XVII. p. 558.). Quamuis vero Damascius (vit. Is. ap. Phoc. B. c. 1048.) tradit haec: *ὁ σουχος δικαιος. ὀνομα δε κροκοδειλου και εἰδος ὁ σουχαὶς· οὐ γαρ ἀδικει ζωον οὐδεν*: hoc tamen non ita intelligendum, ac si hoc crocodilorum genus totam suam naturam deposuerit. Constat enim (Ael. X. 21. Maxim. Tyr. XXXIX. p. 456.), etiam crocodilos, maxime cultos, incolarum liberos deuorasse idque parentes honori sibi duxisse. Puto itaque, quum ♂ minus perniciosus et malitiosus, quam ♄ haberetur, crocodilum aquaticum ♄, alterum ♂ significasse. Praeterea monendum, Indos (l. l.) stationem ☽ 24, cui ♀ praeest, specie crocodili parui exprimere.

Draco, *δρακων*, symbolum ♄. Etsi hoc nomine nonnunquam alia serpentum genera comprehendantur; claret tamen, proprie dracones denotare serpentum genus maximum, nempe boam constrictorem. Hinc Aelianus (II. 21. VI. 21.) dracones appellat, qui elephantum strangulent. Hinc in templo Serapidis dracones, nimirum serpentes 25 pedes longi habebantur. Hunc quidem draconem ♄ significare, sequentia docent. Constat, Typhonem Graecum, qui re non differt ab Aegyptio, fingi immani magnitudine gigantem, cui centum capita draconum ex humeris enata erant (Hes. Th. 821. 824. Pin. Pyth. I. et VIII.). Hinc Strabo (XVI. p. 516.) narrat, Typhonem fulmine Iouis vulneratum aufugisse, quum eum impugnasset. Teste Plutarcho (Is. 371.), Hermopoli erat tabula, qua Horus fingebatur accipiter hippopotamo insidens contra serpentem pugnans. Quae omnia spectant ad ☉ in ♐ ingredientem. Serpens enim ille ♄ significat dominum signorum ♐ et ♒ eorumque effectus, frigus. Eodem spectat serpens, qui inter pugnam Osiridis cum Typhone Thuerin (♐) ad Osiridis partes transeuntem prosequebatur, quem Horus interemit (Plut. Is. 358.). Hinc symbolum Ahrimani (♄) draco erat (Zendauesta I. p. 6.). Huc pertinet draco Lernaeus (♒) ab Hercule interemtus. Hinc ipse Graecorum Saturnus manu serpentem gerit. Hinc constellatio draconis coelestis dicitur filius Typhonis (♄) fuisse (Hygin. F. 30.). Denique vidimus, Serapin significare ☉ hibernum seu ☉ in domiciliis ♄ (♐ et ♒) versantem. Ergo vt alias, ita et huius Dei solaris attributa et insignia pertinent ad signa, quibus ☉ inest. Ergo draco Serapis ♄ symbolum. Hinc facile intelliguntur verba Plutarchi (Is. 362.): *Manetho, a cerbero et dracone coniecturis ductis, collegit, simulacrum Serapidis esse Plutonis* (♄). Huc facit, quod Indorum Zodiacus (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. 1.) stationem ☽ 28, ♄ propriam, dracone exprimit.

Formica, *μυρμηξ*, ϰαϱϰιϱ, ϭλϰιϱ, ♂ significare videtur. Propter industriam summam, aedificationem et venenosum aculeum, quae omnia ♂ sunt, formica nulli magis conuenit, quam ♂ planetae. Adde locum Aeliani (X. 42.). *Mortiferum*, inquit, *genus formicarum esse dicitur, quae Laertae nuncupantur. Eodemque nomine vespas quasdam appellant.* Ergo vespae, quae ♂ esse vidimus, formicis comparantur. Nomen *Λαερτη* vero Aegyptiacum est a

λⲁ *valde* et ϩⲣϯ *pugnare* deriuandum. Reapse Artes (*Ἄρτης*) ♂ planetae est nomen (I. §. 4. p. 12.). Praeterea Horapollo (I. 52.) tradit, formicam significare cognitionem (*γνωσιν*). Sapiens vero cognitio Neithae et Mineruae, quippe ♂, maxime propria est.

Lacerta, *σαυρος*, *σαυρη*, ⲁϥⲗⲉⲗⲓ (captor muscarum), ϫⲁⲣⲟⲩⲕⲓ (et crocodilus), ⲁⲛⲑⲟⲩⲥ (*χαλαβωτης*, *γαλεωτης*), ☿ symbolum. Propter celeritatem eiusque consuetudinem, solis in radiis versandi, sane hoc animal ☿ conuenit. Huc spectare videtur Horapollinis aenigma (II. 62.), quo hominem comburendum comparat cum salamandra forte propter caloris amorem, eique duo capita tribuit. Duobus capitibus et faciebus fingebatur ☿ nunc vespertinus nunc matutinus, Anubis, Janus. Ceterum in statuis Apollinis (☿) veteres lacertam effinxerunt, vt aquilam iuxta Jouem.

Meisi, *μεϊσι*, serpens ☽ et ♀ sacer, de quo supra dictum in articulo Aspis.

Rana, *βατραχος*, ϫⲣⲟⲩⲣ, ♃ symbolum. De rana arborea, vti constat, veteres diserte tradunt, eam Ioui esse sacram. Huc spectat prouerbium apud Petronium: *qui fuit rana nunc est rex.* Nam Iouis (♃) est regimen. Deinde constat e fabula de Latona, ranas a Ioue originem habere. Notum est, Deos constanter fere ea animalia atque vegetabilia procreasse, quae ipsis sacra putabantur. Huc facit fabula de ranarum generatione in aere, quae Iouis, *Διος*, est (Ael. XVII. 41. Diodor. S. L. III.); huc indicatio pluuiarum Iouis per ranas (Ael. IX. 13.). Idem docet fabula apud Aelianum (III. 37.), qua Iouis auctoritate ranae in Seripho vocem amiserunt. Denique Aelianus (IX. 24.) ranas facit piscatrices. Piscatura vero diserte ♃ planetae adscribitur (I. §. 48. p. 60. no. 3.). Sin Horapollinem (I. 25. II. 101. 102.) audimus, rana etiam ☉ significare videtur. Nam ranarum visus celer (*ὁρασις ὀξεια*) singularis ☉ est proprietas pariter atque Nilus, ad quem ranas ill[illegible]ere studet. Quum non de duplici ranarum genere cogitare velis; certe non offendit, ☉ et ♃ vt alia, ita et haec animalia communia esse. Quod vero Horapollo ranae etiam inuerecundiam adscribit, id non dubito quin ad aliud ranarum genus spectet ♄ sacrum, vel potius ad singularem ranae partem forte posteriorem, quam ille haud obscure ab anteriori distinguit, quemadmodum leonis posteriora ab anterioribus.

Scorpio, *σκορπιος*, ϭⲗⲏ, ♂ symbolum. Astrologi ♂ adscribunt animalia reptilia venenosa atque speciatim scorpionem (I. §. 49. p. 62. n. 5.). Quod confirmant Horapollo (II. 35.), scorpionem cum crocodilo comparans alterique alterius interitum adscribens, nec non zodiaci ratio. Nam scorpionis imago antiquitus ♂ domum exprimit. Ex loco Horapollinis dicto, licet non satis claro, sequi videtur, scorpionem etiam ♄ exprimere. Hinc forte Aelianus (II. 33.) fabulatur, scorpionem e crocodilo nasci, si non cogitare velis de ♂ crocodilo.

Serpens, *ὀφις*, ♂, ♃ et ♄ significat, vt supra vidimus de vipera, vraeo et boa constrictore siue dracone. Sunt vero et alia serpentium genera, de quibus nunc dicendum. *Serpens cornutus* ♃ designat. Teste Herodoto (II. 74.), hic serpens, duobus cornibus in capite insignis, qui frequentissime in scriptis hieroglyphicis apparet, circa Thebas (♃ domum) degebat, natura innoxius, vt ♃ animalibus conuenit, ibidemque cultus, ipsi Ioui (♃) sacer habitus atque in Iouis (♃) templo sepultus. *Serpens alatus* ♄ sacer fuisse videtur. Narrat enim Herodotus (II. 75.), hunc serpentem, sub initium veris ex Arabia apud oppidum Buto (♄) in Aegyptum inuolare. Quemadmodum vero Buto ♄ significat, ita veris initium cadit post ♄ domus atque alae ♄ sunt propriae. Ibis autem, quem dicit serpentem illum alatum interimere, contrarius est omnibus ♄ animalibus.

Praeterea Herodotus (II. 76.) tradit, horum serpentum alas similes esse vespertilionum alis, quae sunt ♄ animalia (v. sup.) Addit Aelianus (II. 38.), eosdem serpentes etiam ex Aethiopia in Aegyptum aduolare. Quod, quum Aethiopia ad ♄ domum ♒ spectet, eodem recurrit. *Serpens hieracocephalus*, etiam ὀφις ἱεραχομορφος dictus, ☉ sacer erat, vt Philo (Euseb. P. E. I. 10. p. 41.) docet, de quo supra dictum (v. Vraeus). Denique *Serpens* ☿ sacer commemoratur (Ael. XI. 2.). Diserte Aelianus (VIII. 12.) Aesculapio adscribit sacrum serpentem innoxium colore igneo, oculis acerrimis. At constat, in Aegypto nullum serpentem Mercurio (☿) sacrum fuisse. Quare serpens ☿ conuenit non Aegyptiorum, sed Graecorum ex ratione.

Testudo, χελωνη, ὲφωτ, ☿ nec non ☽ significat. Satis nota est fabula de inuentione lyrae per Mercurium. Dicitur neruos Typhoni euulsisse atque testudini intendisse (Plut. Is. 373.). Quemadmodum vero ☿ musica et instrumenta musica adscribuntur, ita et prima lyra, testudo, ei sacra fuerit, necesse est. Hinc Apollo (☿) fingitur lyrophorus. Porro diserte Pausanias (Arcad. c. 54. §. 5.) tradit, testudinem, piscem loricatum, Panis esse animal. Atque vidimus (p. 110.), Pana, numen phallicum, ☿ Mendeti Esmuno respondere. Indi quoque testudinem, cum simio et pisciculis Mercurialibus, ☿ adscribunt (Kreuz. Symb. Tab. XXVIII.). Quum vero ☿ et ☽ multa animalia communia habent, non mirum, testudinem etiam ☽ significasse, quod sequentibus probabile fit. Sane testudo propter figuram suam ☽ plenae figuram prae se fert. Zodiacus antiquus (Kreuzer Symb. Tab. 49.) habet testudinem pro Oecodespota ♋ signi, cui ☽ praeest. Huc spectat fabula Sinensium. Quum enim solis eclipsis incidit, dicunt solem a testudine ingenti deuorari, quo innuere videntur, esse Lunam (testudinem), quae ☉ obscuret. Hinc Aelianus (VI. 12. XV. 19.) testudini adscribit libidinem atque pugnacitatem contra viperam, vt Ibidi. Quae [illegible]mo loco dicta ☿ et ☽, siue Isidi et Horo contra Typhonem pugnantibus, conueniunt.

IV. *Pisces et conchylia.*

Anguilla, ἀγχελυς, ϥογκαϲι (muraena?), ♂ aut ♄ significat. Tradit enim Horapollo (I. 103.), anguillam, quae nullo cum alio pisce commercium habeat, exprimere (deum) omnibus infestum (ἐχθρον) et ceterorum consortium fugientem (ἀπεσχοινισμενον). Quae quidem ♄ atque ♂ sunt proprietates. Tradit autem Aelianus (VIII. 4. XIV. 8.), anguillam haberi mansuetam in fonte Arethusae eamque frequentissimam reperiri in flumine Eridano, quae sunt ♂ aquae. Ex quo sequitur, anguillam ♂ potius conuenire. Si recte memini, anguilla Sai colebatur (♏ ♂).

Carabus, καραβους, ♂ designare videtur. Aelianus (I. 32.) dicit, hoc animal cum aliis ♄ et ♂ animalibus pugnare, cornibus ad arietis (♂) instar adhibitis, praesertim vero iracundia furens, iratae mulieris instar, muraenam aggredi et interficere. Horapollo (II. 106.) tradit, carabum polypis imperare, eoque regem suae nationi imperantem exprimi. Quae omnia optime ♂ conueniunt.

Delphinus, δελφιν, ♃ et ☉ symbolum. Zodiacus enim antiquus (Kreuz. Symb. Tab. XLIX.) delphinos habet pro Oecodespota signi ♓. Hinc Aelianus (XV. 17.) eorum praedicat cum leone (☉) affinitatem. Quod vero in monumentis Graeco-Aegyptiacis delphinus iuxta Nilum (☉) pingitur atque, Nilum adscendens, cum crocodilis (♄) pugnare dicitur (Strabo XI. p. 780. Seneca IV. 11.); ex eo clarum est, eum etiam ☉ sacrum fuisse. Ceterum delphinus Neptuni (♃ ♓) et nautarum erat symbolum, qui quidem ♃ sacri erant (I. §. 48. pag. 60.).

Latus, λατος, ⲕⲟⲩⲗⲉⲟⲧ (Lucius piscis), ♃ designare videtur. Constat, in Zodiacis Aegyptiacis signum ♃ secundum (♓) piscibus exprimi. Teste Strabone (XVII. p. 602.), in vrbe Latopoli colebatur Pallas (♂) et Latus piscis (♃). Latopolis, superior Thebis, vero ita sita est, vt respondeat decuriae ♃ in ♓. Sin displicet, ♂ et ♃ vna in vrbe cultos fuisse, non dubito, quin prouincia Latopolitana respondeat ♃ signo (♓) in vniuersum. Hinc sane Latopoli, vrbe capitali a finibus Aegypti secunda, et dominus signi (♃), et dominus decuriae tertiae Pallas seu Minerua (♂) colendi fuerunt. Quum vero ♓ signum in hanc Aegypti partem incidat, neque alia vrbs illic commemoretur, piscium cultui dedita; persuasissimum mihi habeo, primum: Latopolin, post Memnonia sitam, esse capitalem regionis, ♓ signo respondentis; deinde: piscem Latum ♃ significare; et denique: piscem Latum eum esse, quem Zodiaci Aegyptii in ♓ signo monstrant. Latus enim piscis neque ab Aeliano neque ab aliis describitur. Huc accedit, quod in templo Latopolitano frequentissima etiamnum est Iouis Ammonis (♃) imago. Deinde alia erat vrbs Latopolis prope Memphin, teste Stephano (*Λητους πολις*), quae haud dubie respondet ♃ decuriae in ♌. Denique tertia vrbs Latopolis non dissita erat a Buto (Jablonsk. Panth. II. p. 87.), quae hinc haud dubie ♃ decuriae in ♑ respondet.

Lepidotus, λεπιδωτος, ⲗⲉⲓⲣⲓ, ♂ symbolum. Teste Antonio Liberali (Met. F. 28.), Mars mutatus est in lepidótum, squamosum piscem, quum dii, h. e. 12 signorum domini, Typhonem fugerent. Secundum quem et Apollo (☿) in accipitrem, Mercurius (☿) in Ibidem, Diana (♀) in felem mutati sunt. Teste Strabone (XVII. p. 812.), lepidotus colebatur Papremi, ♂ in signo ♏. Vidimus enim, ibidem quotannis festum in honorem Martis actum fuisse et hyppopotamum (♂) cultum. Hinc sacerdotes Aegyptii abstinebant a carne lepidoti, vt ab aliis animalibus ♄ et ♂ sacris (Iuuen. Sat. VI. v. 49.). Denique huc facit nomen λεπιδωτος, quod haud dubie derinatur a ⲗⲉⲓⲣⲓ, ⲗⲓⲣⲓ, ⲗⲓⲃⲓ, ⲗⲉⲣⲗⲓⲣⲓ *conterere*, *interimere*, *furere*, atque ⲧⲧ *pugnare*, quae ♂ sunt proprietates (p. 61.). Hinc etiam factum, vt Aelianus hunc piscem alio nomine commemoraret. Quod Herodotus (II. 72.) lepidotum, anguillam et vulpanserem Nilo sacros dicit, eo forte nihil aliud innuere vult, quam haec animalia ad Nilum Zodiacum pertinere. Quod vero Strabo (XVII. p. 584.) testatur, lepidotum per totam Aegyptum coli, id non intelligo, si non statuas, eum et ☉, in ♂ possessionibus versantem, significasse.

Maena, μαινα, ♄ significare videtur. Tradit enim Eustathius (Il. A. p. 87.), hunc piscem marinum Hecatae sacrificari rabiei causa, quam aut piscis, aut ☽ in ♄ dominiis versans afferat. Etiam Aelianus narrat (XII. 28.), eum adhiberi in capiendis vespis, quod conuenit animalibus ♄, quippe infestis ♂ animalibus vespis.

Maeota, μαιωτα, ☿ symbolum. Tradit Aelianus (X. 19.), hunc piscem praeire Nili innudationem eamque praesentire, quare sanctissime colatur in insula Elephantine. Celeritas huius piscis eiusque diuinatio et cultus Elephantinae, quae ☿ decuria est, satis clare ☿ innuunt quippe celerem et sagacem atque aruspicem (I. §. 53. p. 65.)

Muraena, μουραινα, ϥⲟⲩⲕⲁⲥⲓ (muraena et anguilla) ♂ et ♄ symbolum. De rapaci huius piscis natura constat, quare aut ♂, aut ♄ conuenit. Tradit autem Horapollo (II. 111.), eum significare nautas peregrinos, vel marinos, atque in flumen ascendere, vt cum viperis misceatur.

Nautae marini ♄ sunt, vipera ♂ (I. §. 47. 49. pp. 59. 62.). Aelianus (X. 40. I. 37.) ei adscribit dentes terribiles et iracundiam maximam, quae magis in ♂, quam in ♄ quadrant.

Oxyrynchus, ὀξυρυγχος, ☽ hinc et ☿ significare videtur. Teste Aeliano (XVII. p. 584. Tz.), oxyrynchus per totam Aegyptum colebatur, quod, teste Herodoto, non contigit nisi ☉ et ☽, atque ☿, constanti eorum comiti. Porro constat, hunc piscem Oxyrynchi, quae vrbs Coptice vocatur ⲡⲉⲙⲭⲉ (plantator), haud dubie ☽ in domicilio, seu ♋, cultum fuisse. Plutarchus (Is. 353.) narrat, nunquam oxyrynchum captum et comesum fuisse, quod ☽ soli quadrat. Tradit etiam (Is. 358.), oxyrynchum cum Phagro et Lepidoto genitalia Osiridis deuorasse, ex quo clarum est, de tribus piscibus vnicuique partem genitalium, quippe suam cuique conuenientem contigisse. Huc facit oris acuti habitus a veteribus oxyryncho adscriptus (Plut. Is. 355.), quod ad Lunae cornua spectare videtur, atque corporis, quo in monumentis apparet, magnitudo ☽ conueniens. Quum vero oxyrynchus e vulneribus Osiridis seu Nili, vt ait Aelianus (X. 46.), natus dicatur; clarum est, hoc non ad ☽, sed ☿ Horum, Osiridis filium spectare. Sane vrbs Oxyrynchus speciatim decuriae ☿ in ♋ respondet. Diserte autem Aelianus dicit (l. l.), nomum quendam, veluti decuriam Zodiaci, ab hoc pisce nomen habere. Hinc ⲡⲉⲙⲭⲉ Oxyrynchi nomen bene quadrat in ☿ phallicum. Hinc Aelianus (I. 12.) oxyrynchum facit eroticum in capite de Capitone oxyryncho. *Cupidinis*, inquit, *vim et numen multa genera piscium nouerunt. Etenim capito, non omnis, sed ille, quem a faciei acumine denominarunt, diuinum huius dei numen colit atque veneratur* (λατρευει τῳδε τῳ δαιμονιῳ). Constat autem, ☿ maxime esse phallicum (I. §. 52. p. 65.). Quod formam Oxyrynchi attinet, haec Aelianus (XI. 24.) narrat: *Ore est*, inquit, *praelongo, oculis auri instar fulgentibus, palpebris albis. Eius dorso puncta pallore insignita sunt, pinnae priores ei nigrae existunt, eae vero in dorso albae. Cauda forma oblonga* (προμηκης). Quamquam haec ad oxyrynchum maris rubri spectant; certum tamen, Niliacum parum ab eo diuersum fuisse. Eodem modo ille describit oxyrynchum maris Caspici.

Phagrus, φαγρος, ☿ symbolum. Aelianus (X. 19.) Phagro pariter atque Maeotae adscribit virtutes ☿, praesagium Nili crescentis, sapientiam et velocitatem, nullamque rapacitatem. Tradit etiam, eundem coli Syenae, quae ☿ decuriae in ♒ respondet. Teste Strabone (XVII. 552. Tz.), colebatur etiam in nomo et vrbe Phagroriopoli, quae haud procul ab Heroopoli sita respondet ☿ decuriae in ♏. Idem piscis dicitur cum Oxyryncho et Lepidoto genitalia Osiridis deuorasse. Certe virga, forte symbolum virgae genitalis, ☿ sacra erat phallico (p. 65.).

Physa, φυσα, ☽ significat. Aelianus (XII. 13.) narrat, hunc piscem non solum ☽ mutationes sentire, sed etiam iecure et toto corpore cum luna crescere et decrescere. Ex quo apparet, huius animalis indolem ☽ plane esse accommodatam. Sic et felis cum ☽ affinitas praedicatur, quare felis ☽ symbolum habebatur, vt vidimus.

Polypus, πολυπους, ♄ symbolum esse videtur. Horapollo (II. 105.) polypum mali hominis (♄) naturam ait exprimere. Polypo voracitas pariter et ♄ adscribitur (I. §. 47. p. 58.). Quod Aelianus (VII. 11.) narrat, polypum aquilam (☉) in mare detrahere, eo indicat Typhonem (♄), Osiridem (☉) sub solstitium hibernum, seu in ♄ domo (♑) superantem.

Scarus, σκαρος, ♀ significat. Aelianus (I. 2.) tradit, hunc piscem omnium esse maxime libi-

dinosum, voracem, et amicitiae studiosum (I. 4.), cui Horapollo (II. 109.) assentitur. Quae omnia maxime ♀ sunt virtutes (I. §. 51. p. 64.).

Silurus, σιλουρος, ♀ symbolum. Teste Ouidio (Met. V. 29.), Venus, vt Typhonem effugeret, mutata est in squamosum piscem. Item Manilius (Astr. IV. 580.) canit: *Scilicet in piscem sese Cytherea nouauit, quum Babylonicas submersa profugit in vndas anguipedem alatis humeris Typhona furentem, inseruitque suos squamosis piscibus ignem.* Quum σιλουρος pariter atque αἴλουρος felem (♀) significare videatur; puto, Horapollinem de hoc Veneris pisce loqui (I. 110.), quem felem marinum, γαλεον ἐναλιον s. ἐνυδρον nuncupat. Ei autem tribuit summam voracitatem et insatiabilem appetitum escae, quae ♀ sunt proprietates (p. 64.). Ceterum felis vel ipsa ♀ animal. Clarius vero Aelianus (XII. 29.) narrat, Bubasti, in ♀ prouincia, qua et feles ♀ sacrae habebantur, multos siluros sacros in stagno ali.

Stella marina, ἀστηρ θαλαττιος, ♂ symbolum. Teste Aeliano (IX. 22.), hoc animal inimicissimum est reliquis ostreis, adeo vt ea exedat. Quae quidem ♂ est proprietas (p. 61.). Huc spectat haud dubie, quod Horapollo (II. 1.) tradit, stellam deum aliquem significare et virilem animum, atque (I. 13.) victricem dei prouidentiam, nec non numerum quinarium. Planeta ♂ quidem ordine quintus est, eique conueniunt virilis animus, pugna, victoria (p. 61.).

V. *Arbores et Plantae.*

Acanthus, ἀκανθος, ϣⲟⲛϯ, ☿ significat. Teste Strabone (XVII. p. 587. Tz.), Acanthorum lucus Apollini (☿) sacer erat. Abydos ipsa, qua in vrbe lucus Acanthorum exstabat, pertinet ad ☿ decuriam in ♉. Porro de Acantho aui, quae nominis causa non potuit non eidem deo sacra esse, Aelianus (X. 32.) ea praedicat, quae, vti cantus et cura viatorum, bene ☿ conueniunt (I. §. 52. p. 65.). Ceterum Acanthus haud dubie non differt ab acacia, quam Copti et Arabes interpretantur ϣⲟⲛϯ, السنط, ἀκανθα, acacia, Hebraei שִׁטָּה, mimosa nilotica.

Allium, σκοροδον, *porrum*, πρασον, ⲏⲁⲓ, ⲉⲃⲉ, ⲏⲃⲉ, ☉ significare videtur. Teste Iuuenali (Sat. XV. 9.), porrum in hortis colebatur Aegyptiacis, vt planta sacra et propitia, quae ipsa Solis symbolum valeret. Huc spectat vsus Graecorum, festo Scirophoriorum allio vescendi ad supprimenda incitamenta venerea (Kreuz. Symb. IV. p. 453.). Ipsum enim hoc festum, quo vmbella sacra deportabatur, ad ☉ spectasse videtur. Ceterum ab allio et porro discernenda est caepa, ♄ symbolum, de qua infra.

Aloe, ἀλοη, ♂ symbolum esse videtur. Haec enim planta, in Aegypto frequentissima, folia habet fortissima et aculeata, quae sane ♂ affinitatem monstrant. Huc spectat haud dubie fabula Graecorum, qua Ὦτος (noctua) et Ἐφιαλτης (impugnator) dicuntur Ἀλωειδαι, filii Aloei, veluti ♂, patroni aloes. Noctua enim ♂ est symbolum, impugnatio ♂ virtus, quae numina vtique Aloei, seu filii ♂ dei dici poterant. Denique folium aloes per se hastae cuspidi simillimum est, atque hasta ♂ symbolum habetur (I. §. 49. p. 62. n. 5.).

Cedrus, κεδρος, ⲥⲓϥⲓ; *pinus*, πιτυς, ⲥⲟⲛϯ; *Cypressus*, κυπαρισσος, videntur, quum omnes similis naturae et figurae essent, eundem deum quippe ♂ Aegyptiis significasse. Testem certe habemus Artemidorum (Oneirocr. II. 25. p. 183. Reis.), pinum (πιτυν) symbolum esse fugae et destructionis, quae ♂ sunt propriae (p. 62.). Diserte autem Eustathius (Voss. Theol. G. L. VIII.

c. 20.) pinum ♂ sacram esse dicit. Reapse haec arbor gladii speciem prae se fert, quod cadit maxime in cypressum. Et hinc veteres constanter cypressum lugubrem appellant. Huc facit, quod gladius (CHϤI) et cypressus vel cedrus (CIϤI) eadem ex radice peruenerunt. Ceterum distinguendum videtur inter pinum gladioformem, pinum nobilem frugiferam, ☉ symbolum, et pinum vulgarem ramis expansis, quae haud dubie ♄ symbolum fuit. Constat, festo Isidis pinum fuisse caesam, truncum excisum et Osiris simulacrum inde factum sepultum fuisse. Spectant vero haec ad ☉ interitum in ♄ domo ♑. Huc spectat festum Attis (Kreuz. Symb. II. 38.). Nam Attis est ☉ renatus post hiemem. Pinus frugifera, quae gerebat Attis (☉) imaginem atque hinc caesa in templum (♄ ♑) portabatur, significat ☉ introitum in solstitium hibernum (♑ 0°), eiusque veluti interitum.

Ficus, συκη, KENTE (ⲁⲗⲗⲱⲕⲓ موز Musa, Ficus indica), ♀ significare videtur. Quum ♀ omnis generis voluptates, praesertim gulae, propriae essent (I. §. 51. p. 64. n. 2. et 4.); sane haec arbor ♀ maxime conuenit. Reapse adhibebantur fici lustrationis causa; atque pietas et religio ♀ maxime peculiaris tribuebatur (I. §. 51. p. 64.). Lustrationes praeterea in secundum mensem apud Romanos incidebant (Februarium), qui, vt Phaophi Aegyptiorum, ♀ subiectus erat. Huc spectat, quod Iohannes Lydus (p. 56.) diserte tradit, ficos, mense Ianuario Romae inuicem oblatas, Victoriae (*Νικη*) dicatas fuisse. Cogitandum vero haud dubie de Venere Victrice. Sic et Anacreon venustatem dicit omnia superare. In festo Bacchi (☉ in ♀ domo ♎ signo) offerebantur corbes cum ficis (Kreuz. Symb. III. 330.), a virginibus quidem marito maturis, quae ipsae ficos infilatas circa collum gerebant. Quemadmodum vero in Dionysiis omnia ad ♀ spectant, vt hedera, lepores, mala, vitis, hinnuli, pardali et reliqua, ita et fici ♀ respexerint necesse est. Eodem in festo praeter corbes cum ficis offerebantur phalli e ligno fici facti. Haec omnia autem insignia vere ad ♀ spectasse, testem habemus Plutarchum (Is. 365. B. p. 496. Wytt.), qui ficos in corbibus et in collis virginum portatas et phallum e ligno fici ait symbola generationis et propagationis, quae ♀ sunt virtutes (I. §. 51. p. 64.). Ceterum probabile, ficum aut fici genus ad ☿ quoque pertinuisse, cui sane cum ♀ amatoria et phallica conueniunt alia.

Granatum, *punicum malum*, ῥοια, ЄРМАN, ☿ nec non ♄ significare videtur. Vidimus (p. 104.), Esmunum significare octauum Cabirum, seu terram, ☿ dominio subiectam; atque ab eo dici nomum ☿ ϢМОУN Ǹ ЄРМАN, *Smunum granati*, ac si dicas, Smunum nomum in prouincia dei, granato insignis, sita. Itaque Cybele non differt ab Esmuno ☿. Eius enim constans insigne granatum reperitur (Kreuz. Symb. II. 50.), neque opus est repetere, in numo Antonini Cybelen corona murali insignem ♁ exprimere, in medio Zodiaco cogitatam (Kreuz. Symb. Tab. VI. 12.). At constat quoque, Iunonem, quam Manilius (Ast. p. 170.) dominam ♒ facit, fingi granatum tenentem (Kreuz. S. II. 588.). Constat etiam, Proserpinam (☽ in hemisphaerio inferno), quum de malo punico Plutonis (♄ domini hemisphaerii inferni) edisset, Infernum non nisi per sex menses derelinquere potuisse. Qua de re granatum etiam ♄ sacrum fuisse videtur. Forte haec sic explicantur. Terrarum orbi in vniuersum, tamquam octauo planetae, Esmunus ☿ praeest. Quum vero Terrarum orbis duabus partibus constet; superior ☽ Isidi, inferior vero, vt in Zodiaco accidit, numini opposito, ♄ Rheae, Athori, subiecta putabatur.

Hedera, κισσος, ♀ symbolum. Hederae progenitor dicitur Osiris, teste Plutarcho (Is. 365.); quare haec planta Chenosiris, i. e. *planta Osiridis* vocabatur. Osiris vero est ☉ in ♀ ♎. Hinc et Bacchus constanter hederam apud se habet, quippe ab Osiride non diuersus. Exstat in Museo Taurinensi papyrus, maximam partem e fragmentis a me restituta, admodum notabilis, figuris phallicis referta, vbi puellae Venereae (♀) hedera et floribus loti insigniuntur. Etiam aliis in monumentis sacerdotessae Veneris (♀) hedera cinctae apparent.

Ilex, πρινος, ♄ et ♂ significare videtur. Aelianus (I. 36.) tradit, leonem obtorpescere, si ilicis folia pede attigerit. Haec fabula nihil aliud docet, quam leoni (☉) oppositam esse ilicen (♄). Etiam constat, foliis ilicis Parcas et Hecaten coronatas fingi, quippe ♄ numina (Kreuz. S. IV. 156.). Praeterea ex ilice fingebantur arma ♂ (p. 62.), quare et ♂ significare videtur. Ceterum ab ilice differt quercus, ♃ symbolum, de qua infra.

Laurus, δαφνη, ☿ symbolum. Folia lauri manducata veteres putabant (Kreuz. Sym. II. 162. not. 215.), facultatem vaticinandi et poesin procreare et fouere. Vtraque vero facultas ☿ planetae adscribitur (I. §. 52. p. 65.). Hinc faticines et poetae δαφνηφαγοι appellabantur, quos astrologi veteres diserte ☿ patrocinio adscribunt (Tzetz. ad Lyc. Cass. v. 6. p. 272. Müll.). Ceterum in vulgus constat, laurum Apollini sacram fuisse. Est autem hicce Apollo, a quo differt Phoebus Apollo (☉ vernus), vt Horus ab Horo Harpocrate, ipse ☿ planeta, de quo iam paullo accuratius videamus. Primo enim Apollo Ismenius, Thebis in Boeotia cultus, ad ☿ referendus est, siue hoc cognomen ab *ἱσημι sapere*, quae ☿ est proprietas (I. §. 52. p. 65.), siue ab *Esmun* (☿) deriuetur. Porro, teste Herodoto (V. 59.), in templo Apollinis dicto literae Cadmeae (Vide librum meum de Sonis litt. Graec. Lips. 1824. pag. 586. 597. tab. I.) in tripode incisae erant. Literarum vero auctor Thoth (☿) est, atque ☿, Oecodespotam ♊ signi, tripus exprimit in Zodiaco antiquo (Kreuz. Symb. Tab. XLIX.). Huc accedit, quod stella ☿ diserte ab astronomis *Apollo* vocatur (p. 31. ♊). Porro Thebani illi post nouem quosque annos Daphnephoria agebant, qua puer formosissimus laurum cum septem globulis, planetarum symbolis, in templum Apollinis portabat. Pueritia quidem ☿ propria erat (I. §. 52. p. 65.). Quod vero Thebani post nouem demum annos Apollinis sui festum agebant; in oculos incurrit, hunc numerum cum 9 musis, filiis Pieri (πι-ωρ), Hori (☿), quae etiam a partibus Osiridis (☉) erant (Diodor. Sic. I. c. 18.), arctissime cohaerere. Clarum est, hunc 9 annorum cyclum, vt alias periodos, ad astronomiam spectare. Sic Periodus Sothica 1461 annorum complectitur id tempus, quo canicula iterum cum ☉ coniuncta primo anni Aegyptiaci die oriebatur. Sic Periodus Apica 25 annorum Aegyptiorum constat eo temporis spatio, quo ☉ et ☽ coniunctim primo anni Aegyptiaci die iterum oriebantur. Idem valet de periodo Phoenicia (♃) 500 annorum, nec non de Martiali (♂) 30 annorum (v. supra p. 46.). Sic et ♄ post 30 annos circiter eodem anni die iterum cum ☉ coniunctus oritur pariter atque ♂, vnde astrologica ♄ cum ♂ coniunctio explicanda (p. 68. col. p. 135.). Quas quidem ob causas non dubium est, quin etiam cyclus 9 annorum scilicet vagorum ad certos planetas binos pertineat. Quum itaque festum Apollinis (☿) post 9 demum annos celebratum fuerit atque 9 Musae filiae Apollinis (☿) aut Pieri (☿) et Mnemosynes (☽) dicerentur; concludere licet, hunc 9 annorum cyclum ad ☿ et ☽ iterum coeuntes sub anni initium spectare. Reuera post nouem demum annos vagos, praesertim si quinque Aegyptiorum intercalares dies demas, sub anni initium ☿ et ☽ iterum in

eodem circiter gradu coniunctim oriuntur, vt tabulae astronomicae docent. Itaque haud facile negabitur, laurum ☿ esse symbolum, tum Apollinem valere ☿, denique 9 Apollinis Musas significare nouem annos vagos, quibus ☿, quippe literarum et artium patronus, cum ☽ et ☉ operatur, hinc negotium suum denuo suscipit et persequitur per nouem annos. Ceterum tempestates quoque anni tres cogitantur numina, quae apud Graecos Horae (Irene, Eunomia, Dice), apud Aegyptios Camephes (Ammon, Phtha, Osiris), apud Indos Trimurtis (Brahma, Vischnu, Siua) vocantur. Haec autem Trinitas gentilium non respondet Christianae, vt putarunt; sed tribus Zodiaci tetrantibus (p. 14.).

Lotus, melilotus, λωτος, μελιλωτος, ♄ symbolum. Vidimus de fabula, qua, quum Osiris Nilus cum Nephthy (♄) congressus esset, lotus seu melilotus prodiisse dicitur. Ergo lotus ♄ significat. Huc spectat, quod Sol oriens, i. e. in ♑ (♄) intrans, fingebatur loto insidens (Plut. Is. 355.), quod Harpocrates (☉ in ♑) tenellus pingebatur in loto (Plut. Pyth. orac. p. 400. Is. 378.). Hinc fructum loti, vt omnia Typhonia, auersabantur sacerdotes (Cic. Diuin. I. 30.). Quod Proclus (de sacrif. F. p. 276.) lotum ☉ affinem esse dicit, id mihi spectare videtur ad ☉ in ♄ dominiis versantem, aut ad alterum loti genus. Ceterum aliud quid significat loti flos, qui haud dubie ♀ est symbolum. Flores loti infilati geruntur a feminis ornamentorum caussa, atque constat, omnia ornamenta ♀ esse (I. §. 51. p. 65. n. 3. 5.). Porro in capite virginum Venerearum constanter flores loti pinguntur (v. Hedera). Etiamnum in India, vt amicus mihi dixit, lotus adhibetur ad venerem instigandam. Idem fieri cernitur in papyro Taurinensi obscoena (B. m. no. 7808.).

Myrtus, μυρτος, ♀ significare videtur. In festis enim Bacchicis (☉ in ♎, ♀ domo), adhibebatur loco hederae (♀) myrtus; quae et vulgo Veneri tribuebatur atque Gratiarum symbolum habebatur (Kreuz. Symb. III. 330. I. 118.).

Olea, ἐλαια, ϫⲱⲓⲧ, זית, ♂ symbolum. Strabo (XVII. p. 556.); *Sola,* inquit, *praefectura Heracleopolitana oleas perfectas et frugiferas profert. Aegyptus reliqua caret.* Heracleopolis vero ♂ vrbs. Hinc luctatoribus victoribus oliuarum ramuli dabantur; hinc in Samothracia (♂ ϫⲱⲙ Hercules) diebus festis gerebant olearum ramos (Kreuz. Symb. II. 359. 530.): hinc oleae Mineruae sacrae Athenis habebantur; hinc in numis iuxta Palladem rami oliuarum excutiebantur (Kreuz. Symb. II. 359. 530. 731.). Quod vero Diodorus (I. p. 15.) tradit, *Aegyptios dicere oleam inuentam a Mercurio; non vero, vt Graeci, a Minerua;* id cum superioribus pugnat, niti statuas, aut Diodorum falsum esse, aut oleam vulgarem et ignobilem ad ☿ potius spectare.

Palma, φοινιξ, ϩⲉⲛⲓ, ϩⲏⲛⲛⲉ (ϩⲁⲛⲟⲩⲱⲓⲛⲓ, φοινικες? et κιθαραι) ϩⲁ, ϩⲏⲧ (ramus palmae) ϩⲁⲓϩⲏⲧ, ϩⲁⲓⲛϩⲏⲧ, ϩⲁⲛϩⲏⲧ, ☉ et ♃ symbolum. Quum palma maxima sit Aegypti arbor, quumque maxima quaeque naturae progenies maximo planetae, nimirum ☉, conueniat; per se clarum est, palmam ☉, hinc planetae ☉ simillimo (p. 68. c. 135.), nimirum ♃ propriam esse. Horapollo (I. 4. 5.) palmam dicit significare annum et mensem, quoniam palma 12 folia per annum emittat. Iulianus (Orat. 5. p. 325. ss. 335.) diserte testatur, palmam et palmae fructus Soli sacros fuisse. Lectisternia sacerdotum, qui ☉ sacram generationem valebant, constabant foliis palmarum (Porphyr. Abst. IV. 7. p. 318.). Ouidius (Amor. II. El. 13.) nominat vrbem palmiferam Pharon; ex quo sequitur, palmam aut ☉, quum nomen vrbis descendit a ϕⲁ-ⲣⲁ (*vrbs* solis), aut ♃ sacram fuisse, quum deriuetur a ϕⲁ-ⲟⲩⲣⲟ (*vrbs regis*), vulgari ♃ nomine. Diserte autem tradit Strabo

(XVII. p. 610.), palmam non nisi in Thebaide crescere; quo innuit, ♃, Oecodespotae ♐, sacram esse hanc arborem. Hinc insula Tabenne (ⲦⲀ-ⲂⲎⲚⲚⲈ palmifera) in Thebaide (Iuuen. L. V. Sat. 15.), palmis referta. Teste Herodoto autem, etiam in insula Chemmi, quae ad ♃ decuriam in ♑ pertinet haud dubie, palmae habebantur.

Papyrus, *iuncus*, *παπυρος*, *βιβλος*, *σχοινος*, ⲈⲢⲂⲒⲚ, ⲔⲀⲘ (?), ϣⲁⲣⲓ, ♃ et ☉ symbolum fuisse videtur. In numo Alexandrino apud Pignorium (Tabula Isiac. p. 81. Amst.) exstat Serapis manu iuncum tenens. Ex quo, quum Serapis sit ☉ in ♑, sequitur iuncum aut ☉, aut ♄ sacrum esse. Theophrastus autem (Hist. Plant. IV. c. 9.) tradit, papyrum non differre a iunci specie *Sari* appellata. *Sari*, inquit, *in aqua prouenit circa paludes inque campis, quos Nilus recedens dereliquit*. Plinius item (XIII. c. 23.). *Fruticosi*, inquit, *generis est et Sari circa Nilum nascens duorum fere cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similique manditur modo.* Hinc et mare rubrum Aegyptiis vocabatur ⲓⲟⲙ ⲛ̀ϣⲁⲣⲓ *mare iuncorum*, Hebraeis ים סוף *mare iunceum*. Iam Sari non differt ab Siri, Nili cognomine (Jablonsk. Panth. P. II. 144. s.). Quam ob causam, cum Nilus ☉ et ♃ sacer fuerit, credimus et papyrum ad hos planetas referri debere, praesertim cum in Nilo nascatur ac vere regia sit planta ac sublimis. Huc facit denique nomen papyri ⲡⲁ-ⲡⲟⲩⲣⲟ, *ad regem pertinens*, velut planta regia, siue Solaris, siue Iouialis.

Persea, *περσεα*, *περσαια*, *βιβασα*, ϣⲃⲉ, ♂ symbolum. Hanc arborem dicunt a Perseo (♂) in Aegyptum translatam esse (Kreuz. Symb. IV. 34.). Certe nomen demonstrat, eam Perseo, cui et piscis perseus conuenit (Ael. XIII. 26.), sacram fuisse; quem Perseum ♂ significare, negari nequit (p. 116.). Folia Perseae in monumentis Aegyptiis similia sunt cuspidi hastae, ♂ symbolo (I. §. 49. p. 62. Descr. de l'Eg. I. 55.). Suppeditabat persea oleum (♂) et dentibus (♂) credebatur salubris. In festo quodam Alexandriae habito persona, quinquennium (*πεντετηριδα*) significans, coronam Perseam, altera manu palmam (♃) gestabat. Quinto autem quoque anno, si initium facias a ♈, ♂ cum ♃, Oecodespota ♐, coniungitur mense anni primo; et ♂ ipse quintus est planeta. Iam vero Plutarchus (Is. 548 w.) perseam Isidi adscribit, quod pugnat cum superioribus, si non concedas, Plutarchum, vt alios multos (Kreuz. l. l.), Perseam (♂) cum Persico (♀) confudisse, aut, quod probabilius est, Neitham (♂) appellasse Isidem. Vtique veteres Isidem dixerunt *πολυωνυμον* et *μυριωνυμον* (Letronne Rech. p. 465.). Hinc Plutarchus (Is. p. 354.) ait, *quod Sai est Mineruae* (*Ἀθηνας*), *quam et Isidem arbitrantur* (*ἣν και Ἴσιν νομιζουσιν*), *fanum*, *hanc habere inscriptionem: Ego sum omne* cet.

Platanus, *πλατανος*, ☽ aut ☿ sacra fuisse videtur. Propter pulchritudinem et vmbras suas haec arbor vbique terrarum a veteribus colebatur diuinoque honore habebatur. Hinc Rhadamanthus iurare iussit, non per deorum nomina, sed per anserem (♄), per canem (☿), per platanum, per arietem (♃), vt Eustathius (*Ῥαδαμανθος*) aliique (Michael. Apost. Cent. Prouerb. XVII. n. 7.) testantur. Quod Aelianus (I. 37.) fabulatur, platani foliis obtorpere vespertilionem (♄); ex eo sequitur, platanum, vt sacram ☽ et ☿ (Isidi et Horo), ita maxime ♄ contrariam fuisse. Ceterum platanus Diomedis (☿) sepulcrum ornabat (Kreuz. Symb. III. p. 40.).

Quercus, *δρυς*, ϣϣⲏⲛ (arbor quercus), ♃ nec non ☉ symbolum fuisse creditur. Narrat Herodotus (II. 55.), duas columbas, siue feminas Aegyptias, Thebis profectas, alteram oraculum Iouis Ammonis Libyci, alteram Dodonense sub quercu habendum in Graeciam intulisse. Constat

autem, Thebas esse ♃ prouinciam (♈), Ionem Ammonem esse ♃, atque in vrbe Dodonae quercetum sacrum fuisse cum oraculo Iouis (♃). Ceterum ipse Herodotus (II. 58.) testatur, oracula Iouis Thebanum Aegypti et Dodonense Graeciae sibi simillima fuisse. In numis iuxta caput Iovis folia quercina excusa sunt (I. Gronou. Thes. A. G. VII. p. 278. ss.). Quum vero Iupiter (♃) saepenumero cum Ioue Phoebo (☉) confundatur atque ipse Iupiter Dodonaeus vxorem habeat Dionam, ex quibus Venus (♀) habuerit originem; quumque ille Zeus bubula insignia (☉) gerat (Kreuz. Symb. II. 479.): puto quercum, quod et excellentiae eius conuenit, nonnunquam ☉ significare. Huc spectat fabula de Baccho (vino), quem Iupiter (☉), vt maturesceret, lumbis suis quercinis (doliis quercinis) inclusit. Ceterum Ilex seu Robur haud dubie ♂ sacra fuit, vt ipsum nomen testatur.

Scylla maritima, caepa, κραμμυον, ⲉⲙⲁⲱⲗ, ♄ symbolum. Teste Plutarcho (Is. 353.), sacerdotes caepam, vt suem et omnia Typhonia, auersabantur. Lucianus refert (Iup. Trag. p. 152. T. II. p. 223. Sal.), caepam Pelusii cultam fuisse, quae vrbs haud dubie ♄ decuriae in ♎ respondet. Regio enim illa vocatur Sethrum atque nouimus, Seth esse ♄ cognomen (Plut. Is. 357.). Et hinc Aegyptii iurabant etiam per caepam (Plin. XIX. c. 6.). Denique scylla maritima adhibebatur in curanda hydropsi, qui ♄ est morbus (I. §. 47. p. 59. n. 4.), atque ipsa caepa diserte oculus Typhonis (♄) appellabatur (Kreuz. Symb. I. p. 510.).

Sycomorus, συκομορος, ⲕⲁⲧⲙⲉⲥ (?), ♄ significat. Arbor haec in Aegypto maxime vulgaris fuisse videtur, atque constat, eius ex trunco omnes fere mumiarum sarcophagos esse fabricatos. Qua de causa puto, sycomorum Typhoni (♄) sacram fuisse. Nam ♄ sunt sepulcrum et funeralia omnia (I. §. 47. p. 59. n. 4.). Hinc Typhon Osirin interfectum arca sepulcrali inclusit. Alii fabulabantur, Typhonem cistam sepulcralem sibi fecisse, et cum subinde alios deos in eam intromisisset, denique et Osiridem ingressum inclusisse. Quae fabula spectat ad ☉ in ♄ domicilia (♑ ♒) ingressum, quibus Osiris (☉) a Typhone interfectus dicitur. Haec omnia autem decent, sycomorum cum Typhone (♄) coniungendam esse. Narratur vero etiam Isis Osiridi, quum eius genitalia a piscibus deuorata essent, membrum virile e sycomoro fecisse (Kreuz. Symb. I. 262.). Hinc, quum genitalia ad ♀ spectent, sequi videtur, sycomorum etiam ♀ significare. At haud dubie cogitandum est, non de fico siluestri, seu sycomoro, sed de fico nobili fructuum dulcissimarum, quae ♀ sacra erat. Hinc in Dionysiacis cum ficis phalli e ligno fici portabantur a virginibus venustis (v. sup. Ficus).

VI. *Varia artefacta et physicalia particularia.*

Alae, ⲧⲏⲛϩ, ⲧⲏⲛϩ, ⲧⲉⲛϩ, maxime ♄ symbolum fuisse videntur. Vidimus enim de serpentibus alatis, ♄ sacris. Hinc Phoenices dicuntur Saturni simulacris quatuor alas, reliquis diis duas addidisse. Sic et Iuno (♄) a Minerua (♂) et Venere (♀) distinguitur duabus alis (Kreuz. Symb. Tab. L. col. Text. p. 20. not.). In vniuersum autem alae celeritatem significant aut adunctam, aut consuetam, vt in Mercurio (☿) et Amore (♀).

Aratrum, ♂ symbolum. Quum enim aratio secundum astrologos (p. 61.) ♂ conueniat; non dubium, quin aratrum significet ♂. Praeterea ♂ est scindere ac vulnerare, quod aratro pariter ac gladio (♂) est proprium.

Cadauer, (ϕολϲϲ) sine capite, ♂ symbolum. Homines omnis generis apocopos astrologi ♂ adscribunt (I. §. 49. p. 62.). Clarissime vero Firmicus (p. 234. 16°. Bas.) haec tradit. *Sin ♂ in deiectis locis fuerit inuentus, spiculatores faciet, qui nudato gladio hominum amputent ceruices.* Hinc ♄ quoque, ♂ ninfirum affinis, corpore decapitato exprimitur ab Indis (Kreuz. Symb. Tab. XXXI.). Hinc Horapollo (I. 58.) ad deum fortissimum (*ἀδυνατον*, ϫωϩ, ♂) refert imagines hominis, licet decapitati, tamen ambulantis, atque pedum in aqua procedentium.

Caduceus, *κηρυκειον* ☿ symbolum. Graecorum Mercurium caduceo insigniri, nemo nescit. Erat vero etiam ☿ Aegyptiaci, seu Anubidis, hoc insigne, vt ex Luciano (Tox. Op. T. II. p. 75.) constat, qui tradit, in Anubidis templo fuisse cynocephalos (☿), phialas (☿), statuam dei auream (☿) et caduceum.

Calceus, *ὑποδημα*, ϭⲱⲟⲩⲓ, ♂ significare videtur. Teste Herodoto (II. 91.), Perseus (♂) de tempore in tempore apparuit in templo suo ibique reliquit calceum suum. Quo clarum fit, calceum ad ♂ pertinere. Neque ineptum. Quemadmodum enim ♂ conterit omnia (I. §. 49. p. 61.), ita et calceus. Eandem ob causam et dentes sunt ♂ consecrati. Hinc vestigium pedis Herculis (♂) in saxum impressi apud Scythas (Herod. IV. 82.), vt apud Aegyptios, duas vlnas longum monstrabatur. Hinc Sardus, Herculis filius, Sardiniae, i. e. insulae vestigii, nomen dedit, forte ob insulae formam. Denique huc facit lapis antiquus cum hac inscriptione inter duas soleas posita: *Isidi fructiferae* (Kreuz. IV. 57.). Vidimus autem, ♂ feminina ratione dici Isidem (vid. Persea). Quod vero ♂ hoc loco fructifer dicitur, id spectat ad ♈, ♂ subiectum, tum anni initium, tum veris fructiferi primum signum. Eiusmodi vero inscriptiones inter duas soleas hieroglyphicae frequentissime reperiuntur in Aegypto, vt Descriptio Aegypti Francogallica docet passim.

Cebus vel *Cepus*, *κηβος*, *κηπος*, animal, vti videtur, factitium, ☿ significasse probabile est. Strabo (XVII. 585. Tz.): *Cepus*, inquit, *faciem habet Satyro similem, caetera inter canem atque vrsum, in Aethiopia nascitur.* Aelianus (XVII. 8.) ait, *cepum (h. e. hortum), circa mare rubrum procreatum, apposite idcirco nominari, quod tamquam hortus variis coloribus distinguatur. Cum aetate sit confirmata, pari magnitudine est*, vt ille dicit diserte, *cum Eretriensibus canibus. Eius caput*, pergit, *et dorsum et spina ad caudam vsque prorsus valde igneo colore sunt; tum aurei quidam pili disseminati spectantur; facies alba ad genas vsque; inde ad collum auro similes vittae pertinent; colli inferiores partes vsque ad pectus et anteriores pedes omnino albi coloris sunt; mammae duae manum implentes caeruleo colore visuntur; venter candidus, pedes posteriores nigri sunt; rostri formam si cynocephalo comparaueris, non aberrabis a vero.* Quibus ex locis apparet, hoc animal maxime simiis, ☿ sacris, similem esse. Vtique in monumentis Aegyptiacis simius quidam reperitur, cynocephalo admodum similis.

Cerberus, *κερβερος*, ☿ symbolum. Constat, Cerberum canem tribus pluribusque capitibus fingi, cauda et pilis serpentinis. Ex cerbero apud Serapidem posito Manetho cognouit, Serapidem significare Plutonem, seu ⊙ in hemisphaerio inferiori versantem (Plut. Is. 362.). Comes vero ⊙ constans est ☿, qui vel ipse, quum deus sit terminorum, inferius hemisphaerium i. e. orcum tuetur ac custodit. Ceterum canis ☿ symbolum.

Claustrum, siue, qui pro eo antiquitus in vsu erat, pessulus, obex, Mineruae (♂) sacra erat

(Vid. Voss. Theol. gent. Lib. IX. cap. 24.). Quare claustrum, pessulus, obex ♂ symbola fuerunt. Neque hoc mirum, quum omnia fortia ac violenta ♂ adscriberentur.

Colores septem planetis septem sacri. Nemo nescit, recentiores pariter atque veteres septem colores numerare. Quum eodem iure aut plures, aut pauciores distingui possint; clarum est, septem colores propter septem planetas numerari. Reapse veteres, quaecunque existunt per terrarum orbem, ea vt effectus aut progenies alicuius dei alicui planetae adscripserunt. De his haec veteres tradunt.

Color niger ♄ symbolum. Vidimus enim, tenebras et noctem nigram ♄ adscribi. Hinc Anubis, ☿ in hemisphaerio ♄ cum ☉ versans, atra pingebatur facie. Hinc Isis vestimentis nigris pingebatur, quum denotabat ☽ in signis inferioribus versantem (Plut. Is. p. 372.). Hinc taurus bysso nigra amictus significabat ☉ in hemisphaerio ♄ (Plut. Is. p. 366.). Hinc nigrescens ille Serapis (Jablonsk. P. L. II. p. 237. ss.), seu ☉ infernus, ad ♄ dominum infernorum accomodatus. Ad colorem nigrum vero pertinere videntur omnes colores obscuriores, quare Serapis etiam colore purpureo, i. e. caeruleo nigricante (Clemens Al. Protr. p. 32.), Vesta (♄) allii colore (Lydus de mens. p. 47.), Typhon rufo, i. e. rutilo nigricante fingebantur, ♄ planeta nigro subuiridique dicebatur.

Color albus ☉ symbolum. Quemadmodum ☉, omnium bonorum princeps, ♄ Typhoni, omnium malorum auctori; ita et color albus nigro oppositus est. Hinc equi Solis Phoebi albi fingebantur, hinc fluuiorum (☉) dei ex albo marmore. Hinc Valens et Porphyrius (I. §. 4. p. 12. not. 40*.) ☉ tribuunt colorem διαυγη (lucidum) et χρυσοκιτρινη (aurocitrinum). Hinc imago Hori (☉) alba pingebatur (Euseb. III. c. 11. p. 116.).

Color rutilus et caeruleus ♂ symbolum. Veteres omnes ♂ tribuunt colorem sanguinis et ignis, rutilum, κιρρον, πυρινη, φλογινη (I. §. 4. p. 12. n. 40*.). Negari tamen nequit, ♂ et caeruleum colorem adscribi, quod cohaerere videtur cum coeli diurni (♂) adspectu (I. §. 6. p. 14. not. †). Hinc γλαυκωπις illa Athene, siue Minerua (♂ fem.).

Color flauus, ♀ tribuitur (I. §. 4. p. 12.). Hinc et Porphyrius ♀ colorem albescentem (λευκην χροιαν) adscribit. Valens quidem ♀ ποικιλον, ☿ ὠχρον tribuit. At, quum varius color constanter ☿, flauus ♀ dicatur, puto illo in loco pro ♀ legendum esse ☿, et vice versa.

Color auri, siue color purpureus ☿ symbolum. Tribuitur quidem huic deo ποικιλον, color varius et coniunctio colorum simplicium; sed diserte ☿ vocatur χρυσοφαης et auri praeses habebatur, quare eius symbola auro erant facta, vt statua, caduceus, phiala, teste Luciano (Toxar. Op. II. p. 75.). Hinc forte illud Porphyrii χροιας ἀληθινης (coloris purpurei) ad ☿ trahendum (I. §. 4. p. 12.).

Color rubescens ad albedinem declinans ♃ sacer fuisse videtur. Hinc ♃ cuprum adscribitur, atque idem albus dicitur. Hinc Porphyrius (l. l. v. I. §. 4. p. 12. not. 40*.) eum dicit βαφης γαλακτιζουσης ἐπι το λευκον ῥεπουσης μικρον. Sane ♃, quum a ☉ non differat multum virtutibus suis apotelesmaticis, non potest colore multum ab eo distare.

Color flauescens ad albedinem declinans ☽ sacer fuisse videtur. Quemadmodum enim ☉ et ♃, ita et ☽ et ♀ similes sunt natura, ergo et colore. Hinc ☽ argentum adscribitur et ipsa ἀερωιδης vocatur (p. 12.).

Ceterum negari nequit, etiam alios colores planetis adscribi, haud dubie propter colores rerum singulis planetis maxime sacrarum. Tenendum autem, quinque colores, nempe nigrum seu obscurum constanter ♄, album ♃, caeruleum ♂, flauum ♀, purpureum ☿ proprios esse, ceterum ☉ cum ♃, ☽ cum ♀ maxime consentire.

Consonae variae variis deinceps planetis sacrae fuerunt. Quum Aegyptii omnia, tum naturalia, tum arte facta, ab aliquo planeta repeterent; clarum est, et singulos etiam orationis humanae sonos ad planetam aliquem referri debuisse. Idem valet de sonis septem musicalibus, atque de septem vocalibus, vt infra videbimus. Rem ita vere se habuisse, ex eo cognoscitur potissimum, quod certa animalia, ac si literae essent, certos numeros exprimere dicebantur. Sic crocodilus, teste Aeliano (X. 21.), significat 60. Eundem numerum significat ס Hebraeorum. Sonus vero ס, S, C, Σ figura crocodili exprimitur Aegyptiace. Cuius generis argumentis sane probatur, consonas singulas quoque singulis planetis consecratas fuisse, de quo fusius infra (P. III. §. 19.). Ceterum his confirmatur id, quod in Rudimentis meis Hieroglyphices Aegyptiacae demonstrare studui (pag. 15. not. 40.), alphabetum Hebraicum arctissime cohaerere cum alphabeto Aegyptiaco, scilicet ordine, numero, pronunciatione et habitu externo.

Corbis, ⲃⲓⲣ, ⲃⲁⲓⲣⲓ, ⲕⲁⲧ, ⲕⲟⲧ, ϣⲛⲟⲩϥ, ☿ et ♀ symbolum fuisse videtur. Nam in Zodiaco (Kreuz. Symb. Tab. XLIX.) corbis significat ☿, Oecodespotam ♍, atque in Bacchanalibus (♀) corbes offerebantur cum ficis (Kreuz. Symb. II. p. 330.). Huc spectat forte Canephora Berenices ♀ (ⲃⲓⲣ-ⲛ̀ ⲛⲟⲓⲕ, vel ⲛⲁⲁⲕⲉ, amare, parturire).

Crux ansata, quae dicitur, haud dubie ♀ et ☿ designat. Quemadmodum alia Aegyptiorum signa astronomica, ita et hoc, ♀ symbolum, ad nostram vsque aetatem peruenit. Quum idem signum reperiatur in collo antiloparum, ☿ sacrarum, atque ☿ et ♀ signa aequalia sint praeter cornua in ☿; idem signum etiam ☿ significare videtur, praesertim ☿ et ♀ alia symbola communia habentibus. Fertur autem manu haec crux ab omnibus diis maioribus, ex quo sequi videtur, eam significare iuuentutem constantem diis propriam, quae iuuentus ☿ et ♀ est virtus secundum astrologos (I. §. 51. 52. p. 64.). Itaque crux ansata Hori (tum ♀, tum ☿) est symbolum.

Discus, circulus, orbis, ⊙ symbolum. Clemens Alexandrinus (Strom. V. 4. p. 657.), ἥλιον inquit, γραψαι βουλομενοι κυκλον ποιουσι. Hinc, vt vidimus, Kneph (⊙) forma disci fingebatur, hinc Ammon (⊙) discum in capite gerebat.

Domus, aedificium, ♄ symbolum. Vestae enim, siue ♄ feminino (p. 128.), adscribitur inuentio domiciliorum (Vid. Posidon. op. Nat. Com. Lib. VIII. cap. 19.).

Falx, ἀμη, δρεπανον, ϩⲏϥⲓ, ♂ designare videtur. Omnia enim instrumenta necantia et abscidentia ♂ proprietatibus conueniunt (p. 61.). Hinc et Aegyptii gladium (ϩⲏϥⲓ), ♂ instrumentum, et falcem (ϩⲏϥⲓ) vno eodemque nomine insigniuerunt. Hinc inuentio falcis Hephaesto (♂) adscribitur, qui eam Cereri tradidit (Kreuz. Symb. IV. 28.). Hinc Hephaestus Perseo concedit falcem ad interficiendam Gorgonem, vnde ipse nomen δρεπανοφορον adsciuit (Kreuz. S. IV. p. 47.). Ceterum etiam ♄ nonnunquam falx tribui videtur. Constat enim, Saturnum falciferum fingi; atque Cereri, quippe quatenus infernae telluris (♄) patrona cogitatur, idem instrumentum contigit (Kreuz. Symb. IV. 190.).

Fistula, tibia, αὐλος, συριγξ, ϩⲏⲃⲓ, ϩⲏⲃⲉ, haud dubie ♀ sacra fuit. Narratur enim Osiris

(☉ in ♀ domo ♎) duas fistulas (*μονανλον* et *φωτιγγα πλαγιαυλον*) inuenisse (Kreuz. Symb. I. 448.); atque in festis phallicis, ♀ institutis, vt Herodotus (II. 48.) testatur, canebatur fistulis. Hinc Hyagnis, inuenta fistula duplici, cecinit modos Panis et Dionysi (Kreuz. Symb. III. p. 154.). Ceterum distinguendum videtur inter fistulam simplicem et compositam, inter tibiam et fistulam atque alia eius generis instrumenta. Non enim dubito, quin certa quaedam fistula etiam ☿ sacra fuerit, cui musicae inuentio omnino tribuitur. Huc spectat, quod Marsyas, filius Hyagni, tibicinio certauerit cum Apolline (☿). Hinc Horapollo (II. 117.) fistulam (*συφυγγα*) dicit demulcere animum et in memoriam reducere, quae quis cum voluptate (*καταθυμιως*) gesserit. Hinc cercopitheco tribuitur fistula duplex (vid. Tabulam Tituli h. op.). In vniuersum autem veteres duo instrumentorum musicalium genera distinguunt (Proclus ad Plat. Alc. I.), alterum placabile, alterum excitatorium, quod vlterius ille mysteriis (♂) aptum praedicat. Quo ex loco clarum est, etiam ♂ sacra fuisse musica instrumenta. Hinc in festis Mineruae Libyae canebant fistulis ex antiloparum seu gazellarum ossibus (♂) factis. Hinc Minerua (♂) ipsa Dioscorides (☿) docuisse dicitur pyrrhicham fistulando (Kreuz. Symb. II. 644.). Hinc Athenienses, ♂ cultores, et amabant, et adhibebant tibiarum cantum in festis Mineruae. Serius quidem, vt narratur, Athenienses citharas pro tibiis adhibuerunt (Boettiger in Attisches Museum I. 2. p. 349. s.); ex quo clarum est, hoc instrumentum, quum non lyrae suauitatem haberet, ♂ symbolum fuisse. Quae quidem sententia confirmatur Mythologia Indica, qua ♂ fingebatur cytharam tenens (Kreuz. Symb. Tab. XXIX. Vid. supra Elephas.). Quod citharam Aegyptiacam attinet, haud absimilis erat citharae Indicae nostraeque, vt ex opere Francogallico notum est. Constat enim cithara collo longo, cuius parti superiori haud procul a fine paxillus transmissus est ad firmandas chordas, atque semiglobo resonante cum foramine quadrato. Itaque probabile est, citharam, sono duro, ♂ symbolum fuisse; fistulam simplicem, pariter atque transuersam, sono dulci, ♀; fistulam duplicem ☿ adscribendas esse.

Flagellum, *μαστιξ*, ☉ nec non ♂ symbolum fuisse videtur. Tradebant Aegyptii, Typhonem abigi sistro ab Iside, flagro ab Horo siue Harpocrate (Jablonsk. Panth. L. II. p. 292.). Quum Horus Harpocrates sit ☉, iam claret, flagellum ad ☉ spectare. Idem testatur Proclus Hymno ad Solem (Fabric. Bibl. Gr. Vol. VIII. p. 510.), quum canit: *Te* (☉) *vere metuunt, tua si quid flagra minentur inuisi nobis genii* (♄). Tradit vero etiam Stephanus (v. *Παν*), *esse Panopoli Dei simulacrum in quo apparet erectum veretrum — dextraque flagellum Lunae intentat* (*ἐπαιρει*) *cuius idolum esse aiunt Pana.* Quod non intelligo, quum negatur, Pana esse ☉, nimirum vernum. Certe constat, ☉ eorum deorum nomina assumere, in quorum finibus versatur. Iam Pan (☿) et veri praeest, et decuriam in ♉, vrbi Panopoli correspondentem, possidet. Quare Stephano sane ☉ in ☿ (Panis) decuria Pana vocare licuit. Ceterum negari nequit, flagellum etiam ♂ symbolum fuisse. Hinc Bellona fingebatur flagellum gerens, pariter atque Indorum Mars (Kreuz. Symb. Tab. XXVII.). Idem cadit in Gnosticorum Martem in numis vel lapillis expressum (Pignor. Tab. Is. p. 43. Tab. III. V.).

Generationes Aegyptiorum septem planetis septem consecratae. Etsi non constet de patronis omnium ac singulorum ordinum Aegyptiorum; saltem certo constat, ordines sacerdotum ☉, militum ♂, subulcorum ♄ in vniuersum consecratos fuisse. Herodoto teste (II. 164.), ordines fuerunt hi: 1) sacerdotes, 2) bellatores, 3) bubulci (*βουβοται*), 4) subulci (*συβωται*), 5) negotiatores (*κα-*

πηλοι), 6) interpretes (ἑρμηνεις), 7) nautae (κυβερνηται). Subulcos praecipue despectos fuisse, docent Moses (Genes. 46, 34.) et Manetho (Ioseph. c. A. 1. 14. p. 1039.). Reapse sus ♄ symbolum erat (p. 142.). Di serte Ptolemaeus (Quadr. p. 50.) sacerdotes ☉ adscribit. Huc facit, quod Persarum sacerdotes item ad ☉ referebantur. Milites quidem ♂ tribuunt astrologi (I. §. 49. p. 62.), quare apud Aegyptios milites in ♂ domiciliis circa Thebas et Sain habitabant. Quod interpretes attinet, haud dubie ad ☿ literarum et disciplinarum auctorem spectant, quare et ἑρμηνεις vocantur. Nautas ipsi astrologi (I. §. 48. p. 60. n. 3.) ♃ adscribunt. Negotiatores, καπηλοι, ♀ proprii esse videntur, cui varia mercimonia et ipsi caupones, ad καπηλους haud raro adnumerati, tribuuntur (p. 64.). Denique bubulci haud dubie ☽ subiecti fuerunt, quum ☽ taurus Apis, Isidi vacca consecrarentur, et Isis ipsa arationem et iumentorum vsum prima docuisse diceretur.

Gryps, seu Gryphus, ☉ symbolum. Constat enim hoc animal factitium corpore leonis atque capite accipitris, vel aquilae, quae animalia coniunctim ☉ sunt symbola, pariter atque seorsim (v. Leo, Accipiter, Aquila).

Hydria Canopica, (ϣⲁϣⲟⲩ, ϣⲟϣⲟⲩ?), ☿ symbolum. Ruffinus (His. Ec. L. II. c. 26.) narrat, Canopi habitam fuisse hydriam, ventre tumido, Canabo (☿) sacram. Cuiusmodi hydria exstat in Geographico Taurinensi (Tab. II. No. 3. fin.), vt symbolum vrbis Canobi. Huius generis vasa Βαυκαλια aut Καυκαλια appellata fuisse, Jablonskius (Panth. V. p. 145.) demonstrauit. Aliud hydriarum genus (ⲙⲁⲩⲣⲏⲥ?) id fuisse videtur, quod Horapollo (I. 21.) memorat, cuius exempla in scriptis hieroglyphicis frequentia sunt. Tradit, inundationem Nili nunc leone, nunc tribus hydriis magnis significari. Quum Nilus et leo ad ☉ pertineant, haud dubie etiam tres altae illae hydriae ☉ symbolum valent.

Instrumenta opificum frequentissime reperiuntur in monumentis Aegyptiis delineata. Quum vero sua quisque planeta habuerit artificia; haud dubie instrumenta opificum varia, primum ipsa artificia, hinc planetas, singulorum opificiorum patronos, significarunt.

Laqueus, παγις, ϕⲁϣ, ϩⲁϭⲉ, ϩⲁⲭⲓ (βροχος), ϫⲟⲣϫⲥ (insidiae) ♄ significare videtur. Tradit Plutarchus (Is. 373. 358.), quum inter pugnam Hori cum Typhone Thueris ad Hori partes transierit, serpentem persecutum esse Thuerin, quem Horus interfecerit. Hinc ait, *in huius rei memoriam quotannis in Aegypto funem proiici atque in duas partes dissecari.* Quo ex loco clarum est, funem significare serpentem contra Osiridem pugnantem, Typhonis animal, vel ipsum ♄. Quod vero Horapollo (II. 26.) laqueum dicit significare et amorem et feram quandam mortiferam, ex eo clarum est, alium laqueum pertinere ad ♄ et ♂ mortiferum, alium ad ♀ vel ☽ amorosam.

Lunae falcatae imago ☽ symbolum. Diserte Clemens (Strom. L. V. 4. p. 654.) tradit, ☽ exprimi lunae falcatae specie. Idem testatur Horapollo (I. 4.). *Mensem*, inquit, *notantes pingunt Lunam deorsum conuersam.*

Lyra, λυρα, ☿ significat. Nemo nescit, Apollini lyrae inuentionem adscribi antiquitus. Sic Aegyptii fabulabantur, Apollinem neruos Typhonis testudini intendisse, quo facto lyra inuenta fuerit. Hinc diserte tradebant, Thouthum (☿) ad citharae imaginem lyram inuenisse (Kreuz. Symb. II. 197.). Hinc apud Homerum Hermes (☿) Apollinem (♀ aut ☉) docet lyra ludere. Hinc Apollo Pythius (☿) nunc lyra, nunc tripode (☿) insignitur (Kreuz. Symb. II. p. 200.). Hinc et Horapollo (II. 116.) lyram dicit significare συνοχεα και ἑνωτικον. Certe facundia et blandus sermo

☿ adscribuntur (I. §. 52. p. 66. n. 2.). Ceterum Deus O. M. dicitur Lyra (Jablons. Pan. Prol. LVIII.), quare, cum ☉ Dei supremi esset simulacrum, non improbabile, lyram, puto septem chordarum, ☉ conuenire. Hinc leoni tribuitur lyra (Tab. Tituli h. op.).

Mare, *θαλασσα*, *πελαγος*, ⲓⲟⲙ, ⲁⲙⲁⲓⲟⲩ (maria, aquae) ♄ sacrum fuisse videtur. *Sunt*, inquit, Plutarchus (Is. 363.), *qui dicant*, *Typhonem* (♄) *mare esse*. — *Eaque de causa sacerdotes et mare abominantur*. — *Nauium quoque rectores ab iis non salutantur*, *quippe qui mari vtantur indeque victum suum petant*. Huc accedit, quod mare Aegyptum terminat atque cum ♄ Oecodespota ♑ signi quasi coalescit. Ceterum, cum apud Graecos mare, vel altum maris, Neptuno adscribatur, quem Manilius (v. sup. I. §. 9. p. 16.) eundem facit cum ♃, Oecodespota signi ♓; non dubito, quin superficies maris, vel altum mare (*πελαγος*), quippe minus periculosum, apud Aegyptios quoque ♃ consecratum fuerit. Hinc vtique astrologi adscripserunt ♃ nauigia salubria et felicia (I. §. 48. p. 60. n. 4.). Denique iidem astrologi ♂ tribuunt subitam nauium submersionem (I. §. 49. p. 62. n. 4.). Ex quo sequitur, maris turbas et fluctuationes neque ad ♄, neque ad ♃, sed ad ♂ spectare. Omnes enim agitationes extraordinariae et perniciosae eaeque violentae a ♂ repetuntur. Itaque puto, mare in vniuersum et speciatim mare Aegyptum terminans (*θαλασσαν*) ♄ adscribi, mare altum (*πελαγον*) ♃, mare turbulentum ac fluctuans ♂ attinere. Huc facit, quod imago ☉ quotannis apud Alexandriam, ♄ domicilium (♑), mari mergebatur. Significabant enim sic bene interitum Osiridis in ♑ (Kreuz. S. II. 101.). Praeterea, si totum mare, non solum illud Aegypto adiacens eamque terminans, Aegypti timuissent et fugissent ceu Typhonem, sane non intelligeretur, cur Aegyptii tantum cum aliis terris habuerint commercium tantasque expeditiones marinas susceperint, vt Kreuzerus rectissime monuit (Symb. I. p. 319. n. 64.).

Membra humana variis planetis sacra fuerunt. Iam supra vidimus (p. 58.), astrologos corpus humanum ad instar Zodiaci in 12 partes maiores diuisisse, atque vnumquodque alicui planetae adscripsisse. Etiam de aliis partibus corporis dictum ab astrologis (I. §. 47—53.). Restat, vt videamus de aliis quibusdam membris, quae veteres scriptores planetis sacra esse tradiderunt.

Auris (ⲙⲁϣϫ, ⲙⲁⲁϫⲉ), dextra ♄, sinistra ♂ symbolum. Ita enim astrologi iubent (I. §. 47. 49. pp. 60. 62.). Auditus vero in vniuersum ♄ consecratus erat (v. s. lepus). Ceterum sicuti auris humana, ita et bubula ♄ significasse videtur, secundum Horapollinem (I. 47.). *Auditum*, inquit, *demonstrantes*, *tauri auriculam pingunt*. Obseruandum tamen, boui salaci, ♀ symbolo (p. 153.), auditum maxime acutum adscribi (l. l.), quare auris bubula etiam ♀ designauerit necesse est.

Brachium, ϣⲟⲃϣ, ♂ symbolum. Horapollo (II. 119.) dicit, manum (*χειρα*) esse symbolum amantis aedificandi (*φιλοκτιστην*). Aedificatio vero ♂ sacra (I. §. 49. p. 62.). Quum idem addat, manum omnia absoluere *κτισματα*; clarum est, id non in manum proprie sic dictam, sed in manum cum vlna seu brachium cadere, quod vocabulo *χειρος* passim appellatur. Eidem ♂ conueniunt brachia armata, de quibus Horapollo (II. 5.): *Belli aciem* (♂), inquit, *hominis depictae manus*, *haec quidem scutum*, *illa vero arcum tenens*. Eodem spectat manus fuste armata, passim in hieroglyphicis obuia. Narrat enim Herodotus (II. 63.), festum Martis agi Papremi ab hominibus fustibus armatis.

Capillus, ϥⲱⲓ, pili, ♄ symbolum esse videtur. Constat enim, sacerdotes Aegyptios toto corpore rasos fuisse; ex quo colligitur, sacerdotes, quippe ☉ consecratos, pilos auersatos esse. Quum

item auersati sint omnia ac singula Typhoni sacra, vt sal, cepam, mare; sequitur etiam capillos ♄ sacros fuisse.

Caput, ϩⲏ, ϫⲱ, ⲁⲡⲉ, ☉ et ♂ symbolum. Vidimus enim, ♈ respondere capiti in corpore humano veluti Zodiaco, atque ☉ sacrum dici omne animantis caput (I. §. 49. 50. p. 62.). Occurrunt autem in hieroglyphicis duo capita, alterum aduersum, alterum semiauersum, quorum quidem primum, quum orbi ☉ potius conueniat, ☉ significare videtur, secundum ♂.

Cor, ϩⲏⲧ, ☿ sacrum. Horapollo (I. 7.) tradit, cor exprimi accipitre, quoniam cor animae sedes, accipiter vero animae similitudo sint. Mens vero et animae facultates praecipue ☿ adscribuntur (I. §. 52. p. 65.). Idem (I. 21.) cor coniungit cum lingua, ☿ sacra (v. ib.). Denique idem (I. 36.) cor dicit exprimi ibide, quam ipse alias diserte cum aliis scriptoribus ☿ tribuit. Astrologi contra cor ☉ tribuunt (p. 63.), ☿ quippe affini.

Dentes, ⲟⲃϩⲉ (et passim palatum), ⲛⲁϣⲉ, ⲛⲁϫⲉ, ⲛⲁϫϩⲓ, ϣⲱⲗ, ϣⲟⲗ, ♂ symbolum. Quum omnis violenta contritio ♂ adscribatur; per se intelligitur, dentes ad ♂ spectare. Hinc ♂ sacra esse vidimus varia animalia acutis et fortibus dentibus praedita. Hinc Horapollo (I. 80.) ait, crocodilum (♂) ore aperto significare vescentem (τρωγοντα), quo ex loco luculenter apparet, Horapollinem monstrare voluisse dentes.

Digitus, ⲧⲏⲃ, ⲑⲏⲃ, ♂, forte ♄ quoque significat. Capiendi facultas digitorum sane ad ♂ spectat (I. §. 49. p. 62.). Porro Horapollo (II. 6.) ait, stomachum significari digito. Puto στομαχον valere iram, ♂ propriam. Idem (II. 13.) dicit, digitum notare dimensionem (ἀναμετρησιν), quae ♄ adscribitur (I. §. 47. p. 59. n. 3.). Notandum tamen, geometriam ☿ diserte adscribi (p. 65.). Haud dubie distinguendum est inter pollicem et reliquos digitos magis ad ♂ naturam accedentes.

Lingua, ⲁⲥⲡⲓ (passim dialectus), ⲗⲁⲥ, ☿ symbolum. Sic enim astrologi (I. §. 52. p. 66.). Assentit Horapollo (I. 27.), dicens, linguam sermonem significare, quae ☿ propria (l. c.).

Lumbi, ⲕⲉⲣ, ϣⲟⲡϣ, secundum Horapollinem (II. 9.) ad ♃ pertinent. Hinc et astronomi femora ♃ adscribunt (I. §. 48. p. 61. n. 5.).

Manus, ⲧⲟⲧ, ϭⲓϫ, ϫⲓϫ, ☿ symbolum. Diserte astronomi manum ☿ adscribunt, quoniam sit orationis interpres. Hinc Horapollo (I. 27.), manum ait symbolum orationis (☿), *quoniam linguae placita* (aut scribendo, aut gestibus) *exequatur*.

Oculus, ⲃⲁⲗ, dexter ☉, sinister ☽ adscribitur (I. §. 50. et 53. p. 63. et 67.). Diserte autem Macrobius (Sat. I. 21.) oculum in vniuersum Osiridi (☉) adscribit et ☉ vocat oculum Iouis. Hinc cum ☉ et ♃ multa communia habeant; probabile, oculum significare ♃ quoque. Hinc quum obcaecatio adscribatur ☉ (p. 63. 4.); sequitur, coecum quoque oculum ad ☉ pertinere.

Odoratus, ϣⲟⲗⲉⲙ, ☿ sacer. Astrologi quidem odoratum ♀ tribuunt (I. §. 51. n. 5. p. 65.). Quum vero ♀ et ☿ multa habeant communia, non mirum, odoratum etiam ☿ (cani) proprium dici ab Horapolline (I. 39.).

Os, ⲣⲱ, ☿ contigit. Sic astrologi (I. §. 52. p. 66. n. 5.) volunt. Hinc Horapollo (I. 4.) os dicit corde (☿) exprimi.

Pedes, ⲥⲏⲃⲓ, ⲣⲁⲧ, ♂ symbolum. Horapollo (II. 58.) haec habet: *perfortem agendo* (ἀδυνατον γενεσθαι), *pedes hominis in aqua obambulantes pingunt. Atque aliter idem significare volentes, hominem absque capite gradientem pingunt.* Ergo vtraque imago idem valet. Vidimus

autem (p. 177.), speciem hominis decollati ♂ significare. Hinc vero etiam Horapollo (II. 3.) ait, geminos pedes simul compactos ac firmatos (*συνηγμενους και βεβηκοτας*) solis cursum, cum in solstitio sit hiberno, significare. Quae spectare videntur ad ♄. Eodem facit haud dubie, quod Horapollo (I. 65.) dicit, geminos hominis pedes in aqua fullonem indicare, quae ars ♄ adscribitur (I. §. 47. p. 59.). Distinguendum videtur inter pedum positionem.

Phallus, KENTE, ♀ symbolum, nec non ☿. Constat enim, phallophoria tempore verno, cui ☿ et ♀ praesunt, atque ☉ in ♀ signis versante celebrata fuisse. Hinc Horapollo (I. 48.) dicit, *penem foecundi* (♀) *monstrantes*, *non iam taurum* (♀ signum), *sed hircum pingunt*. Vidimus autem de hirci (☿ ♀) significatu (V. Pausan. VI. 26. p. 519. Plut. Is. c. 16.).

Supercilia, ⲘⲬⲎϩⲎ, ♄ sacra esse videntur. Quum capilli in genere ♄ sacri fuerint, per se probabile est, eidem etiam crines oculorum consecratos fuisse. Tradunt autem diserte Varro (L. L. IV. 10.) et Festus (in supercil.), supercilia Iunoni sacra fuisse, quam deam Manilius ♄ facit (I. §. 9. p. 16.).

Metalla septem planetis septem sacra haec sunt.

Aes, ϩⲟⲙⲛⲧ, ϩⲟⲙⲉⲧ, ϩⲟⲙⲧ, ♂ proprium fuisse videtur, ferro ab initio incognito. Arma enim bellatorum, vti constat, ex aere, cupro et stanno constante, fabricata erant. Eodem spectat haud dubie *χαλκολιβανον*, aurichalcum.

Argentum, ϩⲁⲧ, ☽ symbolum. Signo ☽ enim antiquitus argentum in Aegypto (ⲭⲏⲙⲓ) a Chemicis significabatur. Hinc et cynocephali ☽ sacri ex argento fabricati fuerunt (Lucian. Tox. Tom. II. p. 75. Salm.). Negari tamen nequit, argentum ♃ quoque, et vitrum ☽ adscribi (Salmas. Ann. clim. p. 623.). Quod argentum viuum attinet, etiamnum ☿ signo expressum, haud dubie ☿ sacrum fuit.

Aurum, ⲛⲟⲩⲃ, ⲛⲟⲩϥ, ☿ sacrum. Vidimus supra (p. 102.), Anubidis (☿) et Canobi (☿) nomina facta esse e nomine auri. Hinc statua et alia Anubidis insignia auro constabant. Serius quidem ☉ aurum, ☿ aes chemici adscripserunt (Salmas. l. l. p. 623.). Diserte autem aurifices ☿ sacri sunt apud astrologos (I. §. 52. p. 66.). Quod auri symbolum attinet apud Aegyptios, exstat in Museo Taurinensi tabula calcarea, qua homines expressi cernuntur linteum tenentes eoque arenam auriferam lauantes. Qua de re eiusmodi linteus aurarius significet ☿, necesse est.

Cuprum, ϩⲟⲙⲧ?, ♃ proprium fuisse videtur, vt apud chemicos medii aeui accidit.

Ferrum, ⲃⲉⲛⲓⲙ, (ⲕⲉⲗⲓ, ⲕⲗⲗⲉ?), ♂ sacrum. Tradit Plutarchus (Is. 376.), ossa hippopotami apud Aegyptios dici ferrum. Hippopotamus ♂ symbolum. Apud chemicos antiquitus signum ♂ significat ferrum.

Plumbum ⲧⲁⲧϩ, ♄ sacrum. Nam signum ♄ chemicis antiquitus plumbum significat. Hinc, vt Plutarchus narrat (Is. p. 404.), Typhon (♄), quum Osiridem cepisset, cistam sepulcralem, firmauit clauis plumbeis.

Stannum, ⲑⲣⲁⲛ, ♀ sacrum fuit, vt diserte Valens apud Salmasium (Ann. clim. p. 623.) refert. Hinc et chemici signo ♀ stannum antiquitus exprimunt.

Modius, *calathus*, ⲱⲓⲙ, אימה (= בת), *οἰφει*, ⲙⲓ (*μητρον*), ☽ aut ♀ symbolum fuisse videtur. Constat enim, ☽ tribui adauctionem Nili et fertilitatem omnino. Plinius (II. 99.) dicit, *hoc esse sidus*, *quod terras saturet*, *accedensque corpora impleat*. Plutarchus (Is. p. 367.) ait, Lunam prosperam esse stirpium pullutationi. Diodorus (I. p. 10. 11.) tradit, ☉ et ☽ mundum vni-

verum nutrire et augere. Teste Luciano (Op. T. I. p. 124. Salm.), Isis (☽) est, quae Nilum excitet et attollat. Hinc Seruius (Virg. Aen. VIII. v. 696.), *Isis*, inquit, *est genius Aegypti, qui per sistri motum Nili accessus recessusque significat.* Hinc fabula apud Pausaniam (Phocic. p. 881.) de lacrymis Isidis, quae efficiant, vt quotannis Nili aquae agros Aegyptiorum copiose irrigent. Hinc Lutatius (Schol. ad Stat. Theb. I. 265.) ait, *Isidis sacris Nilum exaestuare*; — *Aegyptiis vsque ad veros planctus prouentum fructuum quaerentibus.* Imprimis vero haec omnia ☽ tribuuntur tempore verno et post solstitium hibernum. Hinc Eusebius (P. E. III. 12.) tradit, fuisse Elephantinae signum aliquod symbolicum visendum, *quo subinsuueretur, magnam esse in signo ♈ adeoque Veris principio Lunae vim ad cogendas eliciendasque aquas.* Hinc Plinius (XVIII. 18.) narrat, *Nilum euagari incipere Solstitio et noua Luna.* Quas quidem ob causas non solum ☽ imagines, sed haud dubie Serapis quoque fingebantur calathum capite ferentes. Sic exstat nummus apud Pignorium (Tab. Is. p. 81. Am.) cum imagine Nili modium in capite gerentis, adscriptis verbis: *Deo sancto Nilo*; altera vero numi pars continet imaginem Serapidis, calathum capite portantis, adscriptis vocabulis: *Deo sancto Serapidi.* Nilus frugifer quidem hic significatur, symbolo ☽ (calatho) addito, aut ♀, quae tempori verno praeest. Quum vero etiam Serapis modium in capite gerat, eumque secundum Pignorii nummum maiorem illo, quem Nilus fert; non improbabile est, aliam mensuram ☽ vel ♀, aliam ☉ vel ♄ (Serapidis) symbolum fuisse. Hinc forte et Iuno Samica calathum, seu modium capite ferens fingebatur (Kreuz. Symb. II. 553 s.).

Nilometrium, ⊙ nec non ♃ symbolum. Quum Nilus ⊙ et ♃ imago valuerit; non dubium est, quin mensura Nili eodem spectauerit. Variis in vrbibus exstructa erant Nilometria, seu camerae subterraneae, cum Nilo coniunctae, in quibus scala ad indicandos aquae gradus aderat. Pro symbolo horum nilometriorum haud dubie adhibebantur nilometria portatilia seu cubiti (πηχεις). Constat enim, certo tempore cubitos illos in publicis pompis portatos fuisse. Iam vero hos cubitos πηχεις, ⲙⲡⲏ, ⲙⲁϩⲓ, ⊙ sacros fuisse, e sequentibus colligitur. Celeberrimum Nilometrium Memphi habebatur, quae ⊙ est prouincia (Dioder. IV. 1. 6.). Deinde in Nili (⊙) adumbrationibus cum aliis ⊙ symbolis, vt captoribus crocodilorum, erant sedecim Pechi (pueri Niloaci cubitales) ad indicandos totidem cubitos legitimae ascensionis Nili (Plin. L. 26. c. 7. Philostrat. Icon. 1. p. 737. Morell.). Denique festo Nili, vt Ruffinus narrat (His. Ec. II. c. 30.), cubitus ille ad templum Serapidis (⊙) ferebatur, velut ad incrementi aquarum et inundationis auctorem. Idem (ib. c. 18.), *eumque gentiles*, inquit, *Serapin esse dicerent, a quo Nilus ad irrigandos Aegypti agros adduceratur; eo quod cubitus Nili ad templum Serapidis portari consueuerat*, cet. Vidimus autem, Aegyptios ⊙, adiuuante ☽, tribuisse Nili incrementa. Ceterum quum ⊙ et ♃ similis naturae putarentur, atque Nilus vtriusque numinis symbolum valuerit; non dubito, quin Nilometrium ♃ quoque significauerit.

Obeliscus, ⊙ symbolum. Diserte enim hoc tradunt Tertullianus (De spectac. c. 8. p. 93. Rig.), Porphyrius (Euseb. P. E. III. c. VII.), Plinius (H. N. L. 36. c. 8.), aliique (Ammian M. XVII. p. 100.).

Phiala, (ϩⲁⲧⲓ, ϫⲏ τρυβλιον) ☿ symbolum. Narrat enim Lucianus (Toxar. Op. T. II. p. 75.), in templo Anubidis fuisse statuam Anubidis, et cynocephalos, et caduceum, et phialas aureas, quae quidem omnia ☿ erant consecrata. Huc accedit, quod in festo Isidis cynocephalus (☿) phialam auream portabat (Petau. Vranol. T. III. v. Dupuis Orig. T. II. P. II. p. 229.).

Pileus, ♂ significare videtur. Etsi pileus Aegyptius, in monumentis frequenter occurrens paululum differat a Graeco; non dubito tamen, quin ille antiquitus ad Graecos eiusdem dei insigne venerit. Constat autem, Vulcanum (♂) constanter insigniri pileo (Kreuz. Symb. Tab. Text. p. 12.). Ab hoc quidem ♂ pileo differat necesse est alius pileus, ♀ symbolum. Simili enim pileo exprimitur dominus signi ♎, quippe ♀, in Zodiaco antiquo (Kreuz. Symb. Tab. XLIX.). Ceterum reges Aegyptii portabant pileos (*πίλους μακρους*) vt Diodorus (III. 3.) refert, qui, vti ♂ symbola, sane regibus bellatoribus quadrabat.

Placenta, ϮΗΒΙ, ♄ symbolum fuisse videtur. Constat, Saturno (♄) voraci et crudeli victimas humanas oblatas fuisse, sicuti homines Typhonios Osiridi (☉), Plutarcho (Is. p. 386.) atque Diodoro (I. §. 79.) testibus. Iam Porphyrius (De Abst. II. 223. Lugd.) refert, Amosin sustulisse illa Iunonis (♄) sacrificia cruenta. Hinc in sigillo, quo victimae obsignarentur, erat imago hominis in genua desidentis, manibus post tergum deductis, ense in gulo imminente (Marham. Chron. Sect. XI. p. 317.). Iam teste Panyasi apud Athenaeum (IV. p. 172.) pro victimis his humanis postea placentae offerebantur. Ergo placenta ♄ symbolum. Hinc in placentis illis imago asini vincti impressa erat (Plutarch. Is. 362.). Ceterum in sacrificiis Mense Payni (♊) et Phaophi (♎) offerebantur eiusmodi placentae. Post mensem ♊ quidem ☉, in ♋ seu solstitium aestiuum ingrediens, minui incipit atque in ♎ ☉ ad ♄, seu hemisphaerium infernum, descendit. Ergo placentae valebant ♄ sacra, quibus Osiris expiaretur pariter atque sue, ansere, coturnice aliisque ♄ animalibus oblatis. Hinc in Thesmophoriis quoque, quum ☉ ad infernum descenderet, die lugubri placentis vescebantur Graeci.

Pschent, *ψχεντ*, regum Aegyptiorum corona (Insc. Ros. L. 44.), siue aliud regiae potentiae signum (ⲡⲓ-ⲥⲉⲕ-ⲛ̀-ⲑⲟ *dux mundi*) ☉ aut ♃ symbolum fuisse videtur. Regia enim ornamenta pertinent ad ☉ eiusque simulacrum ♃, mundi gubernatores. Quum vero ☉ omnium regem, ♃ regulum valeat (I. §. 47. 50.); credo, Pschent maxime ♃ significare, magis regibus Aegypti similem.

Pyramis, ☉ nec non ♂ symbolum. Porphyrius (Euseb. P. E. III. 7.) tradit, *pyramides atque obeliscos ignis naturae* (♂), *conum vero* (pyramidion) *Soli tributum esse*. Reapse ☉ sexcenties ignea natura esse dicitur. Huc facit nomen ⲡ-ⲟⲩⲣⲱ-ⲙⲁ (ⲙⲁⲓ), Regis (☉) deliciae aut monumentum, vt ⲁⲙⲟⲩⲛ-ⲙⲁⲓ (Meiamun), *Iouis amatum*, designat. Hinc in fine Labyrinthi pyramis erat, monumentum ☉ (Osiridis) in fine Zodiaci (♑) mortui. Ceterum constat, nonnisi in prouincia Memphitica, ☉ dominio, ♌ signo, pyramides exstructas fuisse. Quum vero et ♂ ignis sacer fuerit (I. §. 49. n. 1. 3. p. 61.), atque ☉ et ♂ multa haberent communia, quumque opera herculea quaeque, praesertim aedificia (I. §. 49. p. 61.), ♂ adscriberentur; non dubium est, quin pyramides etiam pro ♂ symbolis habitae fuerint.

Quadratum ☿ et ♀ symbolum erat, vt testantur Johannes Lydus (de mens. p. 87.) atque alii (Kreuzer Comment. Herodot. p. 135.). Hinc secundum Pythagoraeos Hermes, vt *λογος ἀληθινος*, quadratum gerit (Plut. Quaest. Sympos. IX. p. 1050. Wyt.).

Rota ♂ symbolum. Quemadmodum enim calceus (♂), ita et rota omnia sub se conterit; atque ♂ est omnis contritio (I. §. 49. p. 61.).

Sal, ϩⲙⲟⲩ, ♄ sacrum. Plutarchus (Is. 363.), *sunt*, inquit, *qui dicant*, *Typhonem mare esse*. – *Eaque de causa sacerdotes et mare abominantur*, *et salem Typhonis spumam vocant*,

interque alia interdictum est iis, ne salem in mensa ponant. Idem alias (Is. 352.) ait, *Sacerdotes salem de cibis detrahere, quo tempore pure et caste viuunt.* Quod confirmatur etiam aliis Plutarchi locis (Sympos. VIII. 8. p. 729. V. 10. p. 685.). Tradit tamen Arrianus (Epp. Al. M. III. 161. Blanc.), in Marmoria apud Iouis Ammonis templum reperiri salem, quo vtantur in sacrificiis (nimirum Typhonicis).

Scala, ⲙⲟⲩⲕⲓ, ♂ symbolum. Tradit enim Horapollo (II. 28.), scalam *significare obsidionem*, quae ad ♂ artes numeratur (I. §. 49. p. 61.).

Sceptrum, ϣⲃⲱⲧ, ☉ sacrum fuisse videtur. Sceptra enim apud veteres regum erant insignia atque ☉ rex omnium putabatur. Diserte Macrobius (Sat. 398. 465.) sceptrum Osiridi (☉) tribuit, vt prouidentiae et dignitatis signum. Loquitur autem de sceptro cum oculo (☉).

Sistrum, ⲕⲉⲙⲕⲉⲙ, ☽ et ♀ symbolum. Teste Seruio (Virg. Aen. VIII. 696.), Isis (☽ ♀) fingebatur dextra sistrum tenens. In numis Aegyptiacis, vt ex Pignorio (Tab. Is. fin.) constat, Isis sistrum fert. Hinc narrabant, Isidem sistro, vt Osiridem flagello, abigere Typhonem. Sistra ipsa, quotquot supersunt, nunc felis (♀) caput, nunc Isidis cum auribus felinis continent; ex quo sequi videtur, praesertim quum ☽ et ♀ alias res communes habeant, sistrum ad ♀ quoque spectare. Quod vero Isis sistro abigit Typhonem, id pertinet ad nouilunium in ♎, primum post Typhonis victoriam in solstitio hiberno.

Situla, ⲕⲁⲭⲓ, ⲕⲛⲓⲕⲁⲭⲓ (coriacia s.), ☽ symbolum. Seruius (Vir. Aen. VIII. 696.) tradit, Isidis sistro, quod dextra gerat, Nili accessum et recessum, sitella autem, quam sinistra manu gerat, affluentiam omnium lacunarum significari. Diserte autem veteres ☽ tribuerunt Nili incrementa, vt vidimus (v. Modius). Haec situla in manu Isidis cernitur apud Pignorium (Tab. Is. fin. tab. I. n. 4.). Aliud vasorum genus ☽ sacrum exstat apud eundem (p. 17. b. Venet.) clarissime in numo expressum post Isidem. Ceterum vtroque in numo apparet Isis, vna cum Horo, calatho in capite insignis. Haec autem situla differt a reliquis vasibus eo, quod admodum alta, ventre ouo simili, pede alto, collo alto, vna ansa gracili atque ore paululum prostante est.

Soni 7 musices 7 planetis sacri. Quum ♄ planeta putaretur natura maxime tristi et obscura; clarum est, sonum scalae musicae maxime profundum ♄, altissimum seu clarissimum planetae opposito seu primo, nimirum ☽ conuenire, et sic deinceps. Reapse Dio Cassius (L. XXXVII. c. 17. vid. Ideler Chron. I. p. 178.) docet, hos esse sonorum dominos, si a sonitu profundo ad altum pergas: ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽ ♄ = c d e f g a h $\bar{c}$ = vt re mi fa sol la si $\bar{vt}$.

Sphinx, ♄ symbolum. Sane incredibile dictu est, quam varie et false mythologi sphingem interpretati sint. Teste Aeliano (XII. 7.), Aegyptiorum sphinges constabant e corpore virginis et leonis. Profiteor tamen, fere omnes, quas ego vidi, antiquas Aegyptiorum sphinges esse masculas. Graeci nonnunquam sphingem fingebant capite et manibus mulieris, corpore canis, vnguibus leonis, cauda draconis, alis auis; quae omnia ♄ sunt sacra. Sphingem vero ♄ esse symbolum, vel ex eo claret, quod auctores Graeci Sphingi sapientiam, aenigmata atque rapacitatem adscripserunt, eamque Typhonis et Echidnae filiam, nec non a Iunone (♄) missam dicunt. Nam ♄ astrologi tribuunt *multam cogitationem, profundam rerum scientiam, voracitatem, crudelitatem* (I. §. 47. p. 59. n. 1. et 2.). Typhon vero, vt vidimus, valet ♄, atque Echidna aut ipsa est ♂ vipera, aut ♄ serpens mortifer, quare, qui talibus parentibus gignuntur, non possunt non ad principem ma-

lorum ♄ pertinere. Iuno vero a veteribus pro ♄ habebatur (I. §. 12. s. ♒ p. 16.). Huc facit ipsius nominis interpretatio. Etenim *Sphinx* (σφι-νκος) descendit haud dubie a CEB, CABE (CΦI), *prudens*, *sapiens*, *astutus*, CBW, CHBO *prudentia*, *sapientia*, ϢϤϢ *fabula*, *aenigma*, COYEN (swen) COYWN (swon) *sapere*, *cognitio*, γνωσις. Quibus affinia sunt *sapere*, σοφειν, σοφεια, σοφος, סב *circuire*, *curare*. Itaque Sphinx sapientem denotat per se, quam virtutem mythologi Sphingi, vt astrologi ♄ tribuerunt. Huc faciunt loca Clementis (V. p. 517.) et Synesii (de Regn. p. 7. 101.), quibus Sphingi potentia et sapientia adscribitur. Idem sibi vult fabula apud Diodorum (II. p. 167. c. 25.), qua Sphinges degebant circa fines Aethiopiae, ♄ domicilium, nimirum ♒. Quod porro posteriora leonis in sphinge adhibita attinet, supra vidimus (p. 148.), ea ♄ esse consecrata. Denique constat, sphinges portare lotum in capite, veluti in statua Taurinensi et in numo antiquo (Champoll. lettre I. Tab. 1. Kreuz. Symb. Tab. I. n. 13.). Ceterum hoc in numo dicto, ne sphinx pro alio numine habeatur, adsunt et alia ♄ symbola luculentissima: lotus, crocodilus, serpens; quibus ♄ de symbolis supra dictum est. Quod vero sphinges criocephalos attinet, credo, quum ♄ et ♂ pleraque communia habeant atque aries ♂ sit animal; quumque sphinges criocephali Thebis ♂ domicilio, reperiantur, eos ♂ planetam, hinc ♂ dominum prouinciae Thebanae, seu ♈ terrestris, significare.

Stela, στηλη (col. ϫHPI, ϫHPE, ϫHPI N ϹϦAI tabula literaria), ☿ sacra fuisse videtur. Satis enim constat de Thoutho literarum et artis scribendi inuentore. Quare, quae ad scripturam proxime pertinent, non possunt non ☿ sacrari. Quod non valet solummodo de tabuletta scriptoria proprie sic dicta (Horap. I. 38.), sed etiam de stelis sepulcralibus, vel historicis. Hinc veteres diserte stelas, non solum antiquissimas, sed alias quoque, Mercurio adscribunt (Jablons. Panth. V. p. 177. s.). Hinc nomen stelae (ΘOYOϮ columna) idem atque ☿ Thouthi (ΘWOYT) esse videtur.

Tuba, ♄ significare videtur. Tradit enim Plutarchus (Is. 362.), Busiritas et Lycopolitas asinum pariter atque tubam auersatos fuisse. Auersatio cadit in ♄ sacra, vt asinum, apud vrbes vel prouincias dominio ♄ non subiectas. Hinc et Aelianus (X. 26.) ait, *incolas Abydi asinum et tubam detestari.*

Vasa varia planetis variis consecrata. Supra dictum est de situla ☽, de vreeo ☿, hydria ☉, phiala ☿. At multa alia vasum genera reperiuntur in monumentis Aegyptiacis; quare probabile est, omnes ac singulos planetas cum alia artefacta, tum alia vasa, singulari forma insignia, sibi sacra habuisse. Huc spectat vasculum ab Apuleio (Met. XI. p. 262.) commemoratum. Narrat enim, stolitam, in pompa Isiaca procedentem, *gessisse deformatam manum sinistram porrectae palmula atque aureum vasculum in modum papillae rotundam, de quo lac deliberet.* Eandem pompam describere videtur Clemens (Strom. VI. p. 633.), vbi sacerdotem dicit cubitum institiae (nilometrium) ferre ac insuper vas ad libandum. Quum nilometrium et lac ab animalibus Osiridis (☉ ♃) petitum ad ☉ et ♃ spectent; verosimile est, illud vasculum ad modum papillae ☉ symbolum fuisse, aut ♃, quippe ☉ maxime affinis.

Velum, ΛABO, ♂ symbolum. Quum velum sit, quo naues moueantur, atque vis ac potentia quaeuis maxime ad ♂ referri consueuerit a veteribus; per se probabile est, velum ♂ significasse. Huc accedit, quod Mineruae (♂) omnis textura atque opera texta, veluti pannus, velum, adscri-

bebantur. Diserte velum vt Isidis inuentum celebratur a Hygino (Fab. 277.) et Fulgentio (L. I. c. 25.). Est autem Isis non solum ☽ et ♀, sed etiam ♂ atque ☽ in ♂ dominiis, vt vidimus. Hanc quidem Isidem, veli et nauis inuentricem, esse ♂, ex eo claret, quod Minerua (♂) primam ab Iside (♂) inuentam nauem, teste Eratosthene (c. 35.) inter stellas posuit. Vtique dii non nisi sua opera diuino honore afficere solent. Huc facit, quod in Panathenaeis peplus Mineruae, quo et Neitha (♂), Minerua Aegyptia, celata insigniebatur, per aliquod tempus, vti velum in nani, extendebatur (Kreuz. Symb. II. p. 814.), quo facto peplus ad Mineruae templum et imaginem repertabatur. Ceterum nauem in vniuersum ♂ adscribendam esse, plurima suadent. Omnis enim aedificatio et omnia opera herculea ♂ conueniunt (I. §. 49. p. 61.). Festum nauigationis atque deorum nauigationis tutelarium Romae celebrabatur mense Martis et quidem ludis bellicis (Dupuis Orig. de tous les cult. T. II. 2. p. 92). Mensis Martis vero ♏ respondet, vt Ianuarius Menai Toth seu ♒, atque ludi bellici ♂ proprii sunt. Accedit, quod illi Isidi, nauis inuentrici, pariter atque Mineruae potestas ventorum adscribebatur (Dupuis Or. II. 2. 91. ss. Kreuz. Symb. II. p. 339.). Hinc Sesostris nauem splendidissimam summo Thebarum numini (♂) dedicauit (Diodor. I. 57. p. 67. Wess.). Hinc astrologi diserte ♂ tribuunt nauium compositionem (I. §. 49. p. 61.). Praeterea, quum plura fuerint nauium genera; non dubito, quin alia nauis ♂, alia ☿ sacra fuerit. Sane discernendum videtur inter naues bellicas, aut saltem maiores, et nauiculas minores et velocidres ☿ similes. Hinc in numo (Morelli Thes. Hav. sub. gen. Calpurn. n. 8.) altera parte Ianus (☿), altera nauis cum Victoria (♂) cernitur. Et Seruius (Virg. Aen. VIII. 357.) tradit, Ianum cum naue in numis coniungi, quoniam exsul naui venerit. Ceterum, quum etiam Saturnus naui vectus in Italiam venisse dicatur (Plutarch. Quaest. R. XLI. p. 274. E. Vol. II. p. 123. s. Wit.), non improbabile est, etiam ♄ nauium genus, puto lentum et pigre, sacrum fuisse.

Vocales septem, planetis septem sacrae. Quum omnes res humanae, siue in adspectum, siue in auditum cadant, planetis adscriptae fuerint; non dubium est, quin et vocales singulae singulis planetis sacrae fuerint. Eiusdem sane rationis sunt septem soni musices, consonae eiusque generis alia humana inuisibilia, planetis, vt vidimus, sacra. Inter omnes constat, Aegyptios deorum (planetarum) laudes cecinisse per septem vocales (Iablons. Panth. Prol. LV. ss.). Sic Demetrius *dicit, in Aegypto sacerdotes etiam per VII. vocales quasi hymnis deos (planetas) celebrare, dum eos ordine continuo sonant* (☽☿♀☉♂♃♄). Idem haud dubie sibi vult locus Horapollinis (II. 29.), vbi dicit, *literas septem, duobus inclusas digitis Musam* (μουσαν), *vel infinitum* (ἀπειρον), *vel fatum* (μοιρον) *significare.* Constat enim Deum O. M. cogitari musica delectari (harmonia sphaerarum), eumque infinitum esse et inexpertum. Sic Gnosticus apud Irenaeum (I. 14. §. 7. Mass.) canit de Deo O. M.: *Septem vocales me Deum magnum corruptionisque expertem laudant literae, me, totius huius vniuersi indefessum parentem. Sum autem ego lyra (septichorda) vniuersi incorruptibilis, quae lyricos verticis caelestis modos concinnaui.* Haec verba autem egregie illustrantur a Proclo (Tim. Plat. IV. p. 251.), dicente, *Deum O. M. 7 planetis vti ceu instrumentis in gubernando mundo*, vnde omnis orta est nefanda illa astrologia et mythologica Dei O. M. colendi ratio. Ex ordine vocalium, quem veteres nobis conseruarunt et tradiderunt, bene intelligitur, quibus planetis singulae vocales attributae fuerint. Sic Graeca papyrus, de qua infra fusius, hunc vocalium ordinem constituit secundum septem planetas: α, ε,

η, ι, ο, υ, ω. At vero in oculos incurrit, hunc non verum esse et antiquum ac genuinum vocalium ordinem. Alias enim docui (De Sonn. litt. Gr. 632.), ω esse literam mere Graecam, multo serius excogitatam, atque Aegyptios, licet alphabetum Hebraicum cum Aegyptiaco initio conueniret et ordine et potestate, tres literas antiquo alphabeto adiunxisse. Quum prima antiquissimi alphabeti litera fuerit α, ℵ, prima vero ab Aegyptiis adiuncta litera, teste Plutarcho, Ibis audiverit; clarum est, illi septem vocalium seriei, quae sane cum antiquissimis alphabetis conuenit, vnam vocalem, quippe Ibidis literam praecedere debere, vocalem ω vero omittendam esse. Constat autem, Ibidem Hieroglyphice valere et pronunciari α, vt in nomine Amosis. Hinc itaque ordo vocalium apud Aegyptios fuit hic: α ☿, α ☽ (= α ☽, α ☿), ε ♀, η ☉, ι ♂, ο ♃, υ ♄. Vocalis υ vero, vt alias demonstraui quodque ipsum Latinorum V = Y demonstrat, initio ʊ pronunciatum fuit, donec multo post literae ο υ compositae a Graecis pro ʊ adhiberentur. Itaque vel natura cuiusque vocalis singulorum planetarum naturis accommodata apparet. Quemadmodum enim in musica soni maxime clari et aperti primis planetis, obscuriores vltimis tributi fuerunt; ita et in oratione humana ☽ ☿ a α, ʊ obscurum ♄ obscuro (p. 58.) contigit. Sane obiici poterit, hoc in vocalium ordine duos esse α sonos. At puto, alterum α correptum, alterum productum fuisse, aut, quod probabilius est, α ☽ ab α ☿ paulo diuersum fuisse sonitu, vt α nostrum ab α Anglico, aut å Danico, ad instar ַ et ָ Hebraeorum, qui vel ipsi septem signis, quum ַ et ָ duo numerantur, septem vocales distinxerunt. Iam satis; infra enim fusius de hoc argumento.

Conclusio.

Quae iam disputauimus de numinibus Aegyptiacis rebusque iis sacris, ea, quum veteribus scriptoribus fidem denegare nefas est, luculenter docent, Aegyptios duplici modo elementa astronomica, tum planetas, tum Zodiaci partes, de quo ante omnia quaerendum erat, exprimere potuisse ac debuisse, altero phonetico, altero symbolico. Quemadmodum ergo nos planetas et signa Zodiaci aut appellamus variis nominibus et cognominibus, aut significamus scribendo signis quibusdam et figuris singularibus; ita et apud Aegyptios accidit. Vberrima autem est Aegyptiorum symbolice astronomica. Quamuis enim paucissima signa suffecissent ad significandos planetas eorumque loca indicanda in scriptis astronomicis; tulit tamen, vt vidimus, Aegyptiorum religio, vt quamplurima symbola astronomica existerent, vsuque venirent. Neque dubium est, quin symbolice astronomica multo adeo vberior sit ea, quam e veteribus scriptoribus iamiam eruimus. Dolendum sane, veteres non comprehendisse nobisque tradidisse vnius libri volumine, quaecunque ad symbolicen Aegyptiorum astronomicam spectarent; sed negari nequit, quae veteres de eo tradiderunt, etsi imperfecta nec raro subobscura, ea sufficere ad scripta Aegyptiorum astronomica, paucissimis exceptis, satis iam intelligenda. Apparebit enim, maximam figurarum hieroglyphicarum partem, quae ad astronomiam spectent, iamiam a veteribus nostris explicitam esse. Quum vero alia signa ignota in scriptis astronomicis nobis occurrant, tum ita versandum erit, vt iis de coniectura aliquem significatum tribuamus, euentu comprobandum. Quum enim aliis in locis eadem signa probabiliter explicita idem significare deprehendantur; sane concedendum erit, recte a nobis coniectum fuisse. Ceterum etiamsi veteres pauciora de symbolice Aegyptiorum astrono-

mica tradidissent, aut, quod rarissime accidisse spero, perperam a nobis eorum dicta intellecta fuissent; tamen non desperandum esset de certa scriptorum astronomicorum ab Aegyptiis conservatorum explicatione. Sufficeret enim naturas planetarum et signorum Zodiaci accurate comparare cum rebus vita vsuque venientibus; in scriptis Aegyptiacis vero ipsis easdem personas eademque symbola astronomica constanter ad eosdem planetas easdemque Zodiaci partes referre. Restat, vt colligantur varia planetarum symbola, quo facilius oculis comprehendatur, quam variis modis singuli planetae eorumque partes in Zodiaco exprimi possint. Qua in re ita versabimur, vt primo planetarum symbola phonetica, nimirum propria nomina et impropria atque cognomina sacra enumerentur, hinc eorum simulacra et imagines humanae, deinde animalia, vegetabilia, corporis humani aliarumque rerum particulae, denique artefacta, instrumenta et alia naturalia particularia ad astronomiam Aegyptiacam spectantia colligantur.

---

§. 15.

Symbola ☉. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 50. P. II. §. 4. 8—14.

I. *Nomina et cognomina.*

Ra, Re, Helios p. 81.
On (plan. et vrbs.) p. 12.
Mesori (mens.) p. 82.
Venephes (rex.) p. 83.
Senacher (Dec. ♈.) p. 23.
Chontare (id.) p. 23.
Chnat (id.) p. 23.
Tepisatosoa (Dec. II.) p. 23.
Phuor (id.) p. 23.
Reinaor (id.) p. 23.
Thumis (Dec. ♍.) p. 24.
Tomi (Dec. ♍.) p. 24.
Tepiseuth (Dec. ♏.) p. 24.
Sesme (id) p. 24.
Homoth. (Dec. ♑.) p. 24.
Isro (id.) p. 24.
Ammon, Amun. p. 97.
Apis (taurus) p. 100.
Arsaphes (♀) p. 100.
Arueris (☿) p. 101.
Bacis (taurus), Pacis p. 115.
Belus p. 101.
Besa p. 102.
Camephis p. 102.
Cneph p. 103.
Cnuphis ib.
Harpocrates (☉ vernus.) p. 105.
Horus p. 107.
Iao p. 108.
Ichton p. 109.
Mandulis p. 110.
Mneuis (taurus) p. 111.
Nilus p. 111.
Onuphis p. 113.
Osiris (in ♎ et ss.) p. 113.
Pacis (taurus) p. 115.
Paamyles p. 115.
Petempamentes p. 116.
Phruron p. 116.
Serapis (♑) p. 118.
Tchonemyros p. 121.
Phtha, Aphtha (♌) p. 118.

II. *Simulacra et imagines.*

Criocephalus discophorus cornibus hirci p. 98.
Puer in loto, labia digito tangens (post solst. hib.) p. 106.
Iuuenis (vere) p. 97.
Vir barbatus (aest.) p. 117. p. 97.
Senex (hieme) p. 97.
Claudicans (Harpocrates) p. 105.
Hieracocephalus p. 108. 147.
Aelurocephalus p. 132.
Leontocephala p. 118.
Calathum ferens senex (Serapis et Nilus) p. 113.
Masculo-femina p. 118.
Rex potens p. 63.
Pontifex summus p. 63. 180.
Vates entheus p. 63.
Aurifex p. 63.
Victor p. 63.
Crocodilo insistens deus (☉ in ♑) p. 147.
Phallicus (☉ vernus) p. 108. 115.

III. *Animalia et vegetabilia.*

Camelus p. 143.
Catus p. 146.
Elephas p. 145.
Equus p. 145.
Leo p. 148. 63.
Lutra? p. 150.
Taurus p. 153.
Accipiter p. 155.
Aquila p. 156.
Phoenix p. 161.
Scarabaeus tauromorphus p. 162.
Struthio p. 162.
Basiliscus (Vraeus) p. 164.
Caeph p. 103. 165.
Serpens hieracocephalus p. 165. 168.
Delphinus p. 168.
Lepidotus? p. 169.
Allium p. 171.
Palma p. 174.
Papyrus p. 175.
Pinus frugifera p. 172.
Quercus p. 175.
Rosa purpurea p. 63.

IV. *Membra humana aliaeque corporis partes.*

Corporis pars dextra p. 63.
Latera vel latus et scapulae (ϱ) p. 63.
Oculus (dexter) p. 63. 183.
Oculus caecus p. 183.
Visus p. 63.
Cerebrum p. 63.
Cor p. 63.
Nerui p. 63.
Spiritus p. 63.
Caput (aduersum) p. 63. 183.

V. *Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

Regia p. 63.
Pyramis p. 186.
Obeliscus p. 185.
Nilometrium p. 113. 185.
Calathus p. 113.
Flagellum p. 180.
Gryps, Gryphus p. 181.
Discus s. circulus p. 179.
Vas rotundum p. 188.
Hydriae tres p. 181.
Pschent, apparatus regius p. 186.
Sceptrum p. 187. p. 108.
Lyra (septem chordis?) p. 182.
Regius omnis apparatus p. 63.
Pontificalia p. 63.
Sculptoria instrumenta p. 63.
Aurificum inst. p. 63.
Coqui inst. p. 63.
Praetoria p. 63.
Castra p. 63.
Aurum p. 63. 184.
Color croceus p. 63.
Color albus p. 178.
Sonus quartus musices p. 187.
Vocalis quarta (η) p. 190.
Consona quarta, XI et sic deinceps p. 179.

---

§. 16.

Symbola ☽. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 53. P. II. §. 4. 8—14.

I. *Nomina et cognomina.*

Io, Ioh p. 81.
Men, Mene p. 82. p. 110.
Epep, Epiphi (mens.) p. 82.
Viroaso (Dec. ♉) p. 23.
Ero (id.) p. 23.
Erebin (id.) p. 23.
Thuimis (Dec. ♋.) p. 23.
Chumis (id.) p. 23.
Chumen (id.) p. 23.
Serucuth (Dec. ♎). p. 24.
Suchos (id.) p. 24.
Sagen (Dec. ♐). p. 24.
Sesme (id.) p. 24.
Tepisatras (Dec. ♒). p. 24.
Ptebiu (id.) p. 24.
Apis (taurus) p. 100.
Athyri (pr. in ♉). p. 130.
Bubasi p. 130.
Bubastis (pr. in ♎) p. 130.
Isis. p. 133.
Muth (p. ♀). p. 135.
Sothis (p. ♀). p. 138.

II. *Simulacra et imagines.*

Bubula (Io, Isis) p. 129. 130. 134.
Aelurocephalus (♀ Bubastis). p. 131.
Bucephala. p. 134.
Sistrum et situlam ferens (Isis). p. 134.
Diana cum luna falcata p. 134.
Mulier (Isis). p. 134.
Vir (Men.) p. 110.
Virago ib. p. 134.
Religiosa p. 66.
Irabunda p. 66.
Venusta p. 67.
Regina p. 66.
Negotiatrix p. 66.
Terrae cultrix p. 66.
Bubulcus p. 181.
Templorum ministra p. 67.
Auia p. 67.

III. *Animalia et vegetabilia.*

Felis p. 146.
Ichneumon p. 148.
Leaena p. 149.
Taurus (Apis) p. 153.
Vacca p. 153.
Cerua (♀)? p. 144.
Turtur p. 157.
Hirundo p. 159.
Ibis nigra p. 159.
Scarabaeus vulgaris p. 161.
Vulpanser? p. 163.
Meisi serpens p. 164.
Testudo p. 168.
Oxyrynchus p. 170.
Physa p. 170.
Platanus p. 175.
Narcissus p. 67.

IV. *Membra aliaeque partes corporis humani.*

Corporis sinistra pars p. 67.
Pectus (♋) p. 67.
Oculus sinister p. 67.
Venter p. 67.
Stomachus p. 76.
Mulierum pudenda p. 67.
Deglutitus p. 67.
Gustus p. 67.

V. *Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

Modius p. 184.
Sistrum p. 134.
Luna falcata p. 135. 181.
Sitella p. 134.
Vas lunare p. 188.
Instrumenta ad colendam terram p. 66.
Amatoria p. 67.
Ornamenta p. 67.
Mercatoria p. 67.
Argentum p. 67. 184.
Vitrum p. 67. 184.
Color leucotheus et albus p. 67. 178.
Sonus musices septimus p. 187.
Vocalis prima (a) p. 189.
Consona prima, octaua et sic deinceps p. 179.

---

§. 17.

Symbola ☿. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 52. P. II. §. 4. 8—12.

I. *Nomina et cognomina.*

Ermes (Hermes) p. 81.
Thoth (mens.) p. 82.
Paoni (mens.) p. 82.
Athothis (rex) p. 83.
Vbienthes (rex) p. 83.
Bienaches (id.) p. 83.
Asicat (Dec. ♉) p. 23.
Chus (id.) p. 23.
Seth (Dec. ♋) p. 23.
Syth (id.) p. 23.
Aphuth (Dec. ♍) p. 24.
Aphoso (id.) p. 24.
Eregbuo (Dec. ♐) p. 24.
Rheuo (id.) p. 24.
Astiro (Dec. ♒) p. 24.
Aseu (id.) p. 24.
Anubis p. 98.
Arueris p. 101.

Aesculapius p. 109.
Canobus (s. Canopus) p. 102.
Eschmunus p. 104.
Esenephys p. 133.
Harpocrates p. 105.
Horus p. 106.
Imenthes p. 109.
Imuthes p. 109.
Macedo p. 107. 109.
Mendes p. 110.
Pan p. 105.
Paytnuphis p. 115.
Petensenes p. 116.
Thouth p. 121.

II. *Simulacra et imagines.*

Cynocephalus p. 99.
Puer labia digito tangens (Harpocr.) p. 105.
Iuuenis p. 65.
Biceps p. 99. 122.
Caduceum gerens p. 98.
Hircinus p. 110.
Hieracocephalus p. 108.
Phallicum numen p. 123.
Ibiocephalus p. 123.
Vertagocephalus p. 99.
Scriba p. 65.
Barator p. 65.
Musicus p. 65.
Medicus p. 65.
Immolator p. 65.
Minister p. 65.
Famulus p. 65.
Mercator p. 65.
Aurifex p. 65.
Venator p. 65.
Vates p. 65.
Homo Mercurialis p. 66.
Citharoeda p. 65.
Sagittator p. 65.

III. *Animalia et vegetabilia.*

Canis p. 142.
Caper (hircus) p. 142.
Cercopithecus p. 143.
Cynocephalus p. 99.
Ceruus p. 144.
Dorcas p. 144.
Gazella ib.
Lupus p. 149.
Simius p. 152.
Vertagus (canis) p. 142.
Vulpes p. 155.
Accipiter p. 155.
Ardea p. 156.
Ciconia p. 156.
Coruus p. 158.
Cucupha p. 158.
Cygnus vocalis p. 159.
Gallina p. 159.
Grus p. 159.
Ibis p. 159.
Pelecanus p. 161.
Vulpanser p. 163.
Araneus p. 164.
Lacerta p. 167.
Testudo p. 168.
Maeota p. 169.
Oxyrynchus p. 170.
Phagrus p. 170.
Ficus ignobilis p. 172.
Acanthus p. 171.
Granatum p. 172.
Laurus p. 173.
Platanus p. 175.
Olea syluestris p. 174.
Rubia p. 66.

IV. *Membra aliaeque partes corporis humani.*

Humeri (ⲡ) p. 66.
Coxendices (ⲡⲣ) p. 66.
Ilia (id.) p. 66.
Os, locutio p. 66. 183.
Lingua p. 66.
Nares p. 66.
Brachia p. 66.
Manus p. 66.
Fel p. 66.
Memoria p. 66.
Deliberatio p. 66.
Cor p. 183.
Phallus p. 108. 184.
Odoratus p. 66. 183.

V. *Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

Canopicum vas p. 103.
Cebus, Cepus p. 177.
Cerberus p. 177. 119.
Caduceus p. 177. 99.
Crux ansata p. 179.
Corbis p. 179.
Hydria p. 181.
Phiala p. 185.
Tibia p. 180.
Fistula duplex p. 180.
Lyra p. 181.
Octo numericae notae p. 104. 123.
Stele p. 19.
Astronomica instrumenta p. 65.

Geometrica inst. p. 65.
Scriptoria inst. p. 65.
Tabuletta scriptoria p. 188.
Immolatoria inst. p. 65.
Venatoria inst. p. 65.
Medica inst. p. 65.
Aucupum inst. p. 65.
Aurificum inst. p. 65.
Aes p. 184.
Aurum p. 184.
Argentum viuum p. 184.
Color purpureus et mixtus p. 66. p. 178.
Sonus musices secundus p. 187.
Vocalis secunda (ā vel ă) p. 189.
Consona secunda et sic porro p. 179.

---

§. 18.

Symbola ♀. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 15. P. II. §. 4. 8—12.

I. *Nomina et cognomina.*

Suroth, Surot. p. 81.
Isis p. 12.
Paophi (mens. ♎) p. 82.
Pachon (mens. ♉) p. 82.
Kenkenes (rex) p. 83.
Sothis (Dec. ♋) p. 23.
Asentacer (Dec. ♈) p. 23.
Seket, Sikat (ib.) p. 23.
Thopitus (Dec. ♍) p. 24.
Questucati (id.) p. 24.
Sensiner (Dec. ♏) p. 24.
Senciner (id.) p. 24.
Sieme (id.) p. 24.
Oroasoer (Dec. ♒) p. 24.
Ptiu (id.) p. 24.
Arsaphes p. 100.
Horus p. 106.
Mendes p. 110.
Socharis p. 120.
Athyri p. 130.
Bubastis p. 130.
Eumenuthis, siue Menuthis, p. 135.
Methuer p. 135.
Muth p. 135.
Pan (Priapus) p. 107.
Sothis p. 138.
Isis p. 133.

II. *Simulacra et imagines.*

Hieracocephalus p. 108.
Erecto veretro (Horus) p. 108.
Puer labia digito tangens (Harpocrat.) p. 107.
Hircinus p. 110.
Aelurocephala (Bubastis) p. 132.
Mulier bubulis cornibus p. 129.
Mulier (Venusta, ornata) p. 133. 139. 65.
Seritextrix p. 64.
Pharmacopola p. 64.
Caupo p. 64.
Sacerdos p. 64.
Precans p. 64.
Litigosa p. 65.
Phallicum numen p. 108. p. 64.
Camena p. 65.

III. *Animalia et vegetabilia.*

Capra p. 144.
Cerua p. 144.
Felis p. 146.
Hinnulus p. 146.
Hircus (capra) p. 147.
Cuniculus p. 149.
Meisi serpens p. 164.
Panthera p. 152.
Ichneumon p. 148.
Taurus pruriens p. 153.
Auris bubula p. 182.
Vacca p. 154.
Accipiter p. 155.
Columba p. 157. 65.
Passer p. 160.
Pelecanus p. 161.
Scarus p. 170.
Silurus p. 171.
Ficus p. 172.
Hedera p. 173.
Loti flos p. 174.
Myrtus p. 174.
Anagallis caerulea p. 65.

IV. *Membra aliaeque partes corporis humani.*

Collum (♉) p. 65.
Ilia et clunes (♎) p. 65.
Epar p. 65.
Caro p. 65.
Pinguedo p. 65.
Nares p. 65.
Odoratus p. 65.
Phallus p. 184.
Brachia habitu precantis p. 64.

V. *Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

Modius p. 184.
Corbis p. 179.
Funiculus (Veneris) p. 181.
Fistula transuersa p. 180.
Tibia simplex p. 180.
Sistrum p. 187.
Crux ansata p. 179.
Ornamenta p. 64.
O. muliebria p. 64.
Ornata vestimenta p. 64.
Fuci p. 64.
Seritexterum instrumenta p. 64.
Tinctoria inst. p. 64.
Pictorum inst. p. 64.
Pharmacopolarum inst. p. 64.
Cauponaria inst. p. 64.
Venatoria inst. p. 64.
Sacerdotalia inst. p. 64.
Bracteatorum inst. p. 64.
Stannum p. 184.
Color flauus p. 65. 64.
Color albescens p. 178.
Sonus musices tertius p. 187.
Vocalis tertia (ε) p. 189.
Consona tertia, decima et sic deinceps p. 179.

---

§. 19.

Symbola ♂. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 49. P. II. §. 4. 8—12.

I. *Nomina et cognomina.*

Artes p. 81. p. 101.
Ertosi p. 81.
Moloch p. 81. 12. 111.
Hercules, Zom p. 12.
Athyr (mens.) p. 82.
Pharmuthi (mens) p. 82.
Vsaphaes (rex) p. 83.
Asiccan (Dec. ♈) p. 23.
Chontare (id.) p. 23.
Verasua (Dec. ♊) p. 23.
Vare (id.) p. 23.
Phuomisie (Dec. ♌) p. 24.
Phupe (id.) p. 24.
Sentacer (Dec. ♏) p. 24.
Stochnene (id.) p. 24.
Epima (Dec. ♑) p. 24.
Scro (id.) p. 24.
Atembiu (Dec. ♓) p. 24.
Ptibiu (id.) p. 24.
Biu (id.) p. 24.
Aphophis (?) p. 100.
Camephis (?) p. 102.
Perseus p. 115.
Phtha p. 116.
Seth p. 120.
Som vel Zom p. 125.
Typhon p. 123.
Neith p. 136.
Sais p. 136.
Thermuthis p. 139.
Typhi p. 141.
Isis Neitha p. 175.
Zom p. 125.

II. *Simulacra et imagines.*

Pedibus adunitis deus p. 127.
Armatus deus p. 127.
Mulier texens (Neith) p. 137.
Cantharocephalus (id.) p. 137.
Gypocephalus (Vulcan.) p. 118.
Aspidocephala (Thermuthis) p. 140.
Masculo-femina p. 137.
Bellator p. 136. 180.
Dux exercitus p. 61.
Lanio p. 61.
Faber ferrarius p. 61.
Architecta p. 61.
Sculptor p. 61.
Tonsor p. 61.
Spiculator p. 62.
Deformis p. 62.
Chirurgus p. 61.
Claudicans p. 127. 62.
Gibbosus p. 62.
Apocopus p. 62.
Latro p. 62.
Carnifex p. 62.
Homo Martialis p. 62.
Parietarius p. 61.
Captiuus p. 62.

III. *Animalia et vegetabilia.*

Aries p. 142.
Arietis caput p. 98.
Cameli pars p. 143.
Elephantis proboscis p. 145.
Hippopotamus p. 147.
Hinnulus oryx p. 147.
Leonis anteriora p. 149.
Lupus p. 149. 62.
Mus terrestris p. 150.

Mustela p. 151.
Rhinoceri cornu p. 152.
Vacca Martis p. 154.
Ardea (Herodius) p. 156.
Gallus p. 159.
Locusta p. 160.
Musca p. 160.
Noctua p. 160.
Picus p. 161.
Scarabaeus Martis p. 161.
Vespa p. 162.
Vultur p. 163.
Araneus p. 164.
Aspis p. 164. 62.
Crocodilus (Suchus) p. 165.
Formica p. 166.
Phalanx p. 62.
Scorpio p. 167. 62.
Vipera p. 62.
Anguilla p. 168.
Carabus p. 168.
Lepidotus p. 169.
Muraena p. 169.
Stella marina p. 171.
Aloe p. 171.
Cedrus p. 171.
Cypressus p. 171.
Ilex p. 173.
Olea p. 174.
Persea p. 175.
Viola p. 62.

IV. *Membra aliaeque partes corporis humani.*

Caput (♈) p. 62. 183.
Pudendum (♏) p. 62.
Matrix (♏) p. 62.
Dentes p. 183.
Sinistra auris p. 62.
Nares p. 62.
Venae p. 62.
Pedes p. 184.
Epar p. 62.
Inguen p. 62.
Testiculi p. 62.
Rigones p. 62.
Manus (brachium) p. 182.
Brachia cum scuto et arcu p. 111.
Manus cum fuste p. 182.
Digiti p. 183.
Cadauer p. 177.
Mutilus p. 62.

V. *Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

Pyramis p. 186.
Nauis p. 189.
Falx p. 179.
Scala p. 187.
Cithara p. 180.
Calceus p. 177.
Claustrum, obex, pessulus p. 177.
Flagellum p. 180.
Laqueus fortis p. 181.
Pileus p. 186.
Velum p. 189.
Aratoria instrumenta p. 61.
Aratrum p. 176.
Bellica omnia p. 61.
Hasta p. 62.
Gladius p. 61.
Pugio p. 61.
Arcus (?) p. 61.
Scutum p. 61.
Currus bellicus p. 61.
Rota p. 186.
Lanionis inst. p. 61.
Culter p. 61.
Chirurgica ins. p. 61.
Ferrariorum in. p. 61.
Textoria inst. p. 136.
Coqui in. p. 61.
Architectonica p. 61.
Parietariorum in. p. 61.
Lapicidarum in. p. 61.
Sculptorum ins. p. 61.
Tonsorum in. p. 61.
Piscatoria p. 61.
Tortorum in. p. 61.
Cometae p. 63.
Mare turbulentum p. 182.
Chalcolibanum p. 184.
Ferrum p. 62.
Color caeruleus p. 178.
Color ruber p. 62. p. 178.
Sonus musices quintus p. 187.
Vocalis quinta (i) p. 189.
Consona quinta, duodecima et sic deinceps p. 179.

---

§. 20.

Symbola 4. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 48. P. II. §. 4. 8—12.

I. *Nomina et cognomina.*

Osiris p. 12. p. 113.
Zios, Zeus p. 81.
Niebaes (rex) p. 83.
Choiac (mens. ⲭ) p. 82.
Phamenoth (mens. ϣ) p. 82.
Thesogar (Dec. ⲧ) p. 23.

Theosolk (id.) p. 23.
Sithacer (Dec. ♌) p. 24.
Hepe (id.) p. 24.
Arepien (Dec. ♎) p. 24.
Chontare (id.) p. 24.
Themeso (Dec. ♑) p. 24.
Smat (id.) p. 24.
Thopipui (Dec. ♓) p. 24.
Chontare (id.) p. 24.
Ammon, Amun p. 98.
Belus p. 101.
Cneph p. 103.
Memnon, Amenophis p. 98.
Tchonemyros p. 121.

II. *Simulacra et imagines.*

Palmifer deus p. 174.
Criocephalus (Ammon), cornibus hircinis p. 98.
Sacerdos p. 60.
Regulus p. 60.
Iudex p. 60.
Dux p. 60.
Sagittator (♐) p. 60.
Athleta p. 60.
Textor p. 60.
Nauta p. 60.
Vates p. 60.
Homo Iouialis p. 61.
Deus phallicus (♃ vernis in signis) p. 115.
Vir aetate virili (barbatus) p. 61.

III. *Animalia et vegetabilia.*

Aries p. 142.
Arietis caput p. 98.
Equus p. 145. 61.
Aquila p. 156.
Murium incertum genus p. 151.
Perdix p. 161.
Phoenix p. 161.
Pauo? p. 161.
Apes masculi p. 163.
Essen p. 163.
Basiliscus (Vraeus) p. 164.
Cneph p. 103. 165.
Rana p. 167.
Serpens cornutus p. 103. 167.
Delphinus p. 168.
Lotus p. 169.
Palma p. 174.
Papyrus p. 175.
Quercus p. 175.
Lilia p. 61.
Spongia marina p. 61.

IV. *Membra aliaeque partes corporis humani.*

Oculus (vniuerse) p. 183.
Femora (♐) p. 61.
Lumbi p. 60. 183.
Pedes (♓) p. 61.
Auris sinistra p. 61.
Pulmo p. 61.
Costae p. 61.
Epar p. 61.
Sperma p. 61.
Cartilagines p. 61.
Tactus p. 61.

V. *Artefacta, instrumenta aliaque particularia.*

Pschent ornatus regulorum p. 60. p. 186.
Apparatus regius p. 60.
Pontificalia p. 60.
Athletarum instrumenta p. 60.
Textorum instr. p. 60.
Nautarum in. p. 60.
Piscatorum in. p. 60.
Hierodulorum insignia p. 60.
Vatum insig. p. 60.
Legislatorum insig. p. 60.
Mare altum, Pelagus p. 182.
Cuprum p. 61.
Color rutilus albescens p. 61. 178.
Sonus musices sextus seu secundus p. 187.
Vocalis sexta (o) p. 189.
Consona sexta, decima tertia et sic deinceps p. 179.

---

§. 21.

Symbola ♄. P. I. §. 4. 9. 16. 17. 32. 47. P. II. §. 4. 8—12.

I. *Nomina et cognomina.*

Repha, Rephan, Rempha p. 81.
Kronos (Seu) p. 12.
Semempses (rex) p. 83.
Tobi, Tybi (mens. ♑) p. 82.
Mechir (mens. ♒) p. 82.
Aharp (Dec. ♉) p. 23.

Rhombomare (id.) p. 23.
Rhomanor (id.) p. 23.
Aphruimis (Dec. ♌) p. 24.
Charchnumis (id.) p. 24.
Chnachnumen (id.) p. 24.
Atherechinis (Dec. ♎) p. 24.
Ptechut (id.) p. 24.
Chenen (Dec. ♐) p. 24.
Comme (id.) p. 24.
Archatapias (Dec. ♓) p. 24.
Abiu (id.) p. 24.
Antaeus p. 98.
Aphophis p. 100.
Bebon (Babys) p. 101.
Petensetes p. 116.
Python p. 118.
Serapis p. 119.
Seth p. 120.
Smy p. 120.
Typhon p. 123.
Ambo p. 128. p. 140.
Anuce p. 128.
Aso p. 128.
Athor p. 129.
Buto p. 132.
Isis, Venus Vrania p. 137.
Nephthys p. 137.
Sate, Sates p. 138.
Thueris p. 140.
Tithrambo p. 140.

II. *Simulacra et imagines.*

Crocodilocephalus (Typhon) p. 125.
Onocephalus (id.) p. 125.
Melilotea (Nephthys) p. 138.
Cornigera (☽) p. 141.
Senex p. 47.
Anus ib. p. 97.
Matrona. p. 128.
Fullo p. 59.
Lanarius p. 59.
Subulcus p. 180.
Asinarius p. 59.
Pastor p. 59.
Lanio p. 59.
Funerarius p. 59.
Eunuchus p. 59.
Captiuus vinctus p. 125.
Seruus p. 59.
Tyrannus p. 59.
Carnifex. p. 59.
Homo Typhonius p 60.

III. *Animalia et vegetabilia.*

Aper p. 142.
Asinus p. 143.
Dama m. p. 144.
Mula p. 143.
Cameli pars p. 143.
Hippopotamus p. 147.
Leonis pars p. 149.
Lepus p. 149.
Mus araneus p. 150.
Onager p. 151.
Oryx p. 151.
Rhinoceros p. 152.
Sus, porcus p. 153.
Talpa p. 153.
Vacca candida p. 154.
Vespertilio p. 155.
Vrsus p. 155.
Anser p. 156.
Cicuta p. 160.
Columba alba p. 157.
Coturnix p. 152. 158.
Cygnus mutus p. 159.
Hirundo p. 159.
Musca canina p. 160.
Pauo p. 160.
Perdix p. 161.
Struthionis penna p. 162.
Trochilus p. 162.
Vultur p. 163.
Crocodilus vulgaris p. 165.
Draco, boa constrictor p. 166.
Scorpio p. 167.
Serpens alatus p. 167.
Anguilla? p. 168.
Maena p. 169.
Muraena p. 169.
Polypus p. 170.
Vermes p. 60.
Caepa p. 176.
Granatum p. 172.
Hyacinthus p. 60.
Ilex p. 173.
Lotus, melilotus p. 174.
Pinus vulgaris p. 172.
Scylla maritima p. 176.
Sycomorus p. 176.

IV. *Membra aliaeque partes corporis humani.*

Genua (♑) p. 60.
Tibiae seu crura (♓) p. 60.
Capillus p. 183.
Supercilia p. 184. 60.
Auris dextra p. 60.
Melancholia p. 60.
Phlegma p. 60.
Splen p. 60.
Vesica p. 60.
Genicula p. 60.
Digitus, h. e. pollex p. 183.
Pedes in aqua p. 184.

ASHMOLEAN OXFORD MUSEUM

V. *Artefacta, instrumenta, aliaque particularia.*

Sphinx p. 187.
Alae p. 176.
Domus, aedificium p. 179.
Falx p. 179.
Laqueus p. 181.
Modius p. 119.
Nauis lenta p. 189.
Placenta p. 186.
Praesepe animalium p. 60.
Tuba p. 188.
Rustica instrumenta p. 59.
Nautarum inst. p. 59.
Lanionum ins. p. 59.
Culter p. 59.
Ferrariorum in. p. 59.
Carpentariorum in. p. 59.
Cementariorum ins. p. 59.
Pistorum in. p. 59.
Fullonum in. p. 59.
Tonsorum in. p. 59.
Lanariorum in. p. 59.
Haustra p. 59
Piscatorum in. p. 59.
Militaria p. 59.
Mare terminans Aegyptum p. 182.
Sal p. 186.
Plumbum p. 60. 184.
Color obscurus quique p. 178.
Color niger p. 178. 119. 60.
Color purpureus p. 178.
Sonus musices septimus, vel primus p. 187.
Vocalis septima (u) p. 189.
Consona septima, decima quarta et sic deinceps p. 179.

§. 22.

Zodiacus Aegyptiacus in Museo Regio Taurinensi repertus.

Licet astronomica nostra Aegyptiorum symbolica, quatenus supra Graecorum Latinorumque ex scriptis eruta fuit, locis permultis iisque maximam partem clarissimis nitatur; possit tamen aliquis de eius veritate adhuc dubitare. Sane enim nouum ac fere inauditum esse videtur, omnia Aegyptiorum numina ad astronomiam spectare; symbola vero mythologica, quippe nomina diuina, deorum dearumque imagines, animalia, arbores, plantas aliasque res sacras, vti docuimus, valere elementa astronomiae Aegyptiacae. Atque obiici poterit, quod veteres de symbolis Aegyptiorum astronomicis tradiderunt, id ipsis monumentis Aegyptiacis nondum esse comprobatum. Quod enim alienigenae de Aegyptiis tradunt, id sane an ipsis quoque Aegyptiorum scriptis indigenis confirmetur, dubitare licet. Quam ob causam opus est inuenire aliquod monumentum astronomicum hieroglyphice scriptum, quo facili negotio atque ad oculos demonstretur, Aegyptios reuera deorum suorum symbolis, et phoneticis, et imagineis, astronomiae suae elementa expressisse. Iam huiusmodi monumentum exstat in celeberrimo Museo Aegyptiaco Regio Taurinensi, quippe nouus quidam Zodiacus Aegyptius, cum deorum dearumque imaginibus, nominibus aliisque numinum hieroglyphicis symbolis, quibus vtique exprimuntur, sicuti praemonuimus, astronomica. Vid. Tab. II. No. I. Tab. III.

Anno 1825, quum Regis Frederici Augusti, Domini mei clementissimi, nunc pie defuncti, gratia et adiutorio iter longissimum in Italiam, Francogalliam, Britanniam Hollandiamque literarum gratia susciperem; primum et maxime omnium me ad sese attraxit Collectio antiquitatum Aegyptiacarum vberrima et exquisitissima, quae Augustae Taurinorum est. Qua in vrbe per integrum fere annum, quo ibi versatus sum, tanta magistratuum et ciuium humanitate et liberalitate receptus fui, vt studia mea maxime cum fructu persequi possem. Profecto, quantum tot viri de me bene meritis debeam, tacere, ingratum atque impium esset. Nihil dicam de eo, quanta liberalitate hicce antiquitatum thesaurus mihi apertus fuerit; quanta humanitate Academia Taurinensis celeberrima lucubrationibus meis succurrerit; quanta gratia ipse *Senatus Summus* generalem Musei examinationem vsumque mihi concesserit. Profiteri autem publice debeo, me auspicam terrarum, ne mea quidem ipsa in patria, liberalitatem et humanitatem erga me reperisse neque

maiorem, neque aequalem ea, qua Taurinensium in vrbe tractatus fui. Quod quo magis sentio ac persentio, eo magis doleo, nullis me factis vtique tanta beneficia remunerari neque gratum meum animum comprobare posse. Certe non vnquam obliuiscar, quanta et qualia debeam Patronis et Fautoribus de me rebusque meis meritissimis: Viro Excell. et Praenob. Comiti *Salier della Torre*, Regis Sard. Pot. Ministro Rer. Ext., Viro Exc. et Praen. Marchioni *Brignole*, Reg. Sard. Pot. Min., Viro Exc. Comiti *Gazelli*, Consil. Sec., Viro Ex. Comiti *Balbo*, Reg. Acad. Praes., Viris Summe Ven., Amplissimis et Doctissimis Equiti *de San-Quintino*, Ab. *Amadeo Peyron*, Ab. *Gazzera*, *Plana*, Pr. *Bidone*; tum VV. Excell. et Praen. Comiti *Senfft de Pilsach*, I. R. Aust. Min. Pl. Res., Comiti *Wallburg Truchsess*, R. Bor. Min. Pl. Res., Dom. *Georg. Forster*, R. Brit. M. Pl. Res., Com. *Moncenigo*, I. Rus. Min. Pl. Res.; tum aliis permultis, quorum memoria nunquam in me delebitur.

Inter labores meos Aegyptiacos in Taurinensi Museo incidi in cistam admodum vastam, innumeris fere papyrorum fragmentis refertam; inerant enim fere decies centena millia fragmentorum, vt ex laboris suscepti longitudine conclusi. Quae quidem papyri aut in Aegypto, aut in itinere miserrime fractae et contritae erant. Nemo non mecum lamentatus esset, quum bibliothecam historicam talem antiquissimae aetatis quasi in puluerem conuersam vidisset. Quum in hac farragine primo statim obtutu schedulas grauissimi argumenti discernerem; non ineptum videbatur, omnia et singula haec fragmenta examinare et, quae antea inter se iuncta fuissent, coniungere studere. Quo in negotio longissimo et molestissimo id saltem meam operam instigabat, quod sperabam, aliquot manuscripta pretiosissima perpetuae obliuioni atque interitui eripere, nec non Taurinensibus, quibus maximopere me obstrictum sentiebam, grati mei nominis monumentum, vtut exile, relinquere posse. Profecto mihi contigit, vt quindecim papyros, alias fere integras, alias ex parte saltem fragmentis ex illis restituerem, quae, credo, partim nunc grauissimis literarum Aegyptiacarum monumentis in Museo Taurinensi asseruatis adnumerari posse. Ex his papyris etiam ea est, qua Zodiacus Aegyptiacus dictus continetur. Priusquam accedimus ad huius inscriptionis explicationem, verbum addere liceat de ratione, qua in restituendis his papyris versatus sum. Scilicet quum quoduis papyrum Aegyptiacum ab aliis differat aut colore, aut scriptura literarumque ratione, aut textura laminarum papyraceorum, aut binis ternisque his notis; facile dignoscitur, quae fragmenta papyrorum, quum plura inter se commixta et congesta habes, ad vnum idemque papyrum pertinuerint. Porro, inuentis variis vnius papyri fragmentis, ex conuersione et cursu fibrarum cognoscitur, quae fragmentorum latera ad aduersam, quae ad auersam papyri restituendi partem pertineant. Quoduis enim papyrum duplici laminarum serie constat, altera horizontali, altera verticali. Hinc ea pars fragmentorum papyraceorum, qua fibrae cum versibus literarum horizontalibus parallelae sunt, ad partem papyri aduersam pertinet, altera ad auersam. Ceterum omnia papyra laeua sunt in parte aduersa, scabra vero in parte auersa, vbi laminae sunt verticales [1]). Deinde, collectis singulis papyri fragmentis, ordo fragmentorum ex fibris cognoscitur. Quemadmodum enim nullum arboris folium, vt Leibnitzius demonstrauit, alii plane simile vel

1) De textura et fabricatione papyrorum vid. lib. meum Beitraege etc. Vol. I. pag. 3. Quo loco tamen in eo erraui, quod tradidi, scapum plantae papyri per se laminis iis constare, quae in voluminibus papyraceis inter se iunctae cernuntur. Imo, vt ex plantae papyri natura serius cognoui, solus scapus sine foliis adhibitus fuit, ita vt scapus primum in partes longitudine aequales, hinc in laminas tenuissimas, siue philuras, vt Plinius ait, dissecaretur.

par est, ita et variae vnius papyri laminae inter se discrepant; qua de re, propter diuersas laminae cuiusdam et horizontales, et verticales fibras, inter varia papyri fragmenta inuenta nonnisi duo inter se coniungi possunt, quippe quo loco eadem est in vtroque fragmento fibrarum aut altitudo, aut crassitudo, aut perspicuitas, aut alia earum ratio similis. Quum dubites adhuc de loco iuncturae; literae fractae, aut versuum series vtraque papyri in parte conspicuae, momentum faciunt. Nuspiam enim accidit, vt, quum duo fragmenta papyracea fibris conueniant certo in margine, ibidem etiam literae variae diuisae ac fractae in vnum corpus redeant, si fragmenta illa perperam coniuncta fuerint secundum fibras. Quod accidere potest, quum inter duo fragmenta aliud quoddam desideratur. Denique foliorum, quibus papyri constant, et ipsius voluminis cuiusdam longitudo cognoscitur e iuncturis papyri atque e versuum vel columnarum scriptarum longitudine. Scilicet quoduis volumen papyraceum constat foliis singulis longitudine paribus, quae quidem folia ita inter se iunguntur, vt alterum alteri inglutinetur; quibus in locis, vel iuncturis, papyri crassiores sunt et lumen non transmittunt. Quum vero quoduis papyri cuiusdam folium suam habeat laminarum et fibrarum texturam singularem: facile ex cuiusque fragmenti natura cognoscitur, ad quodnam papyri folium spectet. Etiam columnae scripturae, in papyro quauis conspicuae, pares sunt longitudine; quam ob causam, cognita vnius columnae longitudine, reliquarum iam est certa. His quidem regulis obseruandis facillimum est, omnis generis papyros ex fragmentis suis restituere, etiamsi partes quaedam amissae fuerint; atque hac ratione ortus est nouus ille Zodiacus Aegyptiacus, cuius similitudinem ad autographi fidem redditam habes Tab. III infra. Quum enim papyrum hocce e fragmentis suis, quatenus licuit, reparassem, vtriusque partis titulos charta lucida, seu corticea, descripsi, quod meum exemplum accuratissime nunc in lapidem lithographicum transscripsi [2]). Ceterum hoc papyrum recte a me restitutum esse, vel hic facillime intelligitur. Scilicet primum, fragmenta eius varia, quae lineis cincta atque cum characteribus suis, tum in parte aduersa, tum auersa conspicuis, accurate Tab. III. infra descripta sunt, vtraque in parte inter se congruunt. Notandum, perspicuitatis causa partem papyri nostri aduersam hic ordine contrario descriptam esse in lapide. Hinc si vel vnum fragmentum alio loco poneres: eo aut partis aduersae textus, nimirum quadrata illa astronomica; aut partis auersae inscriptio, nimirum versus hieroglyphici, soluerentur et turbarentur. Itaque singulis fragmentis cum quadratis suis astronomicis eadem fragmenta cum literis suis hieroglyphicis subscripta respondent ambitu suo et serie versuum. Nihil dicam de fibrarum in fragmentis iunctis congruentia, de qua praesente papyro iudicari potest. Porro ne hoc quidem recte se haberet, inter bina fragmenta *longius* breuiusue, quam ego feci, spatium ponere. Nam data est tum trium foliorum longitudo, vt ex iuncturis ad No. 2, 9 et 15, lineolis parallelis significatis, cognoscitur, tum duarum columnarum scriptarum longitudo, vt versuum extensio 21—11 et 10—4 docet. Ceterum claret, quadrata illa astronomica quoque inter se conuenire. Nam 12 illa quadrata Partis IV. D. fragmento quidem integro continentur, ex quibus reliqua diiudicanda sunt. Triplex est nimirum in papyro nostro Zodiaci repetitio (D. E. F.). Iam quamuis dolendum sit, grauissimo hoc in papyro deesse particulas nonnullas; habemus tamen fere integrum monumentum astronomicum nouum. Nam integra

2) Quum monumenta Musei Taurinensis Aegyptiaca nondum omnia in iustum ordinem tum temporis redacta fuerint, numerus huius papyri indicari nequit. Meae vero Bibliothecae Aegyptiacae collectae est MS. No. 9283.

illa pars D omnia Zodiaci Dodecatemoria exhibet; in reliquis vero, scilicet E et F, eaedem figurae, paucissimis exceptis, repetuntur; atque ex analogia expleri possunt lacunae ortae, saltem in parte aduersa. Sed iam satis superque de huius papyri origine. Addere licet, hunc esse quintum Zodiacum Aegyptiacum, eumque omnium forsan grauissimum, quum solus hic Dominos XII Signorum, passim et Trigonodespotas atque Tetragonodespotas exhibeat, ratione hieroglyphica ac genuina expressos, ideoque clauem astronomiae Aegyptiacae valeat [3]). Quinque fere anni elapsi sunt, ex quo in Zodiacum illum incidi; sed non valui, quod amicis promiseram, prius de illo monumento atque de rebus Aegyptiorum astronomicis in genere aliquid literis mandare. Satisfaciendum mihi fuit aliis officiis grauioribus, atque studia mea lexicalia et grammaticalia, tum Coptica, tum Aegyptiaca, quibus potissimum antiquitatis Aegyptiacae studium niti videbatur, non exiguum temporis spatium mihi praeripuerunt [4]).

Explicatio Zodiaci Aegyptiaci Taurinensis.

Tab. III. No. II. A. Primo hic habes circulum, quo Zodiacus, siue coelum significatur. Orbis enim in medio circulo positus innuit terrarum orbem; septem vero illa puncta inter terram et Zodiacum sunt septem planetae. Aegyptii enim ac veteres omnes terram putabant quiescere, planetas vero pariter atque coelum fluminis instar circum terram moueri. Simillima est adumbratio systematis planetarum Aegyptiaci in numo ex aetate Imperatoris Antonini Aegyptiaco [5]). His septem planetis septem Cabyros, siue maxima veterum numina, quibus terra vt octauus Cabyrus accedat, significari, supra monitum est. Luculentius haec exponit Tab. III. No. I. A.

Tab. III. No. II. B. Idem Zodiaci circulus cum indice quatuor angulorum seu cardinum, scilicet punctorum aequinoctialium et solstitialium [6]). Simillima ratione veteres astronomi Zodiacum atque eius cardines adumbrarunt [7]). Quamquam enim papyrus hac in parte mutila est, facile tamen lacunae explentur ex iis, quae supersunt. Puncta aut regiones, aut ventos primarios indicare videntur. Constat enim de Zodiaci diuisione in 32 et 64 partes. Puncta 24 circulo ecliptico vicina vix aliud, quam 24 horas sidericas significare possunt [8]). Totidem enim sunt puncta secundum partem circuli conseruatam, atque constat de ratione Horarum in astronomicis obseruationibus habenda.

Tab III. No. II. C. Constellatio VII Planetarum secundum Trigona, Tetragona ex Hexagona. Septem enim stellulae rosaceae septem planetas significant, atque 12 Quadrata bis vel ter adscripta 12 signa coelestia. Scilicet terna Quadrata 11—14 et 16—19 ea signa exprimunt, quae ratione Trigonorum inuicem se adspiciunt, atque quaterna Quadrata eadem horizontalia quatuor ternarum tempestatum signa, de quo statim fusius. Quum vero grauissimum esset in veterum con-

---

3) Quatuor Aegyptiorum Zodiaci hactenus inuenti sunt hi: 1) Tentyriticus minor nunc in Bibl. Reg. Paris. Vid. Description de l'Egypte. Vol IV. T. 22. 2) Tentyriticus maior. Ib. Vol. IV. T. 19. 3) Latopolitanus Ib. Vol. I. Tab. 87. 4) Thebanus sepulcralis Ib. Vol. II. Tab. 82.

4) Vid. Fr. Aug. Guil. Spohn De lingua et literis veterum Aegyptiorum cet. Vol. II. Prodrom. Praefatio mea pag. IV. et V.

5) Dupuis Origine de tous les Cultes Vol. I. Tab. 2. p. 178. Kreuzer Symbolic Tab. VI. No. 12.

6) Vide supra Pars I. §. 43. p 54.

7) Firmicus L. III. p. 47. L. VI. p. 170. al. Bas.

8) Vid. supra P. I. §. 37. p. 44.

stellationibus, nosse, qui planetae aut Trigonorum, aut Tetragonorum, aut Hexagonorum ratione sese adspicerent [9]); id hac tabula auctor indicare voluit. Itaque stellae superioris versus et inferioris 11 et 19 significant planetas □ adspectu, atque eaedem stellae, superiori cum inferiori comparata, indicant planetas △ adspectu. Denique medii versus tres stellae significant planetas ✱ adspectu, quod etiam innuunt sex quadrata media C. 15. Ceterum haec vberius explicantur inscriptione huius papyri auersa, quae continet obseruationes astronomicas more Aegyptisco descriptas.

Tab. III. No. II. D. E. F. Domini signorum, passim et Trigonorum, et Tetragonorum. Clarum est, tres illas inscriptiones, 12 quaeuis partibus constans, idem sibi velle easdemque personas significare. Nam 24 illa quadrata E F in duas partes, vt in C accidit, discernenda sunt, quarum altera alterius repetitio est. Sic E. I. 2 respondet F. I. 7, atque D plane eundem ordinem sequitur quam F. Quum vero E. I. 2 sit secundum quadratum ab initio, F. I. 7 contra a fine secundum et sic in reliquis; apparet, E et F eadem symbola continere ordine contrario. Haec autem repetitio et ordo, in tribus illis speciminibus E et D F contrarius, cohaeret cum locis planetarum specimine C indicatis. Iam quaeritur, quaenam quadrata singulis Zodiaci signis respondeant. Et statim in oculos incurrit, quum terna quadrata et quaterna coniuncta sint, signorum dominos non vulgari ordine, sed astrologico, scilicet secundum Trigona et Trientes, seu Tempestates, composita esse. Breuitatis caussa dodecatemoria speciminum Tab. III. No. II. D E F ad eundem ordinem redacta sunt Tab. III. No. I. D E F, quem quidem iam sequimur. Comparanda est Tab. I.

D I 20, E I 1, F I 8. De his figuris Ibis notissima est, quippe symbolum ☿ (Vide supra Partis II. §. 10. p. 159.). Eundem ☿ significat in D I 1 figura siue nuntii, siue serui (P. I. §. 52. 5. p. 66.), vt infra E III 3. Denique F I 8 virgo Mercurium femininum, siue Heben, Ganimedam (Pausan. Cor. c. 13.) Aegyptiacam, vt alias E I 3, significare videtur. Itaque habemus signum aut ♍ (virginis), aut ♊; in vtraque enim domo ☿ est Oecodespota. Quum vero F I 8 addatur symbolum ♀ (vasculum fumatorium col. D. 22. I), quae domina est Trigoni in ♍; agitur hic de ♍ signo. Altera enim ☿ domus, scilicet ♊, pertinet ad Trigonum ♄ et Tetragonum ♄, quae quidem personae infra D III 22, F III 6 certissimae sunt.

D II 20, E II 1, F II 8. De Vulture vidimus (II. §. 10. p. 163.), eo ♄ significari. Vasculum E II 1, quod ♄ sacrum fuisse videtur, nouum est. Agitur itaque de domicilio ♄ aut ♒, aut ♑ signo. At in altera ♄ domo D II 22, F II 6, praeter Rheam Aegyptiacam, siue ♄ femininum, adest crux ansata, ☿ symbolum, qui quidem ☿ Trigoni dominus est in ♒, non vero in ♑. Ergo hic signum ♑ habemus.

D. III. 20, E. III. 1, F. III. 8. Accipiter atque Hieracocephalus ♀ indicant (II. §. 10. p. 155. 108.), vasculum vero odoriferum, vt ♀ symbolum, nouum est. Saltem tradunt veteres, omnia odorifera esse ♀ sacra (I. §. 51, 3. 5. p. 64.) Ceterum in monumentis Aegyptiacis non rarae sunt sacrificantium figurae, quae eodem thuribulo vtantur, atque in Museo R. Parisino exstat hoc thuribulum ex aere factum, cui adhuc carbones, licet cum aerugine concreti, insident. Agitur itaque aut de ♉ aut de ♎, ♀ domiciliis. Quum vero in altera ♀ domo E. I. 3, collato F. I. 8, sit ☿ dominus Trigoni, quod solummodo de ♎ valet; hoc loco significatur ♉ Oecodespota ♀.

Habemus itaque haec Zodiaci signa: ♍, ♑, ♉. Iam vero haec signa sunt eiusdem Tri-

9) Vid. supra P. I. §. 46. No. IX. p. 57.

goni, quo confirmatur, quod supra monuimus, Zodiaci signa secundum Trigona illis in specimi-nibus D E Lin. I disposita esse. Sed videamus de reliquis.

D I 21, E I 2, F I 7. Nilometrium, quod bis primo loco occurrit, ☉ symbolum est (II. §. 14. p. 185.). Alterum signum, quum Nilometrio respondeat loco (E. I. 7.), item haud dubie ☉ significat. Quum vero nullum signum sit ☉, et Trigoni, et Signi domino, subiectum praeter ♌; clarum est, hic de ♌ signo agi.

D II. 21, E II. 2, F II. 7. Imago hominis superbe ingredientis, vtroque brachio vi quadam extenso, neminem certo praeter ♂ significat. Hae enim sunt ♂ virtutes et proprietates (I. §. 49, 2; 5. p. 62.). Huc accedit stella marina, ♂ symbolum (p. 171.). Quum Martis in manibus sit sceptrum, dominii supremi, nimirum ☉ symbolum; hic ♈ est signum, in quo solo ♂ cum ☉, Trigoni domino, principatum habet.

D III. 21, E III. 2, F III. 7. Duplex corona, siue Pschent, vt Inscriptio Rosettana docet (Lin. 44.), regum est symbolum et ornamentum (p. 186.); reges vero et ♃ sunt symbola (I. §. 48, 3; 5. p. 60.). Qua de re illa regis imago est ♃ Ammonis. Quum vero iuxta eum sit ☉, quippe Horus, Hieracocephalus (II. §. 10. p. 108.) cum disco, ☉ symbolo (II. §. 14. p. 179.); hoc loco significatur ♃, quo solo ♃ in domicilio ☉ adest Trigoni dominus.

Itaque habemus iam signa ♌ ♈ ♐, quae, vt praecedentia tria ♍ ♎ ♉, eiusdem sunt Trigoni. En nouum argumentum, quo euincitur, illis in quadratis signa Zodiaci ratione Trigonorum disposita esse.

D I. 22, E I. 3, F I. 6. Thuribulum pendens in D et F, quum thura atque omnia odorifera ♀ essent sacra (p. 64.), ♀ significat. Iamiam vidimus, eodem symbolo exprimi ♀, quippe Trigoni dominam ♍, in F. I. 8. Idem significet necesse est vasculum ornatum E. I. 3, licet nouum sit. Quum altera ♀ domus, ♉ signum, antea allata fuerit (D III. 20, E III. 1, F III. 8.); hoc loco ♎, cum ☿ Trigoni domino significatur, cuius quidem ☿ symbola sunt Hebe Aegyptiaca in E I. 3, vt vidimus, atque Oecumenes symbolum (p. 104. col. Insc. Ros.) in F I. 6, pariter atque incognitum instrumentum in D I. 22.

D II. 22, E II. 3, F II. 6. Matronae imago est symbolum ♄, quum constet de Rhea Aegyptiaca, siue Nephthi (II. §. 9. p. 137.), Deorum matre. Eadem figura F II. 6, si capite leonino est, quod non satis claret in autographo; affinis esse videtur Sphingi, ♄ symbolo (II. §. 14. p. 187.). Ex cruce ansata vero addita, ☿ symbolo, vt vidimus (p. 179.), intelligitur, alteram ♄ domum in Trigono ☿, nimirum ♒, hoc loco significari. Ceterum Nephthyos nomen exprimi videtur E. 3. literis ΠΤΙ, omisso ΝΑ *ad*, *versus*.

D III. 22, E III. 3, F III. 6. Ibis atque caput Ibis domum ☿ innuunt (II. §. 10. p. 159.). Hinc in geographico Taurinensi (Tab. II. No. II. 20.) Oecodespota ♊ Ibiocephalo exprimitur. Idem sibi vult ministri figura E III. 3, quippe ☿ symbolum (I. §. 52, 3; 5. p. 65.), vt supra D. 20. I. His accedit homo cum penna struthionis in capite, ♄ symbolo (p. 162.). Atque folium illud ϣ pronunciatur, quod ϣι *expensionem*, *vltionem*, *Νεμεσιν*, ♄ nomen (I. §. 4. II. §. 4. p. 59.), significat. Tertia figura addita eundem ♄, Tetragoni dominum, exprimit. Itaque hoc quadrato signum ♊ cum ☿ domino Domus, et ♄ domino Trigoni, atque ♄ domino Trigoni continetur.

Iam habemus tertium Zodiaci Aegyptiaci Trigonum, scilicet ♎, ♒ et ♊ signa cum dominis Domus, Trigoni et Tetragoni iisdem hieroglyphice expressis, quos astronomi Aegyptii tradiderunt. Restat denique quartum Trigonum (♋ ♓ ♏).

D I. 23, E I. 4, F I. 5. Et primo quidem numerus XXX ☽ significat. Nam iugi species, vti constat, numerum X. hieroglyphice exprimit[10]); numerus vero XXX. propterea ☽ innuit, quoniam omnes Aegyptiorum menses, quippe ex ☽ motu orti, eamque ceu matrem spectantes, 30 diebus constant. Ex altero ☽ symbolo E I 4 (col. F. I. 6.) apparet, quod supra traditum vidimus (I. §. 54. p. 68), ☽ et ♀ inter se affines esse atque symbola quaedam communia habere. Thuribulum ♀ symbolum est in F I 6, atque in F I. 8, nec non in D I. 22.; hoc autem loco ☽ significat. Ceterum puto, ternis his symbolis nomen *Soth* (♀ et ☽) exprimi (p. 138). Quamquam eiusmodi symbolices Aegyptiorum et mythologicae, et astronomicae ambiguitates non tollantur vbique, plerumque tamen ex epithetis facile cognoscitur, quid scriptores sibi voluerint. Sic quum Hermes, aut Ammon, aut Venus aliique commemorantur, adduntur epitheta Trismegistus, Ammon Ra, Venus Vrania et similia, vt intelligatur, quum varia numina iisdem nominibus certo quodam respectu vocentur, de quonam iamiam sermo sit. Etiam hoc loco E I 4 additum videtur signum quoddam, licet mutilum, quo ☽ a ♀ distingueretur.

D II. 23, E II. 4, F II. 5. De rana vidimus (II. §. 11. p. 167.), ea significari ♃, neque dubium, quin hic sermo sit de ♓, quum altera ♃ in domicilio, nimirum ♐ signo, ☉ sit Trigoni dominus, quem (Hieracocephalum) auctor D III. 21, F III. 7. adscripsit. Signa hieroglyphica in reliquis quadratis pronunciari videntur *Repha*, *Sol coeli nocturni*, quo vocabulo forsan ♃ quoque, accedente *stella* (CIOY) distinctiua, expressus fuit. Saltem haec interpretatio conuenit Graeco ♃ nomini *Φαεθων*, *splendens*, quod Aegyptiacum etiam esse dicit Firmicus (I. §. 4. p. 12.)

D III. 23, E III. 4, F III. 5. Primo quidem homine decollato, ♂ symbolo, vt vidimus (I. §. 49, 5. p. 61. et 177.), domicilium ♂, siue ♈, siue ♏, significatur. Quum vero altera ♂ domus D II. 21, dominum trigoni ☉ et ♃ habeat, quod in ♈ cadit; hoc loco ♏ signum cum ♀ Trigonodespota tractatur. Reapse iuxta ♂ (F. III. 5.) apparet thuribulum ♀ Trigonodespotae, vt supra (D. 22. I. F. 8 I.). Tria instrumenta E III. 4, ♂ symbola, citharae ♂ sunt (p. 180.). Denique D III. 23. aperte vndulatio marina significatur, quae ♂ sacra erat (II. p. 182. I. §. 49. 4. p. 62.). Itaque his vltimis quadratis continentur signa ♋ ♓ ♏.

Ex his itaque iam perspicuum est, in Zodiaco Aegyptiaco Taurinensi 12 signa secundum Trigonorum rationem enumerari. Hunc enim habes ordinem:

I.	♍	20. 1. 8.	♌	21. 2. 7.	♎	22. 3. 6.	♋	23. 4. 5. I.	siue	♈	♉	♊	♋
II.	♑	20. 1. 8.	♈	21. 2. 7.	♒	22. 3. 6.	♓	23. 4. 5. II.	ordine	♌	♍	♎	♏
III.	♉	20. 1. 8.	♐	21. 2. 7.	♊	22. 3. 6.	♏	23. 4. 5. III.	vulgari	♐	♑	♒	♓

Quem quidem ad modum ab astronomis Aegyptiacis Trigona enumerantur, vt supra vidimus (I. §. 12. p. 18.) Hinc et probabile est, his Trigonis sic componendis alium quoque signorum ordinem indicari, quum singuli versus (I. II. III.) in D, et E, et F quaterna signa contineant. Reapse primo versu deinceps coniuncta sunt quatuor ea Zodiaci signa, quae ad eundem Trientem, nimirum aestiuum, vel aestatis tempestatem spectant, vt vidimus (I. §. 7. p. 14.), scilicet ♍ ♌ ♎ ♋, siue ordine vulgari ♋ ♌ ♍ ♎. Huic Trienti opposita sunt in Zodiaco quatuor signa haec ♑ ♒ ♓ ♈, quae quidem hic in secundo versu deinceps exstant. Denique inter vtrumque Trientem sita sunt ♉ ♊ atque ♏ ♐, sibi opposita, quae auctor imo in versu posuit (D, E, F, III.). Ceterum quod Zodiacus noster 12 coeli signa alio ordine enumerat, quam vulgari; eius

10) Vid. Jomard Etalon Metrique Paris 1822. pag. 5.

ratio, vt monitum est, partim in astrologico Trigonorum momento, partim in planetarum positione illo tempore obseruata, textu hieroglyphico indicata, vtique videtur latere.

Tab. II. No. I. Quo facilius ratio Zodiaci Aegyptiaci Taurinensis perspici posset, singula eius Quadrata cum dominis Signorum, Trigonorum et Tetragonorum suis hieroglyphice descriptis secundum vulgarem signorum ordinem enumeranda esse videbantur. Quod fecimus hac tabula II. No I. Ceterum Geographicum nostrum Taurinense linea vltima (Tab. II. No. II.) maxima ex parte eadem symbola astronomica exhibet, quae Zodiacus noster continet, quaeue supra e veterum locis iamiam nouimus.

---

§. 23.

Conclusio.

Quae iam de symbolice Aegyptiorum astronomica disputauimus, ea breuiter ad capita quaedam iuuabit reuocare. Scilicet quum Monumenta Aegyptiaca ipsa omnino confirment ea quae Graeci Latinique scriptores de numinum Aegyptiorum symbolis tradunt; omnis sane symbolice Aegyptiorum astronomica his fere principiis, ceu fundamento nititur.

I. Symbolice astronomica vberrima est maximeque varia. Quum enim totus terrarum orbis inter planetas et numina astronomica diuisus putaretur atque res etiam inuisibiles ac spirituales iisdem astris adscriberentur; omnia ea pro symbolis astronomicis adhibita sunt in scriptis Aegyptiorum astronomicis, quae facili negotio describi et repraesentari possent. Qua de causa iidem planetae eaedemque Zodiaci partes non vno symbolo, vt apud nos solemne est, sed multis atque quam maxime inter se diuersis exprimi solent. Vid. I. §. 47—53. II. §. 8—14. Tab. II. No. I.

II. Omnia planetae cuiusdam symbola ei respondent conueniuntque propter rationes aut naturales, aut philosophicas vel astrologicas. Sic animalia lenta planetis lentis, velocia velocibus, loca alta altis, depressa depressis adscribuntur ex ratione naturali; veluti anser et boa ♄, vraeus et aquila ♃, aues oscines ☿, vipera ♂; montium cacumina ♄ et ♃, loca stagnantia et arua ☽. Alia videas iisdem in §§. Ratiene vero philosophica vel astrologica malis planetis animalia mala, bonis bona tribuuntur, veluti crocodilus et hippopotamus ♄ et ♂, boues ☉ et ☽. Idem valet de artibus et opificiis humanis, rerum euentibus aliisque rebus. Vid. ib. et nominatim Tab. II. ♈, ♒, ♉.

III. Symbolice Aegyptiorum astronomica partim est phonetica, partim symbolica. Nomina quidem rerum et cognomina sunt symbola rerum aut, quum pronunciantur, auditu percipienda; aut, quum sonis scriptis significantur, oculis vel tactu intelligenda.

IV. Phonetica astronomiae Aegyptiacae symbola sunt aut naturalia, aut philosophica, vel astrologica. Quae enim nomina et cognomina astrorum ab earum natura repetuntur, naturalia dicimus, veluti *Repha* (Tab. II. ♓) a splendore ♃ nocturno petitum, et alia (II. §. 4. p. 81.). Astrologica vero ratione ♂ vocatur *Ertosi*, *Moloch* et aliter (II. §. 4. p. 81.). Idem cadit haud dubie in reliqua nomina astronomica, quorum mentionem fecimus supra (I. §. 12. §. 16. §. 17.), et quae in scriptis astronomicis hieroglyphicis reperiantur.

V. Symbola astronomica proprie sic dicta partim physicalia, partim mythologica sunt. Ad symbola physicalia pertinent imagines hominum, animalium, vegetabilium, eorumque partes, tum artificia, instrumenta, figurae mathematicae eiusque generis alia. Sic vultur ♄, rana ♃, minister

☿, cadauer ♂, vasculum ♀ sunt symbola. Vid. Tab. II. I. §. 47. ss. Ad mythologiam vero spectant ea symbola quae philosophicis quibusdam ideis praeconceptis et expolitis nituntur. Cuius generis sunt Deorum Dearumque Aegyptiorum imagines variis modis et praeter naturam ornatae, compositae et effictae, veluti hieracocephalus pro ♀, Ibiocephalus pro ☿ et alia. Vid. Tab. II. ♐, ♊, ♒.

VI. Planetae atque, quae eosdem planetas dominos habeant, coeli partes, paribus symbolis exprimuntur. Sic Ammon non solum ♃ planetam exprimit (II. §. 8. p. 97.), neque Accipiter et Ibis solummodo ♀ et ☿ planetas (II. §. 10. p. 155. 159.); sed eadem symbola etiam domos ♃, ♀, ☿, nec non Trigona et Tetragona significant (Tab. II. ♐, ♉, ♊, ♓ al.). Idem cadat necesse est in minores Zodiaci partes, veluti Decurias, Horia, Dodecatemoria, Moeras, quae symbolis exprimuntur planetarum eorum, qui ipsis praestent.

VII. Symbola certa nonnulla binis ternisque numinibus astronomicis sunt communia. Cadit autem hoc nonnisi in eos planetas planetarumque possessiones, quibus proprietates et vires astrologicae quaedam pares adscribebantur (I. §. 54. p. 68.). Cuius ambiguitatis tollendae gratia in scriptis astronomicis alia signa et notae distinctiuae plerumque adiunguntur (Tab. II. ♎ col. ♋ et ♍ P. II. §. 22. sub. D. I. 23.).

VIII. Inter symbola astronomica non phonetica primum locum obtinent numina Aegyptiorum primaria, partim masculina, partim feminina; alia procedentia, alia stantia, alia sedentia, alia inflexa (Tab. II. ♈ ♊ ♍ ♎ ♐ ♒).

IX. Secunda symbolorum astronomicorum classis constat figuris humanis. Depinguntur vero non solum variae hominum classes, vt principes, sacerdotes, bellatores, quippe cum reliquis Aegyptiorum ordinibus planetarum dominio subiecti (I. §. 47. p. 58. ss. col. Tab. II. ♈); sed adhibentur etiam hominum varias artes et magisteria profitentium imagines vt symbola nunc planetarum, nunc numinum zodiacalium, veluti ministri pro ☿ (Tab. II. ♍, ♊; col. P. I. §. 47. p. 58. ss.).

X. De animalibus potissimum ea symbolicae astronomicae inseruiunt, quae in Aegypto maxime vulgaria sunt atque corporis habitu excellentes facile inter se dignoscuntur. Sunt autem haec partim quadrupeda lactantia (II. §. 9. col. Tab. II. ♒), partim aues et insecta (Tab. II. ♍ ♏ ♉ al. II. §. 10.), partim amphibia et serpentes (Tab. II. ♓ ♐ ♊ §. 11), partim pisces (II. §. 12.).

XI. Inter vegetabilia ea frequentissime veniunt, quae maxime in oculos cadunt et quasi nobiliora sunt reliquis, vt arbores, papyrus, lotus, alia eorumque partes (Tab. II. ♎ ♊ ♒ col. II. §. 13.).

XII. Rarius adhibentur artefacta; de quibus inprimis solidiora et grauiora reperiuntur, vt aedificia, templa, domus, vtensilia, vasa, ornatus (Tab. II. No. II. Tab. II. No. I. ♉ ♏ ♍ ♐ col. Part. II. §. 14.).

XIII. Maioris momenti sunt varia Aegyptiorum instrumenta. Quum enim variae artes et opificia variis planetis sacra fuerint; sequitur, planetas iis etiam instrumentis significatos esse, quae pertinerent ad artificia ipsis dicata (Tab. II. ♈ ♋ ♍ ♎ col. II. §. 14.). Sic et arma significant ♂, quoniam bellicatio ♂ erat (I. §. 49; No. 3, 5. p. 62.)

XIV. Omnium frequentissima sunt symbola Aegyptiorum astronomica ea, quae a partibus naturae minoribus, corporibus humanis, animalibus, arboribus aliisque rebus petita sunt. Huius generis sunt Solis discus, Lunae falx, stella (Tab. II. ♐ ♓ ♈ ♊), corpus humanum decapitatum (ib. ♏), membra, animalium capita, folia palmae (ib. II. ♒). Alia multa exempla exhibentur P. I. §. 49. ss. sub. No. 5. p. 58. ss.

Haec itaque sunt principia symbolices Aegyptiorum astronomicae, quae nosse oportet, priusquam accedatur ad ipsa Aegyptiorum scripta astronomica, in quibus nunc Planetae, nunc Zodiaci segmenta ratione illa hieroglyphica significantur.

BEITRAEGE ZUR KENNTNISS

DER

LITERATUR, KUNST, MYTHOLOGIE

UND

GESCHICHTE

DES ALTEN AEGYPTEN

VON

GUSTAV SEYFFARTH,

MAG. D. FR. K., DOCT. D. PHIL., A. PROF. D ARCHAEOL. A. D. UNIV. LEIPZIG, COR. MITGL. D. KOENIGL. ACAD. D. W. ZU TURIN, AUSW. MITGL. D. KOENIGL. ASIAT. GESELLSCH. ZU LONDON, OR. MITGL. D. DEUTSCH. GESELLSCH. Z. ERFORSCH. VATERL. SPR. U. ALTERTH., D. HIST. THEOL. GESELLSCH., D. OECON. SOCIETAET, DER NAT. HIST. GESELLSCH. ZU LEIPZIG.

VIERTES HEFT.

MIT

VII LITHOGRAPHISCHEN TAFELN.

LEIPZIG

VERLAG VON JOH. AMBROS. BARTH.

1833.

PARS III.

OBSERUATIONES AEGYPTIORUM ASTRONOMICAE

HIEROGLYPHICE DESCRIPTAE

ZODIACO TENTYRITICO, TABULA ISIACA SIUE BEMBINA, MONOLITHO AMOSIS PARISINO, SARCOPHAGO SETHI LONDINENSI, SARCOPHAGO RAMESSIS PARISINO PAPYRISQUE FUNERALIBUS

ANNIS 1832. A. CH., 1693. A. CH., 1631. A. CH., 1104. A. CH., 87. P. CH., 54. P. CH., 186. P. CH.

ACCEDUNT

TABULAE VII LITHOGRAPHICAE.

Aegyptii, qui ab antiquissimis temporibus astrorum loca et motus accuratissime obseruarunt, conseruant obseruationes astronomicas de omnibus ac singulis planetis factas per innumeras fere annorum series.

DIODORUS SICULUS.

Callisthenes, Aristotelis discipulus, obseruationes astronomicas Babylone transmisit in Graeciam, quas Hipparchus Alexandrinus contulit cum ψηφοφορια (i. e. *cum natiuitatibus*) Aegyptiorum.

PTOLEMAEUS et SIMPLICIUS.

§. 1.

Introductio.

Quamquam nostra de astronomia Aegyptiorum dissertatio iam eo processit, vt sciamus, partim quot qualesque planetas Aegyptii nouerint, et quot qualesque Zodiaci partitiones habuerint, in quo versatur astronomia Aegyptiorum mathematica; partim vero etiam quibus symbolis haec natio et planetas, et varia Zodiaci loca expresserit, in quo versatur symbolice Aegyptiorum astronomica: nondum tamen iam eo peruenimus, vt scripta huius nationis astronomica, quod nobis propositum est, nimirum obseruationes astronomicas, Aegyptiace siue hieroglyphice scriptas, intelligere et explicare atque scientiae in vsum conuertere possimus. Restat enim videre, quo *modo* quaue *ratione* Aegyptii obseruationes suas astronomicas variis in monumentis suis literariis expresserint. Sic qui nostratium scripta astronomica atque obseruationes de planetarum longitudine certo quodam tempore factas literisque mandatas intelligere cupiunt, iis non solum prima huius disciplinae elementa, sed etiam leges addiscendae sunt, quibus planetarum loca significantur. Nam nostratium quoque astronomica scripta symbolici quid habent. Qua quidem noua in quaestione antiquam rationem sequendam esse censemus. Scilicet videamus, quid veteres ipsi doceant atque tradant de ratione Aegyptiorum in scriptis astronomicis adhibita, siue de astronomica Aegyptiorum hieroglyphice. Itaque incipiamus a libello astronomico, mere quidem Aegyptiaco, sed Graece scripto, nuper in sepulcris Thebanis reperto. Quo quidem omnis Aegyptiorum hieroglyphice astronomica optime praefinitur. Hinc videamus de singulari quadam symbolorum astronomicorum classe in practica Aegyptiorum astronomia adhibita, scilicet de nauigiis astronomicis, quorum ipsi veteres mentionem faciunt. Qua quidem in re multum luminis afferet sphaera Aegyptiaca in Museo Aegyptiaco Bibliothecae Regiae Parisinae reperta. His bene expositis facillimum erit, ipsa Aegyptiorum scripta astronomica aggredi atque interpretari. Denique paucis demonstrandum erit, partim quot qualiaque scripta huius generis astronomica ex antiquissimis temporibus vsque ad Constantinum M. etiamnum tum in Aegypto ipsa, tum in Museis Europaeis exstent, partim quanto qualique momento sit Aegyptiorum astronomia in historiam generis humani, in chronologiam, astronomiam, mythologiam, philologiam et generalem et Aegyptiacam praesertim recens natam, tum emendandas et corrigendas, tum instruendas et producendas.

§. 2.

Obseruationes astronomicae, Thebis anno primo imperatoris Antonini factae, Graece descriptae.

Ad cognoscendam rationem, qua Aegyptii siderum obseruationes instituerint literisque consignauerint, nihil aptius est, quam papyrus nuper in sepulcris Thebanis reperta atque autographi ad fidem anno 1828 descripta [1]). Scilicet Saltius, Consul generalis Britannicus Cahirae constitutus, Vir de philologia Aegyptiaca optime meritus, quum iter faceret in Aegypto, in sepulcris Thebanis, nempe in cista sepulcrali hanc papyrum inuenit atque in Angliam misit, cuius exemplum, curante Youngio, in collectionem exemplorum Aegyptiacorum dictam (not. 1.) postea receptum fuit. Quod equidem scio, nuspiam huius papyri traductio et explicatio apparuit. Quum enim Youngius, vir in omnibus fere artibus literisque egregie versatus, breui post praematura morte nobis ereptus sit, haec prouincia vacua mansisse videtur. Incidi tamen in dissertatiunculam ab Anglo quodam docto profectam, qua huius papyri mentio fit, quaque computandis ☉ ☽ et ♀ locis tempus observationis recte eruitur [2]). Sequitur mea huius papyri lectio et interpretatio.

I. *Lectio et reparatio textus.*

(I, 1) *επτα θε[οι]*	*Septem Dii.*
(2) *σκεψαμενος απο πολλων βιβλων ως παρεδοθη* (3) *ημειν απο σοφων αρχαιων τουτ εστιν χαλδαικων* (4) *κα[ι πε]τοσιρις μαλιστα δε και ο βασιλευς νεχευς* (5) *ωσπερ και αυτοι συνηδρευσαν απο του κυριου ημων* (6) *ερμου και ασκληπιου ο εστιν ιμενθου υιος ηεφηστου* (7) *κατα τον δοθεντα μοι χρονον επι $\overline{\alpha L}$ αντωνινου* (8) *καισαρος του κυριου μηνος αδρι[αν]ου $\overline{\eta}$* (9) *κατα των ηλληνων κατα δε τους αιγυπτιους* (10) *τυβι $\overline{\iota\eta}$ ωρας $\overline{\alpha}$ της ημερας*	Postquam speculando reputaui multis libris, vt nobis traditum est a sapientibus veteribus, scilicet Chaldaeis, et [vt] Petosiris maxime vero etiam rex Necheus [nos docuerunt], quippe qui vel ipsi edocti erant a domino nostro Mercurio atque Aesculapio, qui est Imendi filius Vulcani, secundum tempus mihi datum et indicatum, scilicet anno I Antonini Caesaris domini, mense Adriano die VIII. secundum Graecos, secundum Aegyptios vero mense Tybi die XVIII, hora I. diei:
(11) *ὁθεν το[ιο]ν ψηφεισθεις κατα την ελαχιστην $\overset{\kappa\eta}{\mu}$ενου* (12) *τε[λου]ς ευρεθη ζωδιωτοξοτη μαιρων $\overline{\iota\varsigma}$* (13) *λε[πτον . . τ]ης εξηκονταδος $\overline{\lambda\varepsilon}$ ο εστιν μερος* (14) . . . . . *ιλ . . . ι δωδεκατο[ς]*	inde haec quidem computaui ad *minimam*, obuersante mysterio, atque inueni *sagittarii cet.* (Reliqua obscura sunt)
. . . . (15) . . . . . *ι . . . μω π*	
. . . (16)	(Desunt 4 aut 5 versus)

1) Vide Hieroglyphics, continued by the Royal Society of Literature, arranged by Thomas Young. M. D. F. R. S. Vol. II. London MDCCCXXVIII. Tab. 52. Numeri a me adscripti significant versus.

2) Quarterly Journal of Science, Literature and Arts. January to June 1830. London 1830. p. 349. No. VIII. Subscriptio est: K—h 22d May 1830. E—H—

(II. 1) αγαθ τυχη γενεσις ανουβιω νος ς̄
(2) ψενενειτες

(3) Lα αντωνινου καισαρος του κυριου (4) μηνος αδριανου η̄ κατα δε τους αρχαι (5) τυβι ιη ωρας ᾱ της ημερας αρ

(6) ηλιος εν τοξοτηι μοιρων ιγ̄ λεπτ κγ̄ (7) οικω διος οριοις αφροδειτης

(8) σεληνης υδροχω μοιρων γ̄ λεπτ ς̄ (9) ανατολικος οικω κρονος οριοις ερμου

(10) κρονος εν υδροχω μοιρων γβ̄ λεπτ η̄ (11) εν τω β̄ στηριγμω ιδιω οικω οριοις (12) ερμου

(13) ζευς εν κρειω μοιρων ζβ̄ λεπτ μδ̄ (14) εν τω β̄ στηριγμω οικω αρεως (15) υψωματι ηλιου ταπινο κρονου (16) οριοις αφροδειτης

(17) αρης εσχατα αιγοκερω μοιρων λ (18) λεπτον ουδεν εν τω β̄ (!) στηριγμω (19) οικω κρονου ιδιω υψωματι (20) ταπινοματι διος οριοις ιδιοις

(21) αφροδειτης εν τοξοτη μοιρων θ̄ (22) λεπτον νδ̄ εως ανατολας (23) οικω διος οριοις διος

(III. 1) ερμης εν τοξοτη μο[ιρω]ν ιε̄ (2) λεπτον β̄ εν εσπερα οικω διος (3) οριοις αφροδειτης

(4) οροσκοπος εν τοξοτη μοιρων ιε̄ (5) οικω διος οριοις αφροδειτη[ς]

(6) γαμοστολος εν διδυμοις μοιρων ιε̄ (7) οικω ερμου οριοις ερμου

(8) μεσουρανημα εν παρθενω μοιρων (9) η̄ οικω ερμου υψωματ ερμου (10) ταπινοματι αφροδε[ιτης] οριοις αφρο[δειτης]

(11) υπογην εν ιχθυσι μοιρων ? η̄ (12) οικω διος υψωματι α[φ]ροδ[ειτης] (13) ταπινοματι ερμ[ου] ορι[οι]ς αφροδειτ[ης].

(14) ο ᾱ κληρος της τυχη[ς] εν α[ι]γοκερω

Quod felix faustumque sit!
Natiuitas Anubionis.
Nomus VI.
Psenenites.

Anno I Antonini, Caesaris, domini, mense Adriani die VIII, secundum veteres vero mense Tybi, die XVIII, hora I. sub initium diei [haec fuit constellatio]:

(☉) Sol in Sagittario graduum XIII, minutorum XXIII, siue in domo ♃, Terminis ♀

(☽) Luna in Aquario, graduum III, minutorum VI, siue orientalis in ♄ domo, Terminis ☿

(♄) Saturnus in Aquario, graduum III, minutorum VIII, secunda vice stationalis, siue in propria sua domo, Terminis ☿

(♃) Jupiter in Ariete, graduum VII, minutorum XLIV, iterum stationalis, siue in domo ♂, quae est altitudo ☉, Deiectio ♄, in Terminis vero ♀.

(♂) Mars in Capricorni extremis graduum XXX, minutorum nullorum, secunda vice stationalis, siue in ♄ domo, quae ipsius ♂ est Altitudo, Deiectio vero ♃, in Terminis propriis suis.

(♀) Venus in Sagittario graduum IX, minutorum LIV, orientalis a Sole, siue in ♃ Domo, Terminis ♃.

(☿) Mercurius in Sagittario, graduum XV, minutorum II, occidentalis a Sole, siue in ♃ Domo, Terminis ♀.

Horoscopus in Sagittario, graduum XV, siue ♃ Domo, Terminis ♀.

Gamostolus in Geminis, graduum XV, siue in ☿ Domo, Terminis ☿.

Mesuranema in Virgine, graduum VIII, siue in ☿ Domo, quae est ☿ Altitudo, Deiectio ♀, in Terminis ♀.

Hypogen in Piscibus, graduum VIII, siue in ♃ Domo, quae est ♀ Altitudo, Deiectio ☿, in Terminis ♀.

Prima sors Fortunae in Capricorno, graduum

(15) μοιρων ιθ οικω [κ]ρονο[υ] υψω[ματι] (16) αρεως ταπινοματι διος οριοις αφροδ[ειτης]

(17) ο β κληρος της τυχη[ς] εν καρκειν[ω] (18) μοιρων κα οικωι σ[ελ]ηνης υψωμ[ατι] (19) διος ταπινοματι αρεως οριοις αφροδ (20) ο οικοδεσποτης της γενεσεως αυτου (21) ὁ της αφροδειτης αστηρ.

XIX, siue in ♄ Domo, quae est ♂ Altitudo, Deiectio ♃, in Terminis ♀.

Secunda sors Fortunae in Cancro, graduum XI, siue in ☽ Domo, quae est ♃ Altitudo, Deiectio ♂, in Terminis ♀.

Dominus geniturae ipsius [Anubionis] est ♀ astrum.

II. *Adnotationes.*

De barbaro et vitioso auctoris stylo, non est, quod disseramus. De grammaticalibus hoc saltem monendum, spiritum asperum tribus in locis (Col. I. 6. 11., et III. 21.) linea horizontali nunc vocalibus superscriptis, nunc inscriptis notari.

I. 1. *επτα θεοι*, septem Dii hoc libello astronomico diserte vocantur septem planetae ☉ ☽ ♄ ♃ ♂ ♀ ☿, quorum nomina Graeca sunt *Ἥλιος*, *Σελήνη*, *Κρονος*, *Ζευς*, *Ἄρης*, *Ἀφροδιτη*, *Ἑρμης*. Itaque hoc loco egregie confirmatur, quod supra vidimus (II. §. 2. p. 74.), maxima cum Aegyptiorum, tum Graecorum numina esse planetas. Ordo planetarum hoc loco est non naturalis, sed apotelesmaticus. Praecedunt enim Dii maxime efficaces ☉ ☽ ♄, atque dignitate minores ♀ et ☿ in fine seriei positi sunt (I. §. 46. p. 56. No. I.)

I, 3. *Χαλδαιοι*, vt innuit auctor, astronomiam et astrologiam tradiderunt Aegyptiis. Im quo consentiunt plerique veterum astronomi (I. p. 1.). Hinc perperam Josephus (Ant. I. c. 9.) aliique Abrahamo has disciplinas adscripserunt. Alii has artes ab ipsis Aegyptiis repetunt (I. p. 1.). Ceterum hunc libellum non Chaldaeorum sed Aegyptiorum rationem sequi, Horia seu Termini docent. Horia enim passim indicata non cum Chaldaeis, quorum singularis est ratio, sed cum Aegyptiacis congruunt (I. §. 18. p. 25.)

I, 4. *Πετοσιρις* et rex *Νεχευς* astronomiam et astrologiam excoluisse dicuntur. Eadem merita sacerdoti Petosiridi (ⲡⲉⲧ-ⲟⲩⲥⲓⲣⲓ h. e. *qui ad Osiridem pertinet)* atque regi Necheo, Nechaoni, Necepso, *Νεχεψως* (ⲛⲉⲭⲱ-ⲡⲥⲱ), vt etiam vocatur, coniunctim tribuunt alii permulti (Plin. II. 23. p. 87. VII. 49. p. 404. Firmicus, Manetho aliique. Vid. supra I. §. 1.). Ceterum non cogitandum est de Necheo, principe dynastiae apud Aegyptios XX, sed de seriori dynastiae XXVI, circiter 600 annis ante Christum, vt Fabricius in Bibl. Gr. atque alii docent.

I, 6. De Mercurio et Aesculapio astronomiae apud Aegyptios inuentoribus et patronis satis supra dictum (I. p. 1.). Post Aesculapii vero nomen leguntur verba: ὁ ἐστιν *Ἰμενθου*, υἱος *Ἡφαιστου*. Idem *Ἀσκληπιος* vocatur apud Stobaeum (Ecl. I. 52. p. 932.) ὁ *Ἰμουθης*, atque apud eundem (Fragm. no. 62. p. 1090. Heer.) dicitur, vt hoc loco, filius Vulcani. Quam ob causam in papyro nostra forte legendum *Ἰμουθου* pro *Ἰμενθου*, de quo praesente autographo iudicandum. Certe *Ἰμενθου* deriuari potest ab ⲁⲙⲉⲛϯ quod significat *ᾅδην*, infernum, quo animae versari credebantur. *Ἰμουθης* vero ☿ cognomen haud dubie spectat ad ⲏ-ⲙⲟⲩⲑ, *domicilium mortis* vel *mortuorum*. Aesculapius enim est ☿ infernus (II. §. 8. p. 109.). Vocatur autem Aesculapius filius Vulcani, vt indicetur, eum spectare ad summos Aegyptiorum deos, scilicet 7 planetas et terram. Nam septem Cabiri seu planetae dicuntur Vulcani filii (Herod. L. III. c. 37. Hesych. s.

καβειροι) atque septimus et octauus Cabirus diserte ad ☿ tum planetam, tum ♀ dominum referuntur (II. §. 8. p. 104.). Quum vero Ἑρμῆς plerumque ad ☿ planetam, Aesculapius vero tum in hoc, tum aliis in locis ad Infernum terrarumque orbem omnino referatur; cogitandum esse videtur de Aesculapio, terrae symbolo vel domino.

I, 7. Tempus, quo haec astrorum obseruatio facta sit, infra repetitur, de quo vide, quae adnotata sunt.

I, 11. Ex verbo ψηφεισθεις clarum est, illam planetarum constellationem computationibus inuentam esse. Hinc etiam intelligitur, cur nostrae tabulae astronomicae paululum discrepent ab auctoris computatione quippe minus accurata et certa.

II, 1. Libelli nostri argumentum his verbis indicatur: γενεσις Ἀνουβιω, natiuitas Anubionis. Constat enim, quum infans nasceretur, Aegyptios planetarum loca obseruasse et notasse, quum inde futuram nati sortem pendere putarent (Sextus Empir. adu. Astrolog. L. V. c. 27. p. 342. Tab.). Natiuitas ergo ipsa est planetarum constellatio certo tempore obseruata et notata. Quum haec papyrus in cista Anubionis sepulcrali reperta fuerit; sequitur, papyros frequentissime in sepulcralibus cistis inuentas eiusdem generis natiuitates continere. Nomen Ἀνουβιω vocabulis ⲁⲛⲟⲩⲃ (ⲕⲁⲓ, *ala*, ⲛⲟⲩⲃ *solum aureum*) atque ⲓⲟϩ Luna constare videtur. Solemne enim erat Aegyptiis a Diis desumere nomina natorum, atque ☿ et ☽ saepissime coniunguntur (Tab. II. sign. ♊), quod etiam tradunt Tertullianus (Ap. c. VI.), Min. Felix (Oct. c. 21.), aliique.

Literae νος ϛ̄ nihil aliud significant, quam Nomum Aegyptiorum sextum. Sequitur enim vrbis cuiusdam nomen; atque momenti erat in astrologia, quum Aegyptus instar Zodiaci diuisa fuerit (II. §. 6. p. 90. Tab. II. No. III.), scire, quo loco aliquis natus esset, scilicet quo in Nomo et Pago, veluti Decuria et Horio. Nomus vero Aegypti sextus, ♄ sacer, ad Thebanam prouinciam, vt constat, pertinebat. Hinc facile intelligitur, cur mumia Anubionis cum papyro nostra in sepulcris Thebanis reperta fuerit. Oppidum Anubionis patrium ψενενειτ est, vnde ψενενειτες dicitur. Etsi vrbs vel pagus huius nominis a geographis non afferatur; multa tamen nomina geographica similiter incipiunt, vt Ψεντρις, Ψενερος, Ψενεται, Ψιναφος, Ψινεκτασις, ⲡⲥⲉⲛⲁⲕⲱ, (ⲡ)ϣⲓⲛⲧⲉⲗⲉⲧ, (ⲡ)ϣⲉⲛⲉⲧⲁⲓ et alia multa. Scilicet vocabulum ⲡ-ϣⲏⲛ *hortum*, *campum cinctum*, ὅριον significat. Qua de causa probabile est, hoc nomine eas Aegypti partes insignitas fuisse, quae Horio alicui coelesti, vel minori partiunculae responderent (II. §. 6. p. 90.). Saltem ψενεειτ, ⲡ-ϣⲏⲛ-ⲛ-ⲛⲏⲓⲑ significat *hortum Neithae*, vel Mineruae. Neith vero, vel Minerua, ♂ est femininus atque in Nomo sexto Horion ♂ est, quod sane ⲡ-ϣⲏⲛⲛⲉⲓⲧ vocari poterat.

II, 10. 13. Quamquam numeri γ et ζ clari sunt, exstant tamen post γ et ζ quaedam signa obscura et ignota. Quum ♄ et ♃, post quorum solummodo loca reperiuntur sigla illa, soli essent illo tempore retrogradi; puto, haec sigla indicare gradus eorum recessus. Et reapse signum post ♄ positum, quippe qui iam septem gradus recessit, simillimum est ζ vel numero septenario. Post ♃ vero reperitur litera β, quae duos gradus significare videtur, quas ♃ iam circiter recessit. De quo infra fusius.

III. 4. Horoscopus hoc loco sensu strictiori dicitur de puncto eclipticae ipso natiuitatis tempore in conspectum veniente (I. §. 44. p. 54.). Quod obiter demonstremus. Scilicet genitura Anubionis obtinuisse dicitur prima diei hora, i. e. inter principium et finem horae matutinae

septimae, secundum vsum nostrum vulgarem (I. §. 37. p. 45.). Sol vero, quum in ♐ versatur, circa Thebas, vbi astronomus noster scripsit, paullo post initium horae septimae demum oritur. At vero ☉, quum Anubio nasceretur, longitudo erat ♐ 13° 23′; ergo longitudo Horoscopi esse debebat ♐ 13° 23′ +..... Et sane nascente Anubione horoscopasse vel ortus esse dicitur gradus Sagittarii decimus quintus, nimirum 8 minutis ante ortum ☉. Ex quo clarum est, Horoscopum dici de stella certo quodam tempore in circulo ecliptico oriente. Ceterum per se intelligitur, quum in natiuitatibus Horoscopus seu stella oriens indicatur, inde tempus, quo aliquid accidisse narratur, quam accuratissime computari posse. Horoscopus enim non solum horas, sed etiam minutas et secundas indicat eius diei, quo astra obseruarentur.

De reliquis terminis libelli nostri astronomici quippe astrologicis, qui vocantur γαμοστολος siue, quod solemnius est, δυσις, occasus, μεσουρανημα, ὑπογην, κληροι τυχης, dominus genituraе, operae non pretium est oleum perdere. Nullius enim frugis sunt eiusmodi ineptiae astrologicae. Ceterum satis superque de iis dictum supra (I. §. 28. §. 44. p. 37. 54.).

III. *Computatio.*

Quaeritur iam, quo tempore, siue accuratius, quo anno, quo mense, quo die, quaque diei hora septem planetae ea Zodiaci loca occupauerint, quae libellus noster indicat. Quod enim annum attinet, alii tradunt Antoninum regnum suscepisse anno p. Ch. 137, alii 138, alii 139. Porro quum mensis Adrianus nostro Decembri respondeat, dies 8 intelligendus est huius mensis, quum calendarium Iulianum sequimur; quum vero mensis Aegyptiaci Tybi dies 18 respicitur, is refertur nunc ad 4, nunc ad 5, nunc ad 6 Nouembris. Denique quaeritur, vtrum astronomi Aegyptiaci diem inceperint aut meridie, vt nostrates; aut media nocte, aut cum hora 6 matutina, aut 6 vespertina (I. §. 35. p. 45.). Ad haec omnia respondet nostrum papyrum. Scilicet haec fuisse traditur planetarum longitudo:

☉	☽	☿	♀	♂	♃	♄	Horoscopus
♐ 13° 23′	♒ 3° 6′	♐ 15° 2′	♐ 9° 54′	♑ 30° 0′	♈ 7° 44′	♒ 3° 8′	♐ 15°

Quum hoc problema non astronomice, sed potius historice et chronologice tractare iuuet, sufficit perfunctoria computatio. Quare adhibere licet Tabulas astronomicas Lalandii ab Academia Parisina editas (Paris. 1792), licet nunc accuratiores habeamus. Porro his in computationibus tempus Parisinum, neglecto Thebano, quod respiciendum fuisset, solummodo secutus sum. Etiam nonnisi mediae planetarum celeritatis rationem habui. Omisi quoque turbationes corporum coelestium atque omnia ea, quae in astronomicis computationibus, quas viris me magis in his rebus exercitatis relinquere fas est, accuratioribus requiruntur. Denique loca planetarum heliocentrica, ita vti dictum, computata mutaui in geocentrica breuitatis causa, non trigonometrice, sed mechanice ope Tabularum Lohrmanniarum et elegantissimarum, et accuratissimarum [3]). Quum enim

3) Das Planetensystem der Sonne, mit drei grossen Kupfertafeln. Dresden 1822.

non agitur de astronomicis definitionibus, sed de factis chronologicis atque historicis eruendis; haec sane sufficiunt, vt inter omnes, qui astronomiae aliquam operam nauarunt, satis constat.

Quaeritur primum, quo anno astra, siue septem Aegyptiorum planetae, eadem vel simillima Zodiaci loca occupauerint certo die, atque astronomus Aegyptius indicauit. Quod sequens tabula docet. Exhibet enim loca planetarum pro initio diei 6 Decembris astronomici, qui, vt nemo nescit, incipit meridie, annis post Christum 136, 137 atque 138.

Loca planetarum media geocentrica annis 136, 137, 138; *mense Decembri, die* 6, *hora nulla, siue meridie.*

annis	☉	☽	☿	♀	♂	♃	♄
136	♐ 15° 5′	♎ 16° 6′	♐ 4° 20′	♒ 1° 10′	♍ 24° 50′	♓ 14° 40′	♑ 11° 30′
137	♐ 13° 50′	♒ 25° 29′	♏ 22° 50′	♐ 14° 0′	♑ 29° 30′	♈ 7° 10′	♒ 2° 40′
138.	♐ 13° 23′	♋ 4° 52′	♏ 29° 30′	♎ 27° 30′	♎ 12° 30′	♉ 10° 50′	♒ 13° 30′

Quae loca si comparantur cum iis, quae Aegyptius affert, docent, obseruationem planetarum Aegyptiacam non nisi ad annum 137 p. Ch. spectare. Anno enim praecedenti 136 non solum ☽, sed ♀ etiam, et ♂, et ♃, et ♄ aliis in signis, partim remotissimis fuerunt. Anno vero sequenti ☽, ☿, ♀, ♂ et ♃ longe aliis in locis versati sunt. Contra anno 136 omnes planetae praeter ☿ eadem signa, atque Aegyptius indicat, occuparunt. Quum vero discrepantia adhuc sit permagna, videndum de alio die aliaue diei hora.

Loca planetarum media geocentrice anno 137 *p. Ch., mense Decembri, die* 4 *et* 5 *et* 6 *et* 7, *hora nulla, siue meridie.*

Decem.	☉	☽	☿	♀	♂	♃	♄
d. 4.	♐ 11° 52′	♑ 29° 7′	♏ 22° 40′	♐ 11° 0′	♑ 27° 30′	♈ 7° 25′	♒ 2° 26′
d. 5.	♐ 12° 51′	♒ 12° 17′	♏ 23° 25′	♐ 12° 40′	♑ 28° 50′	♈ 7° 20′	♒ 2° 29′
d. 6.	♐ 13° 50′	♒ 25° 9′	♏ 22° 50′	♐ 14° 0′	♑ 29° 30′	♈ 7° 10′	♒ 2° 40′
d. 7.	♐ 14° 50′	♓ 8° 39′	♏ 23° 50′	♐ 15° 10′	♑ 29° 50′	♈ 6° 50′	♒ 2° 43′

Comparanda hac tabula cum constellatione Aegyptiaca intelligitur, astronomum Aegyptium diem Decembris quintum in animo habuisse. Quamquam enim ♄ et ♂ et ☉ pro die posteriori, reliqui tamen ☽ ☿ ♀ et ♃ pro die 5, siue accuratius pro Aegyptiaco diei huius initio loquuntur. Quod sequens tabula accuratius docet.

Loca planetarum media anno 137 p. Ch., mense Decembri, die astronomico 4, hora 18, minuta nulla, pro tempore Parisino.

	☉	☽	☿	♀	♂	♃	♄
a. 100	9s 8° 41′ 40″	9s 29° 41′ 9″	11s 8° 3′ 29″	0s 17° 41′ 33″	8s 29° 54′ 39″	10s 5° 50′ 13″	6s 23° 31′ 58″
a. 20	0 0 9 12	4 13 34 38	0 14 48 52	6 3 50 36	7 18 20 26	8 7 15 30	8 4 42 19
a. 17	11 29 53 2	3 2 14 47	6 29 34 9	7 17 51 59	0 13 57 30	5 6 8 56	6 27 59 28
Dec. 4	11 3 8 55	4 13 37 19	10 3 13 24	6 1 31 59	5 27 8 10	0 27 45 54	0 11 11 18
h. 18	0 0 44 21	0 9 52 56	0 3 4 9	0 0 16 1	0 0 23 35	0 0 19 57	0 0 8 2
						0 0 3 44	0 0 1 30
helioc.	8 12 37 11	10 9 0 55	4 28 44 3	8 11 12 8	10 29 44 20	0 17 24 16	10 7 34 37
geocen.	8 12 37 11	10 9 0 55	7 22 20	8 12 5	9 28 50	0 7 20	10 3 10
Papyrus	8 13 23 0	10 3 6 0	8 15 2 0	8 9 54 0	9 30 0 0	0 7 44 0	10 3 8 0

Ex his itaque solis clarum est, nullum esse temporis momentum per totam historiam, quo planetarum septem Aegyptiacorum loca secundum tabulas nostras astronomicas computata adeo cum iis conuenerint, quae libellus noster indicat. Tam exigua enim deprehenditur inter vtramque computationem discrepantia, vt in chronologicis atque historicis factis definiendis nullius momenti sit. Hinc itaque sequitur primum, imperatorem Romanum Marcum Aurelium siue Antoninum non anno 138 p. Ch., vt Dio Cassius tradit, neque anno 139, vt Spartianus refert, sed, vt Ptolemaeus auctor est, anno 137 post Christum suscepisse regnum. Hadrianum enim, qui die 10 Julii diem supremum obiit, secutus est Antoninus, iam prius a Hadriano adoptatus, atque primum principis noui annum, vti constat, veteres eam anni Iuliani partem dicunt, quae post mortem principis praecessoris sequeretur vsque ad noui anni principium, quaeque nouo principi, etiamsi nondum esset coronatus, adscribebatur. Neque exigui momenti est, quod hoc nouo exemplo demonstratur, Chronologiam Ptolemaei, quam nostri chronologi saepissime numero reiecerunt et deseruerunt, omnino, quippe astronomia innitentem, recte se habere atque inter ceteras solam mereri fidem, vt Idelerus, V. Cl., iterum atque iterum monuit [4]). Iam videndum de die et hora observationis. Diserte auctor tradit duobus in locis, diem 8 mensis Decembris seu Adriani respondere diei 18 mensis Aegyptiaci Tybi. Scilicet anno 136 et sequentibus post Christum 1 Thoth incidit in 20 Iulii. Ergo 18 Tybi vel dies anni Aegyptiaci 138 incidit in diem anni Iuliani 339, hoc est in 5 Decembris. Hicce vero dies in papyro nostra dicitur 8 Decembris, cuius rei ratio quaeritur. Nimirum quum Iulius Caesar noui anni rationem introduceret anno 46 a Ch.; astronomia nondum eo peruenerat, vt sciret, post 100 annos diem intercalarem vnum esse negligendum. Ergo profecto anno 137 p. Ch. dies 8 Decembris secundum Calendarium Iulianum dictus respondet paene nostro diei 6 Nouembris, si Calendarium Iulianum emendatum nostrum respicitur. Huc accedit, quod, quum annus 136 p. Ch. bissextilis esset, iam quarta diei pars ad mensem Aegyptiacum addenda erat. Denique dies mensis Tybi 18, vt diserte traditur, incipiebat cum ☉ ortu, quum dies

4) Ideler Handbuch der Chronologie Berl. 1825. Vol. I. pag. 117. al. Eiusd. Astronomische Beobachtungen der Alten Berl. 1806. pag. 46. al.

Romanus nimirum 5 Decembris iam ante coepisset media nocte. Tabulae vero nostrae astronomicae diei initium faciunt meridie, 12 horis ante mediam noctem. Has ob causas diei 4 Decembris hora 18 P. M. sane respondere videtur principio diei 18 Tybi, vel 8 Decembris horae, sextae secundum stylum antiquum, vt astronomus Aegyptiacus testatur. Ceterum quum astronomus noster eam horam, qua Horoscopus (♐ 15°) oriretur, dixerit primam diei, dies vero inceperit oriente ☉ (♐ 13°); inde et hoc nunc clarum est, Aegyptios horas numerasse ab ortu ☉.

IV. *Consequentiae.*

Hac ex papyro astronomica multa sunt eaque grauissima, quae colligantur. Primum enim confirmat quae supra vidimus de mathematica et symbolica ratione astronomiae Aegyptiacae; deinde exhibet rationem, qua Aegyptii obseruationes astronomicas instituerint quaque monumentis eas consignauerint; denique docet, quam grauia sint scripta Aegyptiorum astronomica in chronologia historiaque illustranda, de quibus aliisque iam breuiter disserendum.

I. Diserte septem Aegyptiorum planetae astronomice vel astrologice vocantur septem Dii, ἑπτα θεοι; ex quo sequitur, planetas pariter atque signa aliasque partes Zodiaci Deorum Aegyptiorum imaginibus vel aliis symbolis, vti dictum est (P. II.), exprimi et repraesentari in scriptis Aegyptiorum astronomicis. Quod ipsa monumenta hieroglyphica testantur (P. II. Tab. II. et III.), iamiam explicita.

II. Variae Zodiaci diuisiones cum dominis suis, quas Graeci Romanique astronomi vt Aegyptiacas tradunt, vere sunt Aegyptiacae atque in obseruationibus Aegyptiacis vsitatae. Domini enim Signorum, Tapinomatum, Hypsomatum et Horiorum, quos e veterum scriptis supra (Tab. I.) conscripsimus, plane consentiunt cum iis, quos noster libellus astronomicus affert. Vno tantum in loco noster errauit, scilicet eo, quod ♊ 15° in Horio ☿ posuit, more Chaldaico (Par. III. Lin. 6.); quam rationem alias nuspiam secutus est. Aegyptiace enim Horion ☿ in ♊ incipit 0° et finitur 6°.

III. In scriptis Aegyptiorum astronomicis, siue astrologicis, omnium planetarum septem notantur loca a terra spectata. Quod per se intelligitur. Nam quum septem planetae omnium rerum euentum atque hominum fata et praeterea anni magni tempus praeterlapsum indicare crederentur; opus erat, omnium planetarum loca certo quodam tempore obseruata indicare et describere. Praeterea adduntur Horoscopus ad horam indicandam, atque planetarum constitutiones (στηριγμοι).

IV. In describendis planetarum locis Aegyptii ita versati sunt, vt varias Zodiaci partes, in quorum finibus planeta versaretur, coniunctim nominarent. Quamquam enim suffecisset, dicere, quo gradu quaque minuta signi cuiusdam planeta aliquis visus esset; ob apotelesmaticas tamen rationes Aegyptiis etiam dicendum erat, qua Domo, qua Decuria, quo Horio, quo Dodecatemorio, quibus aliis in partibus Zodiaci minoribus stella apparuerit. Quaeuis enim Zodiaci pars suum habebat dominum suasque vires, aut malas, aut bonas, singulares. In afferendis vero Zodiaci partibus primo loco ponuntur Signa vel Oecodespotae cum aliis signorum integrorum patronis distinctiuis, hinc minores vsque ad minimas.

V. Initium Zodiaci, a quo singulorum signorum initia pendent, non erat certa quadam in stella fixa constitutum, sed eo aequatoris loco, quo ☉ tempore verno e circulo ecliptico in circulum aequatoris intrat, siue quo loco quotannis circulus eclipticus aequatorem secare videtur.

Ergo sermo est apud Aegyptios de puncto aequinoctiali verno non siderico, sed tropico, quod antiquae Aegyptiorum obseruationes astronomicae et nostrae etiam tabulae astronomicae sequuntur. Quodsi enim Aegyptii gradus Zodiaci pariter atque signorum singulorum inde a certis quibusdam stellis numerassent; eorum obseruationes certo cum tabulis nostris non congruerent. Neque est mirum, Aegyptios nouisse punctorum aequinoctialium, qui dicitur, recessum. Sufficiunt enim duae ☉ obseruationes tempore aequinoctii institutae duobus annis, saeculo vno inter se distantibus, ad cognoscendum troporum recessum. Hinc intelligitur, qui factum sit, vt nunc prima arietis stella in medio fere ♉ reperiatur. Scilicet quum astronomi troporum rationem haberent; tropi sensim sensimque ad ♓ stellas processerunt. Nam 72 annis circiter puncta aequinoctialia 1° recedunt. Ceterum traditur Hipparchus, qui primus recessum troporum accuratius docuerit Graecos, antiquissimas Babyloniorum obseruationes astronomicas cum Aegyptiorum ψηφοφορια contulisse [5]). Sin Aegyptii pariter atque Babylonii loca planetarum ad stellas fixas retulissent; inde saltem Hipparchus nihil colligere potuisset de recessu punctorum aequinoctialium.

VI. Quod in scriptis Aegyptiorum astronomicis planetarum constitutiones, στηριγμοι, et recessus notantur, ex eo saepenumero aliorum planetarum loca aut cognoscuntur aut cognita confirmantur. Inter omnes constat, planetas ☿ ♀ ♂ ♃ et ♄ maxime vero ♂ et ♃ et ♄ quotannis nunc quiescere inter stellas fixas, nunc recedere videri. Sic, quum ☊ eo peruenerit, vt ♄ orientalis a ☉ culminante ab eo distet circiter 109°, primum ♄ quiescere, hinc per 139 dies circiter 6° 47′ retrocedere videtur, quo loco iterum quiescit et hinc denuo procedit. Itaque secunda ♄ constitutio locum habet, quum ♄ occidentatis a ☉ ab eo circiter 109° distare cernitur, siue quum longitudo ♄, subtracta longitudine ☉, est = 109°. (L ♄ — L ☉ = 109°.). Item ♃, si apparet ante ☉ circiter 115° vel 116°, quiescit primum, hinc retrocedit 121 vel 119 diebus per 10°, quo loco, quippe iam 115° post ☉ constitutus, denuo quiescit, hinc procedit. Quod accidit, quum L ♃ — L ☉ = 115°. Denique ♂, si geocentrice apparet 137° ante ☉, primum quiescit, hinc 73 diebus per 16° retrocedit, quo loco, quippe iam post ☉ circiter 137° constitutus, denuo quiescit. Ergo prima ♂ constitutio Q = L ☉ — L ♂ = 137°, siue Q = L ☉ + L ♂ = 223°; secunda vero: q = L ♂ — L ☉ = 137° circiter. Quantopere vero indicatio constitutionum planetarum vel recessuum iuuet, infra videbimus. Exemplo sit nostrum papyrum. Fac locum ☉ aut omissum aut incertum esse; e solo ♃ constitutione locus ☉ intelligitur. Scilicet auctor tradit, ♃ quiescere in ♈ 7° secunda quidem vice. Iam vero quum ♃ iterum est stationalis, necesse est, ☊ superauerit ♃ cursu heliocentrice, vel ☉ versetur in signis proximis a ♈ occidentalibus h. e. ♓ ♒ et sic porro. At ♃ stationalis est, quum inter ☉ et ♃ sunt in circuli segmento minori gradus 115, vt vidimus. Ergo ☉ occidentalis a ♃ gradum 115 occupet necesse est. Iam locus hicce est ♐ 12°, nam a ♐ 12° vsque ♈ 7° numerantur 115°. Quod bene conuenit cum papyro nostro. Tradit enim, longitudinem ☉ esse ♐ 13°, quae si accuratius computatur, est ♐ 12° 36′ dicto illo die. Ceterum monendum est, planetarum constitutiones non dici solum de puncto eclipticae, quo quiescant planetae, sed etiam de proximis Zodiaci partibus, quibus iam aut processisse, aut recessisse videantur. Quod ex constitutionibus ♄ et ♂ hoc nostro papyro indicatis intelligitur.

---

5) Ptolemaeus L. IV. cap. vlt. pag. 104. col. Simplic. de Coelo L. II. com. 46. pag. 123.

VII. Obseruationes Aegyptiorum astronomicae, quamuis negligenter institutae, aut computationibus falsis perceptae, adeo certe chronologiae historiaeque inseruiunt, vt, si non de die, saltem de septimana, vel mense, vel anno facti cuiusdam historici eruendis nullum dubium relinquant. Vidimus enim, auctorem libelli nostri astronomici loca planetarum, vt ipse profitetur, non oculis obseruasse, sed computasse ad libros veterum Mercurio et Aesculapio et Petosiridi et regi Necheo adscriptos. Neque exigua est inter accuratiorem computationem atque Aegyptii illam differentia, vt sequens tabula docet *):

	☉	☽	☿	♀	♂	♃	♄
Differentia papyri	+ 0° 47′	— 11° 8′	+ 24° 2′	— 2° 38′	— 3° 10′	— 2° 42′	+ 5° 33′

Tamen nullus est per totam historiam annus, neque mensis, neque vlla hebdomas, quo constellatio quaedam adeo similis nostrae locum habuerit. Quin imo si vel maiores errores et discrepantiae inter nostras tabulas atque veterum obseruationes in scripto quodam Aegyptiorum astronomico deprehenderentur; eo id tantum efficeretur, vt de vno die, aut addendo ad epocham inuentam, aut detrahendo inde dubitare liceret. Quae differentiae chronologicae sane flocci sunt in rerum gestarum historia nostra. Satis vero perspicuum est, solis planetis ♄ ♃ et ♂ annum facti cuiusdam decerni, planetis ♀ et ☿ et ☽, aut sola ☽ mensem et diem, ☽ et Horoscopo horam et minutam. Hinc vero etiam intelligitur, vel sine ☿ et ♀ mensem et diem ex obseruationibus Aegyptiacis erui posse. Quum vero de aetate alicuius scripti astronomici circiter constat; ternorum, vel binorum, quid? quod vnius planetae loca indicata haud raro sufficiunt ad epocham quaesitam inueniendam. Veluti quum nostra papyrus aetati Antonini tribueretur; solo ♄, vel ♃, atque ☉ huius aetatis annus definiretur, solis ☉ ☽ ♀ vel ☉ ☿ ♂, vel ☉ ♀ ♂ et sic porro mensis et dies inueniretur, dato anno. Regnante enim Antonino semel tantum ♄ in ♒, ♃ in ♈ cum ☉ in ♐ apparuerunt. Qua de causa scripta Aegyptiorum astronomica vel imperfecta, aut mutila vtilissima essent chronologiae et historiae emendandae, vel instruendae.

VIII. Papyri in cistis mumiarum repertae atque omnes Aegyptiorum omnino inscriptiones funerales astronomici sunt argumenti, scilicet natiuitates, siue obseruationes astrorum natalitiae pro personis defunctis. Scimus, papyrum nostrum in cista sepulcrali inuentum esse, atque constat, papyros funerales, quarum fere innumerae in Museis Europaeis asseruantur, aut ipsis in fasciis sepulcralibus aut iuxta mumias inuentas fuisse. Huc accedit, quod eiusmodi in papyris funeralibus nunc hieroglyphice, nunc hieratice scriptis, eaedem deorum dearumque imagines reperiuntur, quibus astra significantur in Zodiaco Taurinensi (Tab. II.). Atque eadem sane est ratio inscriptionum, quae in cistis sepulcralibus byssinis ligneisque atque in sarcophagis exstant. Quare non dubium est, quin hae quoque inscriptiones atque papyri liturgicae, quae hucusque dictae fuerunt, ad instar papyri nostrae graecae, obseruationes astronomicas contineant. Quemadmodum vero

*) Accuratiorem hanc computationem debeo amico *Fr. Ed. Thieme*, Phil. Doct., All. Art. Mag., Speculae Lipsiensi adiuncto.

volumine hoc Anubionis generatio astronomice definitur, ita et aliis papyris vel inscriptionibus funeralibus earum personarum natiuitates describi probabile est, ad quas eiusmodi volumina liturgica spectant, quarumue nomina in iis commemorantur.

---

§. 3.

Sphaera Aegyptiaca in Museo Parisino reperta atque nauiculae astronomicae.

In scriptis Aegyptiorum hieroglyphicis frequentissimae sunt, vt ipsae huius voluminis tabulae (IV — IX.) demonstrant, nauiculae quaedam nunc ab vna persona, nunc a pluribus occupatae, de quibus, quid statuendum sit, quaeritur. Scilicet e sententia veterum omnino atque Aegyptiorum praecipue, vt Zodiacus Taurinensis (Tab. III. No. 1. A.) docet, terra in medio coeli globo posita erat, quare profecto coelum tum nocturnum purpureum, tum diurnum caeruleum cum flumine comparari poterat, quo non solum planetae sed etiam stellae fixae transuaeherentur. Stellae fixae enim quotidie ab oriente versus occidentem nauium instar pergunt, sed etiam per singulos dies altius euehuntur, donec post anni cursum eo redierunt, quo primum in conspectum venirent. Planetae vero non solum cum stellis fixis nauigantium instar per coelum mouentur, sed propriis etiam rationibus et modis per reliqua astra, ac si in propriis nauibus collocati essent, transuehi videntur. Iam de his Aegyptios non aliter, atque dictum est, cogitasse, multis veterum scriptorum locis euincitur. Sic Philo atque Heliodorus coelum dicunt archetypon Nili [6]). Quemadmodum enim Nilus fluere et naues portare, ita et Coelum, maxime Zodiacus videbatur. Hinc Aratus apud Hipparchum ipsum coelum vel Zodiacum appellat Oceanum, qui astra secum circumferat [7]). Oceanus, ὠκεανος, vel ὠκεανης, vel rectius ὠκεαμης, inter antiquissima Nili nomina pertinet [8]). Marcianus Capella vero omnia Zodiaci astra diserte cum naui comparat, qua septem planetae insideant atque moueantur circum terram [9]). Iam vero non solum coeli stellas et Zodiaci partes, sed etiam planetas nauigiis circumuectos fuisse e sententia Aegyptiorum, Apion docet [10]). Refert enim in columna quadam Heliopolitana, quae est ☉ vrbs, fuisse nauem effictam cum imagine humana, quae vmbra sua ☉ indicaret cursum. Habes ergo ☉ imaginem in naue. Huc spectat locus Plutarchi (de Iside p. 364.), quo dicit, *Solem et Lunam non curribus, sed nauigiis vehi*, et vecta fingi ab Aegyptiis. Item Clemens Al. (L. V. p. 566.), *ex Aegyptiis*, inquit, *alii quidem in nauigio, alii vero super crocodilum solem pingunt. Significant autem, quod Sol, per aerem dulcem et humidum ingrediens, gignit tempus.* Praeterea in Museo Borgiano, vt Zoega ipse l. l. tradit, exstant gemmae Graeco-Aegyptiacae, Abraxas vocatae, quibus cymbium cernitur cum Harpocratis, siue ☉ imagine. Illud vero simulacrum ☉ esse, literae ad-

---

6) Philo Iud. Vita Mos. III. 682. Heliodor Aethiop. L. IX. p. 435.

7) Vid. Petauii Vranolog. p. 209. s.

8) Tzetzes ad Lycophron. V, 119. Diodor. S. L. I. §. 19. col. edit. Wesseling. ad h. l.

9) Marc. Capella Lib. II. p. 42. Gr., quo loco planetae symbolis, vti ☉ leone, ♄ crocodilo, significantur.

10) Fl. Josephus Ant. Iud. c. Apion. L. II. n. 2. col. Zoega de Obelisc. p. 7. et p. 158. ss. col. Clemens Al. Strom. L. V. p. 566. Euseb. Praep. Euangel. L. III. c. XI.

scriptae ϕρη, *sol* testantur. Iam quae veteres tradunt de nauigiis astronomicis, sphaera Aegyptiaca, in Museo Aegyptiaco Bibliothecae Regiae Parisinae proprio reperta, egregie confirmat. Exstat ibi enim papyrus hieratica, circiter quinque pedes longa, astronomica, eleganter scripta, cuius titulum ea adumbratio occupat, quam Tabula II. No. III. expressimus. Circulus ille cum aquae specie (≈) Nilum coelestem, siue Zodiacum cum stellis suis significat. Apparent etiam duo eclipticae hemisphaeria, scilicet superius et inferius, alterum dextrum, alterum sinistrum. Nauis enim illa cum stellis suis (P. I. §. 25. p. 31.), vt ex nominibus figuris superscriptis patet, de quo infra fusius, significat signum ♈, atque cum ♈ hemisphaerium superius incipit. Solis et Lunae quidem imagines in media naue positae satis clarae sunt. Orbis enim vel discus ☉, scarabaeus ☽ significant, vt vidimus (II. §. 14. §. 10. p. 179. 161.). Itaque iam perspicuum est, cur Aegyptii partim Zodiaci varia segmenta nauium specie expresserint, partim planetas in nauigiis positos in monumentis suis astronomicis effinxerint.

---

§. 4.

Ordo primus obseruationum astronomicarum a veteribus Aegyptiis descriptarum.

Specimen I.

Zodiacus Tentyriticus maior.

Desc. Aeg. Vol. IV. P. 19. P. 18. Vid. Tab. IV. huius voluminis.

I. *Introductio.*

Prima scriptorum hieroglyphico-astronomicorum classis eo potissimum differt a reliquis, quod quam plurimas coeli partes et stellas fixas variis imaginibus adumbratas continet atque copiosissime positiones planetarum describit. Ceterum notam peculiarem habet, nauicularum astronomicarum frequentiam, quibus tum planetae, tum domini segmentorum Zodiacalium et maiorum, et minorum vehi finguntur. Ex hoc genere est Zodiacus Tentyriticus, qui dicitur, maior cum inscriptionibus suis. Rudera vrbis Tentyrae reperiuntur apud pagum nunc Denderah vocatum longitudine 30° 20′ 42″, latitudine 26° 8′ 36″, siue, vt Ptolemaeus vult, 26° 10′ *). Ibidem excellunt duo templa, alterum maxime vastum, alterum multo minus, accuratius a *Jollois* et *Devilliers* l. l. descripta. Huius in templi maioris Pronao exstat in tecto famosissimus ille Zodiacus, quem noua ratione explicaturi sumus. Primus hoc monumentum celeberrimum inuenit *Desaix*, peditum praefectus, quum Aegyptus a Francogallis occuparetur (1799). Quod argumentum huius inscriptionis astronomicae attinet, putarunt viri illi laudati, ea contineri constellationes extra Zodiacum positas, ita vt totius tecti ambitus exhibeat verum planisphaerium coeleste. De quo nunc aliter iudicare licebit. Inscriptio enim dicta non continet, nisi signa Zodiaci, planetas et synanatellonta.

---

*) Description de l' Eg. Vol. III. p. 285. Sec. Edit.

De aetate templi Tentyritici varias in partes viatores abierunt. *Jollois* enim (l. l. p. 394) credit, hoc aedificium Graecis et Romanis ipsisque Persis multo esse antiquiorem, recentiorem vero monumentis Thebaicis. *Inclino*, inquit, *ad credendum, templum Tentyriticum tempore inter Nechaum et Amosin* (626—569 a. Ch.) *aedificatum fuisse. Visconti* putauit, hoc templum aedificatum esse inter annum 12 et 132 post Christum, eius vero partem haud multo post Alexandrum magnum [11]). Multo magis a vera huius templi aetate aberrarunt alii, qui propter Zodiaci ipsius diuisiones annis 1760, 2200, 4200, 5200 ante Ch. [12]), vt infra fusius docebitur, hoc exstitisse opinati sunt. Nunc quidem vix dubitari poterit, quin Zodiacus Tentyriticus cum templo, quod plane eiusdem styli esse deprehenderunt, aetate Neronis exstructum sit.

II. *Explicatio.*

Inscriptiones tecti in Pronao Tentyritico sic se habent. Totum lacunar in duas partes aequales diuiditur quadrato oblongo, quippe quo disci et vulturis imagines deinceps repetitae cernuntur (Tab. IV. D). Ab vtraque parte sunt tres aliae areae similes. Harum arearum figurae ab vtraque parte capita habent versus mediam aream, quam proxima vtrinque attingunt. De his quidem areis vltimae ambae, parieti maxime vicinae, continent sex quaeque Zodiaci signa, imaginibus Zodiaci solemnibus expressa, ita vt ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ hic, ♒ ♓ ♈ ♉ ♊ ♋ illic posita sint. Itaque obtinetur diuisio Zodiaci in hemisphaeria duo, alterum lunare, alterum solare (p. 13.). Sub singulis signis positi sunt Decani 36 cum duobus Horiis principalibus nauiculis vecti. Iam restant quatuor areae cum media iam dicta hoc ordine: I, II, media, III, IV. De quibus I. area diuisa est in duas areas oblongas ac taenias. Area II. integra mansit, III. vero tribus taeniis constat, atque IV. iterum duabus. Tabula quidem in nostra (Tab. IV.) significant A areae III. taeniam mediam, B areae IV. taeniam superiorem, C areae IV. taeniam inferiorem, D aream lacunaris Tentyritici mediam, E aream II., F areae II. taeniam inferiorem, G areae I. taeniam superiorem, O areae III. taeniam superiorem, P areae III. taeniam inferiorem. Caeterum inscriptiones arearum omnium pari ratione scilicet capitibus supra porrectis, quod aliter se habet, vt diximus, in autographo, expressae sunt perspicuitatis causa, atque figurae hieroglyphicae breuitatis gratia ratione tantum lineari, sed accuratissime quoad insignia redditae. Lineae parallelae passim figuris adscriptae significant inscriptiones hieroglyphicas in exemplo Parisino (Vol. IV. Tab. 18.) omissas.

Priusquam ad singulas Zodiaci Tentyritici partes interpretandas accedimus, iuuabit praefinire leges, ad quas hanc inscriptionem deinceps explicabimus.

I. Quum Aegyptii, vt veteres scriptores testantur, inscriptiones astronomicas omni tempore confecerint et conseruauerint; clarum est, ea Aegyptiorum monumenta continere obseruationes astronomicas, quae rationi astronomiae in vniuersum, tum Aegyptiacae praesertim, quam supra exposuimus, sint accommodata. Huc spectant inscriptiones cum imaginibus signorum Zodiacalium vsitatis, tum cum diuisionibus 7, 12, 28, 36, quae respondent 7 planetis, 12 signis, 28 statio-

11) V. Herod. Vers. Larcher. Vol. II. fin

12) Paravey Nouvelles considérations sur le planisphère de Dendera Par. 1822.

nibus lunaribus, 36 Decuriis, veluti nostra in Tabula Lin. A. B. C. D. E. F. G., Lin. A. 1—12, Lin. H. 1—28; porro cum nauibus astronomicis (p. 222.) atque symbolis astronomicis Aegyptiorum peculiaribus.

II. Quum Aegyptii e planetarum locis futura hominum fata praefinire studerent; inde sequitur, in scriptis Aegyptiorum astronomicis septem planetarum loca simul indicari: deinde vero, obseruationes Aegyptiorum astronomicas, vt supra vidimus, spectare ad natalitia personae cuiusdam.

III. Imagines Deorum Dearumque, hominum, animalium, planetarum aliarumque rerum sacrarum, quibus inscriptio nostra constat, ad eos singulae planetas referri debent, ad quos a veteribus referuntur, sicuti in Pantheo Aegyptiaco vidimus (Part. II.).

IV. Quibus symbolis planeta quidam exprimitur, iisdem eae etiam Zodiaci partes significantur, quae eundem planetam habent dominum ac patronum.

V. Naues omnes ac singulae, nostra in Tabula depictae, sunt Zodiaci partes, maiores maiorum, minores minorum.

VI. Naues 12 Lin. A. significant 12 signa Zodiaci, de quibus 6 naues discum gerentes sunt signa 6 planetas in se continentia. Ipsa numina 6 hisce in discis depicta sunt 6 planetarum symbola. Septimus quidem ☿, quum constanter ☉ comitetur, eodem cum ☉ versatur in signo.

VII. Numina in nauibus a planeta quodam non occupatis posita ea, quae sceptrum potentiae gerunt, sunt Oecodespotae signorum, quippe potentiora reliquis signi numinibus, veluti Decanis, Horiocratoribus, reliquis.

VIII. Figurae nauium proris positae sunt Trigonodespotae, quibus binae eiusdem planetae Domus distinguuntur.

IX. Numina cum Oecodespota et Trigonodespota, aut cum ipso planeta vna eademque in naui coniuncta sunt stellae eorundem signorum.

X. Lin. H. continentur 28 stationes lunares, in quibus statio cum ☽ coniuncta significatur.

XI. Linn. B. C. D. E. F. G. loca planetarum singulorum ibi indicatorum accuratius definiuntur, ita vt Trigonodespota, Oecodespota, Decuria, Horion, Dodecatemorion et Moera planetam in se continentes depingantur.

XII. Singulis in versibus imagines subselliis positae indicant planetas, tamquam numina eminentissima, quorum loca definiantur.

XIII. Ibidem indicantur planetae alii ab illo adspecti ratione △ et □ numinibus maiores naues occupantibus.

XIV. Singulis in versibus ea figura significat Oecodespotam, quae prima ab initio prae se fert sceptrum potentiae, aut alia ratione maxime distincta apparet.

XV. Trigonodespotae sub initium versuum ante Oecodespotas indicantur.

XVI. Post Oecodespotam indicantur nauigiis minoribus aliaque ratione conspicua deinceps Decuria, Horion, Dodecatemorion et Moera, quibus insit planeta.

XVII. Figurae pluries deinceps repetitae valent vnam solummodo personam apotelesmaticam.

XVIII. Quum accidit, vt planeta binis, ternisue certi signi partibus, veluti Decuriae et Horio, eundem dominum e. g. ♄ habentibus insit; binae ternaeue illae partes vno tantum numine exprimuntur. Id enim egerunt astronomi vel astrologi Aegyptii, vt ea numina singularia ante

oculos ponerent, qui per suam singularem indolem facerent ad futuram nati sortem constituendam. Hinc eiusmodi persona dupliciter valens, veluti ♄ Decanus et ♄ Horion, sceptro potentiae insigniuntur. Hinc breuitatis gratia alia quoque symbola astronomica, vt planetarum signorumque, duplici sensu, nempe dominis ipsorum natura paribus, adhibentur.

XIX. Subsellia cum planetarum symbolis ita inter reliquas cuiusque versus personas collocantur, vt, cum has figuras inde ab initio numeres, habeas gradus, quibus planeta ab initio signi distet.

XX. Figurae post subsellia planetarum positae sunt stellae eiusdem longitudinis extra Zodiaci signa, eaedem aliquid valentes, de quibus veterum egit Myriogenesis (p. 29.).

Iam videamus, quomodo loca septem planetarum certo quodam tempore obseruata hieroglyphice ac ratione Aegyptiaca expressa sint in tabula nostra. Et primo quidem in oculos incurrit, Lineam A, quae 12 nauiculas (12 signa) atque 6 orbes cum 6 diis (seu planetis) continet, agere de locis 6 planetarum praeter ☿ cum ☉ coniunctum in genere quidem; septem vero reliquas Lineas B C D E F G H (O P) de locis 7 planetarum in specie et accuratius disserere. Age videamus. Nauiculae Lin. A. 1. 2. 3. 10. 11. 12., praeter alias personas, de quibus infra, deum quendam gerunt sceptro insignem. Quum 12 Zodiaci signa deum aliquem habeant praefectum, Domum Domus, οἰκοδεσποτην, quumque Domuum Domini potestate reliquis signorum dominis Decanis, Horiocratoribus et reliquis omnibus dignitate praecedant (I. §. 46. p. 56. VII.); sequitur, has personas, sceptro, potentiae symbolo, distinctas, praepositos signorum, seu Oecodespotas significare. At ☿ ♀ ♂ ♃ ♄ binis quiuis Zodiaci signis praesunt; ergo opus erat commemorare praeter Domuum singularum dominum, etiam Trigonodespotam. Bina enim cuiusuis planetae domicilia Trigonodespota suo distinguuntur (V. Tab. I. n. 6 et 7.). Iam vides, Trigonodespotas signorum per Lin. A. non posse non significari figuris simili atque Oecodespotas ratione distinctis, quippe figuris post proras nauicularum in basibus collocatis. Pergamus ad singulas personas singulis in nauiculis per Lin. A. designatas.

A. No. 1. signum ♒. Nam Crocodilocephalus (f), vt infra 12. ℘, significat ♄ (p. 198.) Oecodespotam, atque Cynocephalus (a) ☿ (p. 194.) Trigonodespotam in ♒. Altera ♄ domus in ♂ Trigono alias est descripta (No. 12.). Reliquae figurae eadem naue collocatae sunt domini stellarum in ♒, scilicet ♂ (b) ♄ (c) ♄ (d) ☿ (e) ♀ (g), qui partim respondent stellis a Proclo hoc in signo nominatis (I. §. 25. p. 34. ♒), ex asse vero conueniunt cum numinibus circa ♒ collocatis in ipso Zodiaco Tentyritico (Vid. Desc. de l'Eg. Vol. IV. P. 18 et 20; et Lexicon nostrum infra).

A. No. 2. signum ♊. Domus dominus (e) Anubis, capite canis seu vertagi (II. p. 194.) insignis, clarissime exprimitur, atque dominus Trigoni (a) est ☿ tener ille Iao, labia digito premens, siue Harpocrates (p. 193.) Altera ☿ domus cadit in Trigonum ☽ ♀ et ♂. Reliquae eiusdem nauis personae vtique sunt numina stellarum in ♊, scilicet ♃ vel ☿ (b) ☉ (c) ☿ (d) ♃ (f), quae respondent diis a Ptolemaeo et Zodiaco Tentyritico hoc in signo positis (vid. infra Lexicon sub ♊.).

A. No. 3. signum ♐. Oecodespota enim (b) sacerdos (p. 197. Tab. II. 2.) insignitur foliis palmae (p. 197.) atque Trigonodespota (a) item sacerdos (l. l.) ♃ speciem prae se fert, vt infra 10. d. et 6. d. Altera ♃ domus (♓) ♀ habet Trigonodespotam. Caeterum arcus in manu cynocephali bene Sagittarium designat, quare ♐, seu ♃ dominus huius signi, in omnibus Zodiacis fingitur sagittarius (V. infra Lex. ♐). Reliquae eiusdem signi personae sunt numina stel-

larum in ♐, scilicet ☿ (c) ☿ (d) ♄ (e), quae accurate respondent personis eodem signo collocatis sub Zodiaco Tentyritico proprio.

A. No. 10. signum ♓. Oecodespota enim ♃ (d) sacerdote, vt supra (A. No. 3. a. b.) exprimitur atque Trigoni dominus Horo seu ♀ hieracocephalo (p. 195.). Altera ♃ domus longe alium habet Trigonodespotam. Reliquae huius nauiculae personae significant stellarum patronos eiusdem signi in Zodiaco ipso allatos (Descript. Vol. IV. Pl. 18. 20.).

A. No. 11. signum ♏. Oecodespota enim est ♂ seu Vulcanus Phtha (p. 197.), pileo insignis (e), cum Trigonodespota ☿ (p. 194.) vertago (a). Reliquae huius nauis personae sunt ☽ vel ☿ (b) ☿ (c) ☿ (d) ♄ (f), quae conueniunt cum numinibus stellarum a Zodiaco in hoc signo collocatis.

A. No. 12. signum ♑. Dominus enim signi (e) est Crocodilocephalus (p. 196.), vt supra (1. f.), Trigoni vero ♂ (a). Figura enim hominis pedibus adunitis (p. 196.) constanter in monumentis Aegyptiorum astronomicis ♂ exprimitur. Reliquae eiusdem nauis personae sunt numina stellarum in ♑, quippe ♂ (b) ♄ (c) ☿ (d) ☿ (f), quae plane respondent figuris diuinis in Zodiaco Tentyritico proprio iuxta ♑ depictis.

Itaque haec habemus Zodiaci signa, quibus, quum templum Tentyriticum conderetur, nullus planeta inerat: ♊ (Oec. ☿, Trig. ☿), ♏ (Oec. ♂. Trig. ☿), ♐ (Oec. ♃. Trig. ♃), ♑ (Oec. ♄. Trig. ♂), ♒ (Oec. ♄. Trig. ☿), ♓ (Oec. ♃. Trig. ♀). Ergo planetae in reliquis Zodiaci signis quaerendi sunt nimirum in ♈ ♉ ♋ ♌ ♍ ♎. Quaeritur in quibusnam.

A. No. 4. planeta ☉ in ♈. Vidimus, ☉ singulis in signis aliam speciem assumere, quippe eam, qua dominus signi fingatur (II. §. 7. p. 96.). Iam aries, Sai et Thebis cultus, solemne est ♂ symbolum (p. 196.) et neminem fugit, primum Zodiaci signum, cui praeest ♂, ab ariete dici, et ariete exprimi (♈). Huc facit figura leonis (No. 4. a.), qui, quum ☉ symbolum sit (p. 192.), ☉ Trigonodespotam exprimit. Est autem ♈ sola ♂ domus in Trigono ☉ sita. Ceterum eiusdem nauis personae reliquae sunt ♄ (b) ☿ (c) ♀ vel ☿ (e), quae respondent numinibus stellarum in ♈ secundum Zodiacum Tentyriticum proprium et Proclum (I. §. 25. p. 31.) Ergo ☉ in ♈ est.

A. No. 5. planeta ♀ in ♉. Horus enim hieracocephalus in disco (d) hoc loco, quum ☿ a ☉ sit combustus (p. 53.), ♀ significat (p. 195.). Trigoni dominus (a) exprimitur Mneui (☉ p. 192.). Quum enim taurus hicce careat maculis Apidi propriis (p. 193); sequitur, ♀ versari in ☉ Trigono, Domo ♂. Ad ☉ Trigonum pertinent ♈ ♌ et ♐. Iam vero ♀ nunquam longius a ☉ recedit, quam 48°, ex quo sequitur, ♀ in ♈ versari. Reliquae vero eiusdem signi personae sunt ♃ (b) ☿ (c) ♄ (e) ☿ (f) ♃ (g), quae plane eodem ordine eademque ratione depinguntur in Zodiaco Tentyritico proprio pro ♉ (Desc. de l'Ég. Ant. Vol. IV. Tab. XVIII. XX.) Haec ambiguitas sic tollitur. Opus erat depingere et ♉ signum, et ♀ planetam. Quum ♈ cum ☉ alias expressus esset, singulari loco ♀ significanda erat. Licuit autem astrologis, claritatis caussa, planetam alieno in signo ponere, quum error inde oriundus alio loco corrigi posset (Jul. Firmic. Mat. Astron. Lib. II. cap. XXXII. p. 42. 43. Basil. 1551.).

A. No. 6. planeta ♃ in ♎. Sacerdotis imago capillamento insignis (d), vt pluries iam vidimus (No. 11. d. 3. a.), ♃ significat, annuentibus astrologis (p. 197.). Trigoni dominus est ☿ figura accipitris capite humano expressus. Accipiter enim ☿ et ♀ maxime symbolum atque caput, sapientiae sedes, bene ☿ conuenit (I. §. 53. b. p. 65.). Iam ad ☿ Trigonum spectant signa

♎ ♒ ♊. At de signis ♊ et ♒ supra demonstratum (Lin. A. I. et II.), in iis nullum versari planetam. Ergo solum ♎ signum restat, cui ♃ inesse possit. Ceterum reliquae eiusdem nauis personae ♎ conueniunt stellis, vt Zodiacus Tentyriticus proprius docet.

A. No. 8. ♂ in ♋. Etenim cadauer sine capite solius ♂ est symbolum (p. 196.), vt ipse Zodiacus Taurinensis testatur (Tab. II. ♏). Trigoni dominus exprimitur pueruló manum ad labia habente, nunc ♀, nunc ☿ significante (p. 105.). Itaque cogitandum aut de Trigono ♀: ♋ ♓ ♏, aut ☿: ♊ ♒ ♎, aut de signis ♉ ♍ ♑. At vero de signis ♊ ♒ ♎ supra dictum. Porro vidimus ♉ ♑ ♓ et ♏ signa partim vacua, partim ab aliis planetis occupata esse. Ergo ♂ aut in ♍ aut in ♋ versatur. Iam vero personae in naui (A. No. 8.) positae ♃ (b) ☿ (c) ☿ (d) ☿ (f), vt Zodiacus Tentyriticus proprius docet, non ♍, sed ♋ conueniunt. Ergo ♂ versatur in ♋.

A. No. 9. ♄ in ♍. Quum enim figura planetae (d) eodem gestu atque affectu fingatur atque ♂ (No. 8. e.), quumque ♄ et ♂ simillima putarentur natura (p. 68.) quum denique deus ille, vt ♄ maligno conuenit, vltimo inter planetas loco ponatur; non dubium est, quin hic ♄ positio describatur. Trigoni dominus item pueruli digito os prementis specie (♀ vt supra 8. a.) exprimitur. Quum vero de omnibus illis 12 signis sola ♍ et ♌ supersint; sequitur, ♄ in ♍, nimirum Trigono ♀, Domo ☿ versari, propter sequentia. Personae enim huius nauiculae ♃ (b) ♄ (c) ♄ (e) non in ♌, sed ♍ stellas quadrant (V. Zodiac. Tent. propr. ♍); qua de re ♄ in ♍ versetur, necesse est.

A. No. 7. ☽ in ♌. Licet ☽ imago deleta sit; tamen non eget demonstratione, agi hoc loco de septimo planeta, qui iam solus superest, ☽ in ♌. De reliquis enim et planetis, et signis reliquae egerunt huius versus partes. Trigoni dominus ♄ hoc loco exprimitur item Harpocratis figura, quem vidimus etiam ad ♄ referri (p. 106.). Ceterum personae reliquae huius nauiculae ☿ vel ♀ (b), ☿ (c) ♄ (e) ♀ vel ☿ (f) quadrant in praepositos stellarum in ♌.

Itaque loca planetarum inscriptione Tentyritica astronomica nostra in vniuersum definita haec sunt:

☉ in ♈, ☽ in ♌, ☿ cum ☉ in ♈, ♀ in ♈, ♂ in ♋, ♃ in ♎, ♄ in ♍.

Iam si recte coniecimus, haec planetarum loca reliquis inscriptionis partibus confirmabuntur, sin minus, refutabuntur. Quaeritur ante omnia, quibusnam in versibus accuratius de singulis planetis agatur. Et primo quidem vix opus est memorare, Linea D, qua ☉ imago, discus alatus (p. 192.), habetur, tractari ☉; Linea E, qua luna falcata (p. 193.) cernitur, ☽ positionem describi. Eodem spectat Linea H (O. P.), qua scarabaeus, ☽ imago viua (p. 193.), inter 28 stationes ☽ apparet. *Itaque* restant quatuor versus B, C, F, G, quibus de reliquis quatuor planetis ♂ ♃ ♄ ♀ agatur necesse est. Quaeritur quibusnam. Et sane facile inter harum arearum figuras discernuntur quatuor bases cum quatuor animalibus sacris: vipera (B. 23.), vraeo (C. 17. 19.), boa constrictore (F. 9.) atque accipitre (G. 14.). Quae bases, quum maxime excellant inter reliquas earundem arearum figuras, non possunt non planetas indicare, quippe excellentiores reliquis signi diis. Quos planetas vero quatuor animalia illa exprimant, nunc non difficile erit indicare, veteribus ipsis eorum significatum docentibus. Vipera enim non nisi ♂ exprimit (p. 196); Vraeus, quum disco Solari insigniatur, non nisi ♃ (p. 197.), Boa constrictor, quum vraeus valeat ♃, non nisi ♄ (p. 198.), denique accipiter, cum ☉ significetur disco et ☿ omissus sit, non nisi ♀, vt supra (A. 5. d.).

Ergo accuratius describuntur loca ☉ Lin. D, ☽ Lin. E et H, ♀ Lin. G, ♂ Lin. B, ♃ Lin. C, ♄ Lin. F. Iam videamus de singulis. In vniuersum hoc clarum est, vnamquamque aream, qua basis aliqua cum planetae simulacro reperitur, integrum signum describere atque singulas vnius areae personas eiusdem signi partes vel dominos partium exprimere. Nolumus enim repetere, id egisse inscriptionis nostrae auctorem, quippe astrologum, vt ante oculos poneret Zodiaci partes, tamquam personas apotelesmaticas, ab ipsis planetis indicatas, quibus futura hominis illo tempore nati sors praefiniretur, quaeue cooperarentur ad fata ipsius. Quum vero signa Zodiaci maxime varias in partes, vt vidimus (Tab. I.), diuidantur, non mirum, singulis in areis maxime varios partium dominos, Oecodespotas, Trigonodespotas, Tetragonodespotas, Decanos, Horiocratores, dominos Dodecatemoriorum, Graduum, Stationum Lunae aliasque indicari et componi.

♃ *Lin. C. Fig.* 17. 19. *Vraeus.*

Secundum legem XIV. supra nobis propositam singulis in versibus ea persona significat Signi Dominum, quae prima ab initio apparet maxime distincta et sceptro insignita. Ergo hic Oecodespota est Horus Hieracocephalus (32. 9.); cum Trigonodespota cynocephalo ☿ (p. 194.), quippe, vt supra (Lin. A.), in prora nauis positus. Ergo cogitandum aut de ♎, aut de ♊. Reliquae enim Hori (p. 107.) domus alios habent Trigonodespotas. Trigonodespota vero et ♎ et ♊ est ☿. Eundem Oecodespotam Hieracocephalum habes ex eadem lege Lin. C. 26. Iam secundum legem XV. Trigonodespotae et Tetragonodespotae praecedunt Oecodespotam ab initio versus et ante planetam positi. Quo loco hic (Lin. C.) apparent symbolum ☉, discus (p. 192.), saepius reliquis repetitum, Pschent (13.) ☉ et ♃ (p. 192.), sacerdos ♃ (197.) vt supra (A. 6.), Hieracocephalus (11. 13.), Ibicephalus (15.) siue ☿ (p. 194.) atque Isis Neitha (2. 4. 6. rel.). Quae quidem numina vtique sunt Trigonodespotae et Tetragonodespotae ♎. Quum in ♊ nulla sit talis ☉ prouincia; sequitur ♃ (17. 19.) versari in ♎. Et hoc sane supra iam vidimus indicatum (A. 6.). Hinc vtraque nauis (A. 6. C. 32.) eosdem stellarum dominos gerit. Iam quum ♃ in ♎, ☉ in ♈ versantur, vt vidimus; nemo nescit, ♃ esse retrogradum. Quod reapse figuris Lin. C. 36. exprimitur. Habes enim primo (36. c.) ♃ simulacrum, vt supra (A. 6. d.), sacerdotem, inter easdem stellas positum, atque C. 34., cum eodem ☿ Harpocrate (A. 2. a.) Trigonodespota. Quemadmodum vero altera ♎ nauis (32) protrahitur, ita haec (36) stationalis fingitur (v. p. 52.). Vertagi enim columnae firmae alligati sunt, atque cynocephali retrocedentes (33) ridendo et illudendo digitis concrepare videntur. Porro ♃, quum versatur in ♎, ☉ vero, vti vidimus, cum ♀ in ♈; ab his adspicitur ☐. Profecto et hoc indicatur hic (C. 37.), vt alias (B. 35.) videbimus indicatum. Haec enim nauis (♈) cum Trigonodespota ☉ leone, vt supra (A. 4. a.), continet imaginem ☉ discophori sacerdotis (p. 191. s.) atque ♀ Hieracocephali (C. 32. 9.). Quae omnia egregie inter se consentiunt, ita vt negari nequeat, astronomum nostrum ♃ posuisse in ♎. Quaeritur quanam Decuria, quo Horio, Dodecatemorio et Gradu. Scilicet ex lege XVI. hi principes potiores finguntur post Oecodespotam (C. 26.) nauigiis minoribus positi. Itaque habemus Decuriam ♄ (10°—20°), dei ♂ simillimi flagello et pileo (p. 197. col. p. 68.). Idem sibi volunt tres scapi melilotei (26. 27. 28.). Quemadmodum enim Oecodespota ♀ quatuor Hori simulacris exprimebatur (26. a. b. 27. 28.), ita Decanus, dignitate proximus Oecodespotae, tribus symbolis coniungendis

(Lex XVII.) erat exprimendus. Vtique lotus est ♄ symbolum (p. 198.). Iam post Decuriam dignitate sequitur Horion. Quare hoc propter scapum praecedentem quaeratur necesse est proximo in nauigio (29.), vbi ♃ habemus sacerdotem, vt supra (A. 6. d. C. 36. c.). Profecto Decuria ♄ continet Horia ☿ et ♃ (15° – 22°). Quum iisdem nauigiis etiam Dodecatemorion et Moera ♃ planetam in se continentes exprimi deberent, quumque ♃ Horion contineat Dodecatemorion ♂ et ♀; clarum est, Isidem mulierem (28.) significare Dodecatemorion ♀ (p. 195.). Denique ♀ Dodecatemorion (17° 30′—20°) continet Moeras ♄ ♃ ♂. Quare, quum ♀ nauem (28.) sequatur alia eaque vltima cum ♃ simulacro dicto; inde elucet, ♃ versari inter fines gradus seu Moerae ♃ (gradus 18ui). Itaque hoc loco accidit, quod praediximus (leg. XVIII.). Scilicet quum duae signi partes eidem numini propriae a planeta quodam occupatae adsint; eae vna figura exprimuntur. Hinc figura illa (29. 6.) sceptrum gerit, vt scias in eo duplicem quandam potestatem coniunctam esse; hinc ordo naturalis nauium (C. 26. 27. 28. 29.), quo Horion praecedere debet Dodecatemorion, turbatus et immutatus apparet. Quem vsum statim alio exemplo, pluribus infra confirmatum videbimus. Denique eandem ♃ longitudinem habes (17°), quum figuras vsque ad ♃ symbolum (C. 17. 19.) numeres (leg. XIX.). Praecedunt enim figurae 1—16. 18. alterum Vraeum. Sin incipias altera a parte, easdem 17 Moeras habes (38. 37. 36. 34. 33. 32. 31. 29. 28. 27. 26. 25. 24. 23. 22. 21. 20.). Duplex ♃ symbolum (17. 19.) cum vna Moera intermedia indicat haud dubie gradus, quibus ♃ recesserit, sicuti, ☉ et ♃ sic constitutis, consentaneum est astrorum rationibus.

♀ *Lin. G.* 14. *Accipiter.*

Quum de ☉ agatur Lin D. atque ☿ radiis ☉ subsit, ♀ vero supra (A. 5.), quippe potior ☿, singulari loco distinguatur; clarum est, accipitrem, licet significatu triplici (p. 155.), significare hoc loco ♀ planetam. Oecodespota signi, in quo ♀ apparuerit, ex lege XIV. est, vt supra (C. 32.), numen maxime conspicuum, quippe Criocephalus (♂ ♈, ♃ ♓ p. 196. 197. Tab. II. No. II. ♈; ♏) in naui cum Trigonodespota ☉ accipitre discophoro (p. 192.). Vtique signum ♂ in ☉ Trigono solus ♈ est. Itaque ♀ in ♈ ponitur, vt supra (A. 5.). Quemadmodum Lin. C., ita et hic Oecodespota et Trigonodespotae sub initium versus indicantur. *Stellae marinae* enim pluries repetitae (G. 1—23.), quippe ♂ sacrae (p. 196. Tab. II. 1. ♈), Oecodespotam ♂ (♈) indicant. Idem sibi vult Neitha astrophora (G. 3. 5. 7. 9. cet.), toties repetita. Quem ♂ Oecodespotam praecedunt ex lege XV. Trigonodespotae ♃ (2. 6.) sacerdos (A. 6. C. 36. 29. 3.); ♄ (b. 1. 3. 5. cet.) cista sepulcralis (p. 59; 4. 184. plumb.), et (8.) crocodilocephalus (p. 198.); ♂ (4. 6. 10.) criocephalus (27. p. 196.) et (1.) Neitha (3. 5. cet.); ☉ (12.) hieracocephalus (27. a. p. 191.): quibus personis ♈, ♂ Domus in Trigono ♄ ☉ ♃ ♂ clarissime indicatur. Quaeritur iam qua ♈ in Decuria, Horio, Dodecatemorio et Gradu ♀ constituta fuerit. Iam ex lege XVI. Oecodespotam sequuntur diuisiones Signi minores, vt supra vidimus (C. 27. 28. 29.). Itaque hic (G. 28.) habemus ♀ Decuriam (20° — 30°), disco lunae simili expressam (p. 68. 195.). Qua ♈ in parte sunt Horia ♄ et ♂. Sane ♄ Horion (25° — 30°) exprimitur proxima in naue Deo cum pileo et pennis struthionis (p. 198.). Quum numen hocce, vt supra (C. 29.), sceptro insignitum sit; sequitur, eo et alias ♄ possessiones in ♄ Horio exprimi. Vtique eiusdem longitudinis sunt Dodecatemorion ♄ (25° — 27° 30′) et Moera ♄ (27°). Ceterum nullus est ♈ locus praeter hunc, qui

♄ habeat dominum Moerae, Dodecatemorii et Horii. Itaque ♀ versatur medio in gradu 27 (♈ 26° 30′). Quum denique ex lege XIX., vt supra (C.), numeres figuras post planetam (G. 14.) positas, eandem ♀ longitudinem inuenies (15, 15. b., 16, 17, 17. b., 18, 19, 19. b., 20, 21, 21. b., 22, 23, 23. b., 24, 25, 25. a., 25. b., 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33.). Reapse post 26 Moeras posita est ♀.

♂ *Lin. B.* 23. *Vipera.*

Quemadmodum Lin. C. et G. Oecodespota exprimitur sub initium versus persona maxime distincta, ita et hic. Nam (B. 4.) Leontocephalus ☽ (p. 193.) sceptrum prae se fert, eumque praecedunt ex lege XV. Trigonodespotae ☽ Leontocephalus et ♂ vipera (vti 23. col. pag. 197.). Ergo ♂, vt supra (A. 8.) versatur in ♋, ☽ domo, ☽ et ♂ Trigono. Iam ♂ in ♋ adspicitur □ a ☉ ♀ et ☿ in ♈ atque a ♃ in ♎. Hinc nauis, vt infra (C. 37.), adscripta est cum ☉ (35. b.) sacerdote discophoro (37. a. col. 192.) atque ♀ ☿ (35. a.) Horo (37. b. col. 195. 194.), adscripto ☉ leone (vt A. 4.) ♈ Trigonodespota, cum quo ☉ ♀ ☿ versantur. Altera nauis (36.) cum Oecodespota ♀ (6.) Iside cornuta (p. 195.) et ☿ (a.) Trigonodespota cane (A. 11. a. p. 194.) continet ♃ (36. c.) habitu singulari, quippe in ♎, vt vidimus, constitutum. Itaque his nauibus recte significatur, ♂ in ♋ adspici □ a ☉ ♀ ☿ in ♈ et ♃ in ♎. Iam facile erit eruere Decuriam ♋ (♀, aut ☿, aut ☽) cum ♂ coniunctam, quum reliquorum versuum exempla sequimur. Vidimus enim, Decanum, Horiocratorem, Dodecatemorion et Moeram in nauigiis exponi. Iam quum numeramus figuras post planetam (B. 23.) positas, vt reliquis in versibus; habemus 14°, quos ♂ in ♋ emetitus est (24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.). Gradus vero *decimus quintus* ♋ est Moera ☽, in Dodecatemorio ♃ (12° 30′—15°), in Horio ☿ (13°—19°), in Decuria ☿ (20°—30°). Itaque facile perspicitur, Decuriam ☿ exprimi (35. c.) Hieracocephalo ☿ (p. 194.), Horion ☿ eadem figura, quare et potentiae symbolo (☉ palma p. 192.) insignitur, Dodecatemorion ♃ (35. d.) sacerdote (A. 6. d. C. 36. c. al.), denique Moeram ☽ (36. b.) Iside cornigera (p. 193.). Ergo ♂ hinc quoque versatur inter fines gradus 15, eiusque longitudo est = ♋ 14° 30′ et quod excurrit paululum.

♄ *Lin. F.* 9. *Boa constrictor.*

Prima ab initio persona reliquis nobilior (F. 3.) est Horus hieracocephalus (☿ ♀), vt vidimus (B. 35. c. A. 5.), quippe Oecodespota, quem praecedit ex lege XV. Trigonodespota ♀, quippe Isis mulier, vt supra (C. 28. p. 195.). Quum eaedem huius versus personae primariae redeant in fine (F. 30—34.); ibi habes eadem ex lege (30.) Oecodespotam Horum corpore ♂, pedibus adunitis (A. 12. a.), quippe Trigonodespotae. De domiciliis Hori (☿ ♀), quippe ♍ ♎ ♉ ♊ nonnisi ♍ et ♉ pertinent ad ♂ Trigonodespotam. Ergo ♄ est aut in ♍, aut in ♉. Iam dominum Domus et Trigoni (30.) praeit alia persona distinctior reliquis (34.), quippe ♃ cum Psohent (p. 197.), Tetragonodespota. Quare, quum ♃ nullus sit in ♉, cogitandum de ♍, in quo ♄ versetur. Eundem ♄ locum supra nouimus (A. 9.). Ergo ♄ in ♍. Quum ex lege XVI., vt alias (C. 27. G. 28. B. 35.) post Oecodespotam exstent Decanus, Horiocrator, Dodecatemorion et Moera; clarum est, figuris post Oecodespotam ☿ (31.), accipitrem anthropocephalum (A. 6. a.), similiter

distinctis, nimirum figuris 32. 33. 34. atque 3. 4. 5. dictas ♍ partes exprimi debere. Iam quum ♄, posito ☉ in ♈, retrogradus sit in ♍, numeremus figuras post planetam retrogradum positas (1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.); vnde claret, ♄ versari in gradu 9no, aut sub initium 10^{mi} ♍. Hinc vero inest in finibus Moerae ♄ (10°), Dodecatemorii ♃ (7° 30′—10°), Horii ♀ (8°—17°), Decuriae ☉ (0°—10°), Iam vides Decanum ☉ exprimi (F. 3.) disco solari et Kneph (p. 192.), Horion ♀ (4.) Iside muliere (F. 2. C. 28. al.), Dodecatemorion ♃ (5.) Vraeo (C. 17. 19.) Moeram ♄ (5.) Sphingis imagine (p. 200.). Easdem personas habes in fine, nimirum Decanum ☉ (34.) cum Pschent (p. 192.), Horion ♀ (33.) Isidis, vt supra (F. 4.), Dodecatemorion transpositum ♃ (34.) Pschent (p. 197.), Moeram ♄ (32.) Sphingem, vt antea (F. 5.). Itaque et hoc loco, vt supra (G. 29. C. 29.), vna eademque figura duae signi partes planetis natura similibus adscriptae exprimuntur, quam ob causam figura 34, vt supra (G. 29. C. 29.), sceptro insignita est secundum legem XVIII. Iam quum ♄ versetur, vti vidimus, partim in 9no gradu, partim in 10mo; eius longitudo est = ♍ 9° 60′, vel 10° 0′.

☽ *Lin. O.* 11. *Scarabaeus. Lin. E.* 11. *Discus falcatus.*

Quum versus O et P contineant stationes 28 lunae, vnaquaque pluribus personis expressa (lege XVII.), quumque ☽ (O. 11.) scarabaeus (p. 193.) appareat in vndecima statione (♌ 8° 34′ 17″—21° 25′ 42″); denuo claret, ☽ versari in ♌ (A. 7.). Est autem statio ☽ 11 propria ☉. Hinc Lin. O. P. statio ☽ 11 ab altera versus fine numerata exprimitur ☉ symbolis nimirum Leontocephalo (P. 4.) et Osiride notissimo (O. 4.). Reliquae vtriusque versus figurae omnes significant constantem Deorum seruum ac nuncium Mercurium (☿), vt E. 2. 6; E. 14. i. k.; C. 29. a. Iam quum ☽ est in ♌, sequitur Lin. E. locum ☽ in ♌ accuratius definiri. Vtique hic (E. 4.) apparet ♌ Oecodespota ☉ discus (p. 192. F. 3. B. 35. d.), vti par est, sub versus initium maxime insignis. Quum reliquis in versibus Decuria, Horion, Dodecatemorion et Moera personis praecipuis post Oecodespotam exprimantur; clarum, id hoc etiam loco fieri; quippe complexionibus numinum 15, 14 et 9. Quum vero numeres primo, vt reliquis in versibus fecimus, figuras post planetam positas, inuenies, ☽ versari in gradu ♌ 16to. Numerandae enim sunt 14 figurae (E. 12.) in scala, quibus accedit praecedens area (14. 15. 16.), tamquam primus ♌ gradus, vt lineae perpendiculares indicant. Eundem numerum habes, quum sumis 14 figurae disco solari inscriptas (4.) et addis aream 8, item lineis perpendicularibus inclusam. Hinc sequitur, ☽ versari inter fines Moerae ♀ (16°), Dodecatemorii ♄ (15°—17° 30′), Horii ♄ (11°—18°), Decuriae ♃ (10°—20°). Quae ♌ partes sane complexionibus huius versus praecipuis exprimuntur. Habes enim (15.) Decuriam ♃ Batrachocephali (Tab. II. 1. ♓. p. 197.), Horion ♄ (14.) pileo insignis (C. 27.), eiusque Dodecatemorion (lex XVIII.), denique Moeram ♀ (9.) accipitrem (G. 14. al.), siue gradum 16^{tum}. Ergo longitudo ☽, statione 11 constitutae, est = ♌ 15° 30′. Iam vero ex lege XVIII. eaedem figurae et aliud quid significant. Scilicet ☽ in ♌ adspicitur ratione △ et ✱ a ☉ ♀ et ☿ in ♈ versantibus, quod grauissimum erat astrologis (p. 52.). Hinc (E. 4.) addita est imago ☉ in naue (col. B. 35. C. 37.), cum ♀ et ☿ symbolo (9.) accipitre, vt alias (F. 3. A. 5.). Quos accipitres et ♀ et ☿ significare testantur adiunctae imagines ♀ (7.), Isidis mulieris (C. 28. al.), atque (8.) ☿ Ibicephali (Tab. II. 2. ♊. col. p. 194.). Iam vt scires, hos planetas a ☽ adspici △ et ✱,

astronomus noster adscripsit duo Zodiaci signa, quae ad idem Trigonum et Hexagonum pertinerent, scilicet ♐ (E. 15.) et ♒ (14.). Etenim Batrachocephali (15. a.) Oecodespotam ♃ (Tab. II. 1. ♓) atque Aspidocephalae (15. b.) ♂ Trigonodespotam (B. 23. 2. col. pag. 197.) significant. Eodem plane modo alias ♃ Domus significatur (Tab. VII. C. 1.). Caules melilotei ibidem ♄ (C. 26—28.) Tetragonodespotam ♐ significant. Porro signum ♒ (E. 14.) exprimitur (d.) Oecodespota ♄ (C. 27.) sceptrophoro, Trigonodespota, vt alias in prora, ☿ (14. a.) Vertagocipite (A. 11.) aliisque stellarum huius signi patronis ♀ ♄ ☽ ♃ ♂ (14. a, b, e, f, g.). Itaque clarum, quomodo astronomus planetas et signa a ☽ ratione △ et ✱ adspecta expresserit. Restat, de symbolo ☿ accipitre pluries repetito (E. 9.), accuratius disquirere.

☿ *Lin. E. 9. Accipiter.*

Quum eaedem figurae astronomicae breuitatis caussa passim duplici sensu, vt vidimus (E. 4. 14. 15. F. 34.), adhibeantur; non mirum, hic et locum ☿ accuratius describi. Scilicet accipiter, vt alias passim, ☿ planetam, flagella vero ipsi adiuncta partes ♈ significant, quibuscum ☿ coniunctus apparuerit. Itaque, quum flagella illa ♂ symbola (p. 197.) deinceps ex legibus XV. et XVI. ad ♂ possessiones referuntur, haec est ☿ longitudo. Trigonodespota ♂ (♈ primum flagellum), Oecodespota ♂ (♈ flag. 2.), Tetragonodespota ♂ (♈ fl. 3.), Hexagonodespota ♂ (♈ 4 flag.), Decuria ♀ (20° — 30°) Isidis (C. 28.), Horion ☿ (12° — 20°) Ibicephali (Tab. II. 2. ♊), Dodecatemorion ♂ (17° 30′ — 20°), quippe flagellum vltimum. Haec sane sufficiunt ad intelligendum, ☿ versatum esse partim in gradu 19no, partim 20mo. Ergo longitudo ☿ fuit = ♈ 20° 0′.

☉ *Lin. D. Discus alatus.*

Trigonodespota ♄ exprimitur pileo pennisque struthionis (G. 29. p. 198.), quippe ab initio versus positis. Oecodespota est ♂ vultur (p. 196.), Tetragonodespota, vel alter Trigonodespota ☉ Discus solaris (F. 3. al. p. 192.). Itaque ☉ idem signum ♈ tribuitur atque supra (A. 4.). Desunt quidem Decanus, Horiocrator, reliqui, quibuscum ☉ coniunctus apparuerit, sed indicantur ratione solita gradus, quos ☉ in ♈ perlustrauerit, atque Moera. Quum enim numeramus huius versus figuras tamquam gradus, vt reliquis in versibus fecimus; habemus 21°, quos ☉ emetitus sit. Gradus quidem 22^{dus} est ♂, qua de re haud dubie vltimo huius versus loco positus est vultur ♂ symbolum, vt vidimus. Ceterum puto, etiam Lin. E. locum ☉ accuratius describi ex lege XVIII. Certe, quum personas huius versus maxime distinctas a ☉ inde (E. 4.) solito ordine ad ☉ refers, haec habes. Decuria est ♀ (20° — 30°) discus ♀ (G. 28.), Horion ♂ (20° — 25°) Neitha fortis (14. g. col. p. 196.), Dodecatemorion ♃ (20° — 22° 30′) Batrachocephali (E. 15.), Moera ♂ (22°) Aspidocephala (E. 15. b.). Vtut sit, longitudo ☉ secundum superiora tum temporis fuit = ♈ 21° 30′.

Horoscopus D. VIII. Veneris caput.

Quum Horoscopus, siue signum oriens tempore obseruationis astronomicae (p. 54.), commemoretur in scriptis Aegyptiorum astronomicis, vt constat e papyro Saltiano supra explicato; quaeritur, qua in parte templi Tentyritici hic notatus fuerit. Nimirum inscriptio nostra astronomica

accuratissime cohaeret cum reliquis templi Tentyritici inscriptionibus, atque tradunt viatores [13]), in fronte Pronai Tentyritici, cuius interiora continent Zodiacum nostrum, exstare Isidis symbolum. Vtique Pronai delineatio [14]) continet loco dicto Isidis caput, auribus felinis, templum ferens, positum in panno ad lauandum aurum plicato (D. VIII.). Quod caput Isidis Oeeodespotam ♎ aut ♉ significat (B. 36. b. col. p. 195. 196.). Pannus aurarius, ☿ symbolum (p. 195.), valet Trigonodespotam ♎. Ergo Horoscopus astronomi nostri fuit ♎, siue accuratius stella ♎ tum oriens, haud dubie ☉ in ♈ opposita. Itaque obseruatio nostra cadit in finem diei naturalis, vel horam post meridiem sextam. Quum enim oritur in horizonte orientali signum ♎, speciatim ♎ 21° 30′, tum ☉ (♈ 21° 30′) occidit nocte ingruente. Ceterum Horoscopus hicce (♎ Dom. ♀, Trig. ☿) eodem fere modo depingitur in Sarcophago Londinensi et Parisino (Tab. V. VI.), atque videbimus, omnes fere nostras obseruationes astronomicas fuisse institutas. Sole in ♈ constituto eoque occidente. Itaque Horoscopus est ♎, vel gradus ♎ a ☉ loco 180° dissitus.

Quum igitur recolligimus, quae de planetarum locis tabula nostra indicatis inuenimus, fere haec sunt:

☉ *(A. 4. d., D. 2; E. 4; B. 35. d; C. 37. b.) longitudo* = ♈ *gradus* 22^{dus} (0^{s} 21° 30′).

Zodiaci partes.	*Loca inscriptionis.*
Domus ♂ (♈ ♏)	Vultur D. 1. b.
	Aspidocephalus E. 5.
Trigonum ☉ (♈ ♌ ♐)	Leo A. 4. a.
♄ (♈ ♌ ♐)	Struthionis pennae D. 1. a.
Tetragonum ♂ et ♄ (♈ ♋ ♎ ♑)	Vultur D. 3.
Stellae ♈	A. 4. b. c. e.
△ adspectu ☽ (in ♌) et ♐ (♈ ♌ ♐)	E. 4. col. E. 11. E. 15.
✱ adspectu ☽ (in ♌) et ♒ (♈ ♊ ♌ ♎ ♐ ♒)	E. 4. col. E. 11. E. 14.
□ adspectu ♂ (in ♋)	B. 35. d. col. B. 23. 36. c.
et ♃ (in ♎) (♈ ♋ ♎ ♑)	C. 37. b. col. C. 19.
Post 21 Moeras ♈ (21° 30′)	D. 1—21. E. 16. 15 14. 12 (=16) 8. 6.
Decuria ♀ (20° — 30°)	Discus cornutus E. 11.
Horion ♂ (20° — 25°)	Vranophora E. 14. g.
Dodecatemorion ♃ (20° — 22° 30′)	Batrachocephalus E. 15. a.
Moera ♂ (22°)	Aspidocephala E. 15. b.
	Vultur D. 21.

☽ *(A. 7. d., E. 11., H. 12.) longitudo* = ♌ *gradus* 16^{tus} (4^{s} 15° 30′).

Domus ☉ (♌)	Discus oculatus E. 4.
Trigonum ♄ ☉ (♌ ♐ ♈)	Harpocrates A. 7. a.
Stellae ♌ (☿ [♀], ☿, ♄, [♀] ☿)	A. 7. b. c. e. f.
△ adspectu ☉ (in ♈) et ♐	E. 11. col. E. 4., E. 15.
♀ (in ♈) et ♐	E. 11. col. E. 7., E. 15.
☿ (in ♈) et ♐	E. 11. col. E. 8., E. 15.

13) Descript. de l'Eg. Vol. III. Cap. X. §. 10. pag. 312. 315.

14) Descript. Tab. Antiq. Vol. IV. P. 29. Area II. a tecto inde, loco medio, col. Tab. nostra D. VIII.

Zodiaci partes.	*Loca inscriptionis.*
✱ adspectu ☉ ♀ ☿ (in ♍) et ♒	E. 11. col. E. 4. 7. 8, E. 14.
Statio ☽ 11ma (♌ 8° 34′ — 21° 25′), quae pertinet ad ☉	O. 1. 2 — 11. Scarab.
Decuria ♃ (10° — 20°)	O. 4. Osiris, P. 4. Leo.
Horion ♄ (10° — 18°)	Batrachocephalus E. 15. a.
Dodecatemorion ♄ (15° — 17° 30′)	Typhon pileatus E. 14. d.
Moera ♀ (16tus gradus)	Typhon pileatus E. 14. d.
Post gradum 15tum (15° 30′)	Accipiter E. 9.
	E. 15. 14. 12; 1 — 14.
	E. 4; 1 — 14. E. 8.

☿ (*E.* 9. 8; *B.* 35. *c*; *C.* 37. *c.*) *longitudo* = ♈ 20° 0′ (0s 20° 0′).

Solis in radiis (♍ 21°)	A. 4. Aries.
Domus ♂ (♍ ♏)	Flagellum E. 9. b.
Trigonum ♂ (♍ ♌ ♐)	Flagellum E. 9. a.
Tetragonum ♂ (♍ ♋ ♎ ♑)	Flagellum E. 9. c.
Hexagonum ♂ (♍ ♊ ♌ ♎ cet.)	Flagellum E. 9. d.
△ adspectu ☽ (in ♌) et ♐.	E. 9. col. E. 11. E. 15.
✱ adspectu ☽ (in ♌) et ♒	E. 9. col. E. 11. E. 14.
☐ adspectu ♂ (in ♋)	B. 35. c. col. B. 23.
♃ (in ♎)	C. 37. c. col. C. 19.
Decuria ♀ (20° — 30°)	Isis E. 7.
Horion ☿ (12° — 20°)	Ibicephalus E. 8.
Dodecatemorion ♂ (17° 30′ — 20°)	Flagellum E. 9. e.
Moera ♃? (21°)	Palmae folia E. 10.

♀ (*G.* 14; *A.* 5. *d*; *B.* 35. *c*; *C.* 37. *c.*) *longitudo* = ♈ *gradus* 27mus (0s 26° 30′).

Domus ♂ (♍ ♏)	Criocephalus G. 27. e.
Trigonum ☉ (♍ ♌ ♐)	Neitha et stellae G. 3. 5. cet.
	Accipiter discophorus G. 27. a.
♃ (♍ ♌ ♐)	Taurus A. 5. a.
♄ (♍ ♌ ♐)	Sacerdos, Criocephalus G. 2. 4. cet.
△ adspectu ☽ (in ♌) et ♐	Cista sepulcralis G. 1. a, 3. a cet.
✱ adspectu ☽ (in ♌) et ♒	E. 8. col. E. 11. E. 15.
☐ adspectu ♂ (in ♋)	E. 8. col. E. 11. E. 14.
♃ (in ♎)	B. 35. c. col. B. 23.
Decuria ♀ (20° — 30°)	C. 37. c. col. C. 19.
Horion ♄ (25° — 30°)	Discus cornibus ☽ G. 28.
Dodecatemorion ♄ (25° — 27° 30′)	Typhon pileo pennisque struthionis G. 29.
Moera ♄ (27°)	Idem.
Post Gradum 26tum (26° 30′)	Idem.
	G. 15; 15. b; 16; 17; 17. b; 18; 19; 19. b; 20; 21; 21. b; 22; 23; 23. b; 24; 25; 25. a; 25. b; 26; 27; 28; 29; 30; 31; 32; 33.

♂ *(A. 8. e; B. 23.) longitudo* = ♋ *gradus* 15tus (3s 14° 30′)

Zodiaci partes.	*Loca inscriptionis.*
Domus ☽ (♋)	Leontocephalus B. 4. 8. 11. rel.
Trigonum ♀ (♋ ♍ ♓)	Iao Harpocrates A. 8. a.
☽ (♋ ♍ ♓)	Leontocephalus B. 3.
Trigon. et Tet. ♂ (♋ ♎ ♑ ♈)	Vipera erecta B. 2.
Stellae ♋ (♃ ♀ ☿ ☿ ♃)	A. 8. b. c. d. f. g.
□ adspectu ☉ ♀ ☿ (in ♈) et ♎	B. 23; col. B. 35. c. d; B. 36. b. a.
♃ (in ♎)	B. 23; col. B. 36. c.
Decuria ☿ (20° — 30°)	Hieracocephalus B. 35. c.
Horion ☿ (13° — 19°)	Hieracocephalus B. 35. c.
Dodecatemorion ♃ (12° 30′ — 15°)	Sacerdos B. 35. d.
Moera ☽ (15°)	Isis cornigera B. 36. b.
Post gradum ♋ 14tum (14° 30′)	B. 24. 25 — 37.

♃ *(A. 6. d; C. 17. 19. 36; B. 36. c.) longitudo* = ♎ *gradus* 18uus (6s 17° 30′).

Domus ♀ (♎ ♉)	Hieracocephalus C. 32. g.
	Idem C. 26. a. C. 26 b; 27. b; 28 b; 29. b.
Trigonum ☿ (♎ ♒ ♊)	Cynocephalus C. 32. a.
	Accipiter anthropocephalus A. 6. a.
	Hieracocephalus C. 26. a. 13.
♃ (♎ ♒ ♊)	Sacerdos et Pschent C. 3. 7. 12. 13.
Tetragonum ☉ et ♂ (♎ ♑ ♈ ♋)	Discus, Neith C. 2. 4. 5. cet.
Stellae ♎ (♃ ♀ ☿ ☿ ♄ (♂)	A. 6. b. c. e. f; C. 36. b. d.
Stationalis in Trigono ☿ (♎)	Iao, Harpocrates C. 37.
□ adspectu ☉ ♀ ☿ (in ♈)	C. 36. c; col. C. 37. b. c.
♂ (in ♋)	B. 36. c; col. B. 23.
Decuria ♄ (10° — 20°)	Typhon cum loto et flagello pileoque C. 27. a.
	Scapi melilotei C. 26. 27. 28.
Horion ♃ (15° — 22°)	Sacerdos C. 29. b.
Dodecatemorion ♀ (17° 30′ — 20°)	Isis mulier C. 28. a.
Moera ♃ (18°)	Sacerdos C. 29. b.
Post gradum ♎ 17mum (17° 30′)	C. 20 — 29. 31 — 38; 1 — 16. 18.

♄ *(F. 9; A. 9. d.) longitudo* = ♑ *gradus* 10mus (5s 9° 0′).

Domus ☿ (♑ ♊)	Hieracocephalus F. 3. 30.
	Accipiter anthropocephalus F. 31.
Trigonum ♀ (♑ ♑ ♉)	Isis mulier F. 2.
	Iao Harpocrates A. 9. a.
♂ (♑ ♑ ♉)	Corpus Phthas F. 30.
Stellae ♑ (♃ ♀ ☽ ♀?)	A. 9. b. c. e. f.
Decuria ☉ (0° — 10°)	Discus Kneph F. 3. Rex cum Pschent F. 34
Horion ♀ (8° — 17°)	Isis precans F. 4. 33.

Zodiaci partes.	*Loca inscriptionis.*
Dodecatemorion ♃ (7° 30′ — 10°)	Vraeus F. 5. Rex cum Pschent F. 34.
Moera ♄ (10°)	Sphinx F. 6. 32.
Post gradum ♍ 9num (9° 0′) retrogradus	F, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 6. a. 7. 8.

Horoscopus (D. VIII.) longitudo = ♎ *gradus* 22dus (6s 21° 30′).

Domus ♀ (♎ ♉)	Caput Isidis cornutum
Trigonum ☿ (♎ ♒ ♊)	Pannus aurarius
Moera ☉ (♈ 22°) opposita (♎ 22°)	Sol occidens.

II. *Computatio temporis.*

Iam quaeritur, quo tempore talis fuerit planetarum constellatio, qualem vidimus, aut certe similis. Discrepantiae enim exiguae inter veterum obseruationes et nostras computationes, vt vidimus (p. 221.), nullius momenti sunt in eruenda epocha, qua talis constellatio obseruata fuerit. Nolumus enim repetere, post immensa demum temporis spatia similes redire certas septem planetarum (☉ ♄ ♃ ♂ ♀ ☿ ☽) constellationes, aequales plane quasi nunquam. Quam ob rem quum computando similem quandam constellationem inueniamus; certi simus, hanc spectare ad eundem annum, mensem diemque, quo Aegyptius astronomus planetas suos obseruauit. Ceterum, vt supra demonstrauimus (p. 48.), soli ♄ ♃ ♂ et ☉ post 215136 annos demum ad eadem vel similia simul Zodiaci loca redeunt, quare, quum antiquam de quatuor his astris obseruationem nacti sumus, computandis his solis planetis annus reperitur, quo constellatio eorum antiquitus indicata acciderit. Inuento anno, reperitur mensis et dies obseruationis antiquae, quum ad ☽ locum animaduertimus. Licet hinc ♀ et ☿ loca indicata non egeant computatione nostra; faciunt tamen ad confirmandum mensem, et septimanam, et diem, ad quos secundum ☽ locum observatio antiqua pertinere visa sit.

Quum paullo difficilius esset, eruere annum, mensem diemque, quibus planetae ea Zodiaci loca occupauerint, quae inscriptio quaedam hieroglyphica indicauerit; haec via ingredienda mihi esse videbatur. Composui mihi tabulas, quibus pro initio annorum omnium inde a 2000 a Ch. vsque ad 300 p. Ch., quo temporis spatio historia Aegypti, saltem exstructio monumentorum hieroglyphicorum includitur, loca septem planetarum Aegyptiorum deinceps notata sunt. Itaque tabulae meae docent, quibus in gradibus, primo Ianuario incipiente, per 2300 annos Iulianos positi fuerint ☉ ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄. Quum igitur quaeritur, quinam sit annus diesque, quo observatio quaedam Aegyptiaca locum habuerit; id facile inuenitur, obseruatione Aegyptiaca ad principium anni Iuliani reducta. Primum opus est, planetarum loca inscriptione indicata mutare geocentrica in heliocentrica, quod facile fit aliis tabulis astronomicis. Hinc, inuentis locis heliocentricis, facili negotio definitur, quo loco planeta, quum eius locus ex inscriptione notus non cadat in principium anni Iuliani, sed in alium anni Aegyptiaci diem, quo loco, inquam, planeta quinis secundum loca definita primo Ianuario Iuliano constitutus fuerit. Docet enim ☉ locus, quot dies aut addendae, aut subtrahendae sint, vt ope tabularum astronomicarum eruere possis, quae fuerit planetarum longitudo sub initium eiusdem anni. Hinc, lustrando tabulas dictas, facile inuenies annum, cuius sub initium eadem fuerit septem planetarum longitudo heliocentrica. En

exemplum ab obseruatione astronomica nostra Tentyritica desumtum. Vidimus, longitudinem planetarum geocentricam Zodiaco Tentyritico expressam fuisse hanc:

☉ ♍ 21° 30′. ☽ ♌ 15° 30′. ☿ ♍ 20° 0′. ♀ ♍ 26° 30′. ♂ ♋ 14° 30′. ♃ ♎ 17° 30′. ♄ ♏ 9° 0′.

Iam cum e ☉ longitudine cognoscatur ♂ locus; facile eruitur, quaenam horum planetarum loca tum fuerint heliocentrica. Inuenies enim, planetas tum, a Sole spectatos, fuisse his in signis et circiter gradibus:

☿ ♎ 22° ♀ ♉ 5° ♂ ♌ 20° ♃ ♎ 18° ♄ ♏ 12°

Quod quidem ☿ et ♀ attinet, ex eorum loco geocentrico duplex heliocentricus inueniri potest, vt inter astronomos constat; sed eo nihil temporis quaesiti definitio impeditur, quum ♂ ♃ et ♄ sufficiant ad inueniendum obseruationis annum. Iam videndum est, quomodo planetae principio eiusdem anni collocati fuerint, quod ☉ loco facile reperitur. Sub anni enim Iuliani principio ☉ est circiter in ♑ 7°. Ergo ☉ ab anni principio vsque ad eum diem, quo obseruatio astronomica Tentyritica locum habuit, percurrit 104°. At ☉ percurrit 104° intra 106 dies circiter. Ergo loci planetarum eodem anno primo Ianuario sunt ii, quos singuli planetae diebus 106 antea occupauerunt. Iam videndum, quot gradus quisque planeta 106 dierum spatio emetiatur, qui numerus a longitudine planetarum heliocentrica supra inuenta detrahendus est. Quas leges si applicaueris ad loca planetarum inscriptione Tentyritica heliocentrice expressa; inuenies, longitudinem septem planetarum heliocentricam sub initium eiusdem anni fuisse hanc:

☉ ♑ 7° ☽ ♎ 11° ☿ ♌ 0° ♀ ♏ 14° ♂ ♋ 0° ♃ ♎ 12° ♄ ♏ 2°

Iam tabulis meis astronomicis synopticis perlustrandis apparet, haec circiter planetarum loca fuisse sub initium anni 37 p. Ch. Quamquam tempus, quo obseruatio astronomica Tentyritica exstiterit, aliis etiam rationibus inueniri possit, haec tamen breuissima esse videtur. Itaque Zodiacus Tentyriticus pertinet ad annum 37 p. Ch. et ad diem eiusdem anni 106. Nullus enim est annus, nullus dies per totam historiam, quo adeo similis fuerit planetarum constellatio ei, quam inscriptio Tentyritica describit. Nunc accuratius videre licet de planetarum locis in templo Tentyritico expositis atque, quatenus cum tabulis nostris astronomicis conueniant, quaerere. Vidimus enim, obseruationem Tentyriticam spectare ad id tempus, quo ♎ oriretur. Omissis aequationibus subtilioribus, haec fuit planetarum longitudo et heliocentrica et geocentrica dicto anno dieque hora post meridiem sexta, hoc est:

anno 37 post Ch. n., die Aprilis 13, hora 6 diei astronomici

a. 37.	☉			☽			☿			♀			♂			♃			♄		
Anno 0	9s	7°	56′	11s	21°	48′	8s	23°	59′	5s	28°	28′	6s	28°	12′	4s	29°	32′	2s	0°	0′
20	0	0	9	4	13	34	0	14	48	6	3	50	7	18	20	8	7	15	8	4	42
17	11	29	53	3	2	14	6	29	34	7	17	52	0	13	57	5	6	9	6	27	59
Aprilis																0	7	29	0	3	1
d. 13	3	11	31	9	7	10	2	1	30	5	15	1	1	23	58	0	1	5	0	0	26
Hor. 6	0	0	14	0	3	17	0	1	1	0	0	24	0	0	6	0	0	1	0	0	½
helioc.	0	19	43	4	18	4	6	10	52	1	5	36	4	24	34	6	21	21	5	6	10
geocent.	♍	19°	43′	♌	18°	4′	♍	25°	25′	♍	26°	20′	♋	17°	30′	♎	21°	40′	♏	1°	35′
Aegypt.	♍	21°	30′	♌	15°	30′	♍	20°	0′	♍	26°	30′	♋	14°	30′	♎	17°	30′	♏	9°	0′

Itaque apparet, astronomum Aegyptium satis accurate planetarum loca obseruasse, vel computasse. Egregie enim loca indicata conueniunt cum nostris tabulis astronomicis atque infra videbimus discrepantiam illam esse multo minorem, quum loca planetarum pro illo tempore et tractu accuratius computantur. Caeterum reliquae templi Tentyritici inscriptiones testantur, reuera esse annum 37 p. Ch., quo Zodiacus noster exsculptus, vel saltem praeparatus sit. Scilicet constat, Aegyptios in monumentis suis notasse hominum natiuitates, a quibus putarunt pendere futuram eorum sortem. Ergo sumendum, inscriptionem nostram continere natiuitatem quandam personae illustris, forte auctoris templi, regis Aegypti vel imperatoris Romani. Profecto si inscriptiones templi Tentyritici in opere Francogallico vtut vitiosas perlustrare velis, inuenies, vbiquaque scripta et repetita fuisse nomina *Neronis* (NERON), *Autocratoris* (AUTOKRTR), *Caesaris* (CESAR), vbique fere eodem modo exarata[15]). Haec enim nomina, quae exposuimus in tabula nostra (Tab. IV. Lin. D. VI.), non solum in Zodiaco nostro et iuxta reperiuntur, sed etiam in columnis et omnibus templi parietibus tum interioribus, cum exterioribus. Vir clarissimus *Huyot*, architecta Parisinus, qui annos nonnullos peregit inter monumenta Aegyptiaca, liberalissime mecum communicauit annulos regios in templo Tentyritico vbique locorum repertos, quibus eadem Neronis nomina et cognomina leguntur. *Henricus Salt*, Consul Anglorum Alexandrinus, eodem in templo inuenit eadem nomina et cognomina Neronis[16]). *Champollion* jun. ipse, quum de eo disputaretur, vtrum Zodiacus Tentyriticus post diluuium an ante diluuium exstiterit, memorauit, iuxta Zodiacum Tentyriticum minorem reperiri Neronis nomen. At quaestio adhuc erat, an Caesaris nomen vere pertineret ad Zodiacum, hinc vero, an pertineret ad Zodiacum nostrum, a minore illo diuersum. Hinc *Odofredus Müllerus* in Archaeologia sua tradidit, Zodiacum Tentyriticum minorem esse ex aetate Neronis, maiorem ex aetate Domitiani. Nunc vero facilius cuique persuadebitur, Zodiacum nostrum pertinere ad Caesaris, quippe Neronis nomen, eiusque annum quidem natalem. Nimirum constat, Neronem natum fuisse anno 37 post Ch., 15 Decembri, quem annum obseruatio nostra astronomica ipsa luculentissime et certissime arguit. Quod vero Zodiacus noster non ipsam diem Neronis natalem, sed diem 13 Aprilis respicit, eius rei causa astrologiae ratio fuisse videtur. Scilicet, vt Firmicus ait, veteres summa cum trepidatione de astrologia locuti sunt et scripserunt. Sane aliquid sublimis et verendi haberet astrologia, si non, quod veteres ignorarunt, esset fallax. Itaque astrologi de consilio hominum, vel regum saltem, non natiuitates proprias, sed planetarum constellationes alio certo eiusdem anni die consignasse videntur. Praeterea, quum constellationes astronomicae ad reges spectantes, vt infra videbimus, pleraeque ad certum ☉ locum in ♈ vel diem quendam relatae sint ab Aegyptiis; probabile est, hunc vsum niti mythologica quadam doctrina. Forte ab hoc inde ☉ loco ac die sacro Aegyptii numerarunt annos astronomicos. Vtut sit, negari nequit, inscriptionem nostram astronomicam spectare ad annum, quo Nero imperator natus est. Quum vero Neronis nomen non solum in ipso Zodiaco linea tertia, sed etiam in omnibus partibus templi scriptum sit; quum figurae Zodiaci tum maioris nostri in Pronao, tum minoris superiori in camera excisi, qui quidem nunc

15) Vid. Descript. de l'Eg. Ant. Vol. IV. Pl. 16. 23. 45. al., col. Tab. nostra IV. Lin. D. V—VIII.

16) Essay on Young's and Champ. phonet. syst. Lond. 1825. pag. 62. no. 6. 7.

Parisiis asseruatur, plane eiusdem indolis et styli sint atque reliquae templi sculpturae, vt *Jollois* aliique viatores referunt; quum templum Tentyriticum omnium maxime conseruatum appareat: clarum est, credo, templum Tentyriticum cum Zodiacis suis famosissimis non ante Christum annis 1700, vel 2200, vel 4200, vel 5200, imo potius anno 37 post Christum inchoatum vel absolutum fuisse secundum suam inscriptionem astronomicam certissimam.

III. *Conclusio.*

Vix opus est memorare, inscriptionem nostram Tentyriticam multa confirmare, quae supra de astronomia Aegyptiorum mathematica et apotelesmatica, de symbolice astronomica atque de ratione astrorum obseruationes exprimendi hieroglyphica disputauimus. Huc spectant primum diuisiones Zodiaci in 12 signa, in Hemisphaeria, Signa (Lin. A.), Stationes ☽ (Lin. H.); diuisiones signorum in 3 Decurias (Lin. C. G.), in 5 Horia, in 12 Dodecatemoria (Lin. G.), in 30 Moeras seu Gradus. Porro vidimus, vt veteres tradiderunt, Zodiaci signa aliasque partes exprimi naniculis cum dominis suis aliisque personis nec non planetis per coelum vectis maiores maioribus, minores minoribus. Hinc numina potiora insignibus distinguuntur ab inferioribus, vt Oecodespotae et planetae sceptro et cruce ansata. Item nouimus, planetas iisdem symbolis et imaginibus exprimi atque dominos diuisionum Zodiacalium, qui iisdem planetis subiecti sunt, vt sequens tabula luculentius docet. Porro signa bina eidem planetae adscripta astronomi discernunt imaginibus Trigonodespotarum adiectis. Etiam non omittitur memorare, qui planetae inter sese adspiciant ratione trigonali, tetragonali, atque sextili. Hinc, quod multi momenti est, notari vidimus, an planetae sint progressiui, aut retrogradi; quo in loco fuerint statiui; quot gradus recesserint, eiusque generis alia. Quod vero grauissimum est, negari nequit, planetas et numina zodiacalia ipsis respondentia exprimi iis figuris humanis, iis animalibus, vegetabilibus, artefactis aliisque rebus singularibus, quas veteres singulis planetis adscripserunt. Tabula sequente habes numinum inscriptionis Tentyriticae potiorum symbola [17]).

Planetae	*Symbola*	*Loca inscriptionis*	*Significatus*
☉	Discus alatus	D. 2. 4. 6. cet.	Planeta in ♈
	Discus oculatus	E. 4.	Planeta et Oecodespota ♌
	* Discus cum Kneph serp.	F. 3.	Decanus ♍
	Discus	C. 2. 4. seq.	Tetragonodespota ♎
	Discophorus sacerdos	C. 37. b. B. 35. d.	Planeta in ♈
	Leo	A. 4. a. C. 37. a.	Trigonodespota ♈
		B. 35. a.	Item
	Leontocephala	P. 4. a. b. c.	Dom. stat. ☽ in ♌ (11.)
	Aries quatuor capitibus	A. 4. d.	Planeta in ♈
	Pschent siue rex	F. 34.	Decanus ♍

17) Symbola tabulae sequentis astronomica, quae in Zodiaco Taurinensi (Tab. III. Tab. II. 1.) atque in Geographico Taurinensi (Tab. II. 2.) veniuntur, asterisco notata sunt, quippe nouo monumento confirmata.

Planetae	Symbola	Loca inscriptionis	Significatus
☉	Mneuis taurus	A. 5. a.	Trigonodespota ♈
	Osiris cum flagello et inhibitorio	O. 4.	Dom. stat. ☽ in ♌ (11)
	* Accipiter (cum disco)	G. 27. a.	Trigonodespota ♁
	* Hieracocephalus	G. 12.	Trigonodespota ♁
☽	Discus falcatus cum oculo	E. 11.	Planeta in ♌
	Scarabaeus	H. 11.	Planeta in stat. 11.
		E. 14.	Tetragonodesp. ♒
	Leontocephala	B. 3. 4. 8. 11. 12. 13. 15. 16. 17. 19; F. 8.	Oecodespota et Trigonodespota ♋
	* Isis mulier	A. 9. 7. 1.	Stellae ♍ ♌ ♒
	Eadem cornigera	B. 36. b.	Moera ♋
☿	Cynocephalus simius	A. 1. a.	Trigonodespota ♒
		C. 32. a.	Trigonodespota ♎
		A. 3. d; C. 33.	Stella ♐ et ♎
	Canis vertagus	A. 11. a.	Trigonodespota ♏
		B. 36. a.	Trigonodespota ♍
	Vertagociput	E. 14. a.	Trigonodespota ♒
		A. 2. e.	Oecodespota ♊
	Accipiter	E. 9.	Planeta in ♈
	Accipiter anthropocephalus	F. 31.	Oecodespota ♍
		A. 6. a.	Trigonodespota ♎
	Hieracocephalus	F. 3. 30.	Oecodespota ♍
		A. 10.	Stella ♓
		B. 35. c; C. 37. c.	Planeta in ♁; Decur. et Hor. ♋
		C. 26. a.	Trigonodespota ♎
	* Ibis	A. 1. e.	Stella ♒
	* Ibicephalus	E. 8.	Planeta et Horion in ♁
		E. 10.	Moera ♁
		A. 2. 4. 5. 6. cet.	Stella in ♒ ♊ ♐ ♈ cet.
		C. 15.	Trigonodespota ♎
	Iao, Harpocrates, labia digito tenens	A. 2. a; C. 36. a.	Trigonodespota ♎
		A. 8. a.	Trigonodespota ♋
	Pannus aurarius	D. VIII.	Trigonodespota ♎
♀	* Accipiter	G. 14.	Planeta in ♈
	* Hieracocephalus	A. 5. d.	Planeta ib.
		C. 32. g.	Oecodespota ♎
		C. 26. 27. 28. 29.	Oecodespota ♎
		A. 10. a.	Trigonodespota ♓
		A. 1. 4. 6. cet.	Stellae in ♒ ♈ ♎ al.
	Discus falcatus cum oculo	G. 28.	Decuria ♈

Planetae	Symbola	Loca inscriptionis	Significatus
♀	Discus cornutus in capite Veneris	D. VIII. col. B. 19.	Oecodespota ♎ Stella, aut Trigonodespota ♋
	Discophora cornuta Isis mulier	B. 36. b; A. 10. b.; E. 12; 1. 4.	Oecodespota et Moera ♋; Stella ♓ et ♌
	Isis mulier	C. 28; F. 2.	Dodecatemorion ♎; Trigonod. ♍
		C. 4. 6. 8.	Oecodespota ♎
		E. 14. c; A. 1. c.	Tetragonodesp. ♒; Stella ib.
	* Eadem adorando	E. 7.	Planeta in ♈ et Decuria ♈
		A. 4. b; A. 7. e. al.	Stella ♈ et ♌
	Eadem genubus inflexis	F. 4. 33.	Horion ♍
	Puer labia digito premens	A. 9. a. 8. a.	Trigonodespota ♍ et ♋
♂	Vipera serpens	B. 23; F. 6.	Planeta in ♋ Trigonodespota ♍
	Vipera erecta	B. 2. 10; F. 6.	Tetragonodesp. ♋ Trigonodesp. ♍
	Ophiocephala	E. 15. b. b; G. 32.	Trigonodespota ♐; Stella ♍
	Ophiocephalus	E. 5.	Oecodespota aut stella ♈
	* Crocodilocephalus	G. 8.	Tetragonodespota ♈
	* Corpus decapitatum	A. 8. e.	Planeta in ♋
	Corpus pedibus adunitis	F. 30.	Trigonodespota ♍
		A. 12. a.	Trigonodespota ♑
	Aries	A. 4. d.	Oecodespota ♈
	* Criocephalus	G. 27. 4.	Oecodespota ♈
	* Stella marina	G. 3. a., 5. a., 7. a., cet.	Oecodespota ♈
	Astrophora Neitha	G. 3. 5. 7. cet.	Oecodespota ♈
	Neitha	C. 2.; G. 1.	Tetragonodespota ♎; Trigonod. ♈
	Eadem Vranophora	E. 14. gg.	Horiocrator ♈
	Phtha pileo piroformi	A. 11. e.	Oecodespota ♏
	Vultur	D. 1. 3. 5.	Oecodesp. Trigon. Tetrag. ♈
♃	* Sacerdos	A. 6. d.; C. 36. c.	Planeta in ♎
		A. 10. d.; 3. a. b.; C. 29. b.; G. 2.; C. 3.	Oecodespota ♓; Trigonodespota ♐; Horiocr. et Moera ♎; Trigon. ♈ et ♎
		A. 2. b.; 3. e.; 5. g. al.	Stellae ♊ ♐ ♈ al.
	Criocephalus	G. 4. 6. 10.	Trigonod. vel Tetrag. ♈
	Vraeus	C. 17. 19. F. 5. a.	Planeta in ♎; Dodecat. ♍
	* Batrachocephalus	E. 15. a. a.	Oecodesp. ♐ et Decur. ♌
	* Palmae folia	A. 3. b.; 10. a.; B. 35.	Oecodesp. ♐; Tetrag. ♓; Tetr. ♎
	* Pschent, vel rex	F. 34.; C. 13.	Trigon. et Dodec. ♍; Trig. ♎
	Pileus pinnatus Osiridis (?)	B. 36. c.	Planeta in ♎
	Sagittarius	A. 3. d.	Oecodespota vel stella ♐
♄	* Penna struthionis passim in pileo Dei Deaeue	D. 1. 3. 5.; G. 29.	Trigonodespota ♈; Hor. Dodec.
		A. 12.; C. 32.; E. 14. e.	Moera ♈; ♓; ♎; Trigon. ♒

Planetae	Symbola	Loca inscriptionis	Significatus
♄	Pileo, nec non flagello et meliloto insignis Typhon	C. 27.; E. 14. d.	Decan. ♎; Oecodespota ♒
	Crocodilocephalus, etiam brachio minaci	A. 1. f.; A. 12. e.; al. A. 9. d.	Oecodespota ♒ et ♑; Moerae Planeta in ♍
	Scapus loti	C. 26. 27. 28.; E. 14. 15.	Decanus ♎; Trigonod. ♒ et ♐
	Boa constrictor	F. 9.	Planeta in ♍
	Sphinx	F. 5. 32.	Moera ♍
	Cistae sepulcrales	G. 1. a. seqq.	Trigonodespota ♈
	Puer labia digito premens	A. 7. a.	Trigonodespota ♌
*	Vultur	D. 6. 7. 8.	Trigonodesp. aut Tetragonodesp. ♈

Sunt et alia numina minoris momenti in tabula nostra, de quibus partim supra dictum, partim certi aliquid praedicari nequit, priusquam plura eius generis scripta astronomica inter se comparata fuerint, vt de Topis, stellis singularibus aliisque. Iam de his planetarum symbolis multa confirmantur Zodiaco etiam nostro Taurinensi.

Denique et hoc negari nequit, quod veteres tradunt, duobus aut ternis planetis certa nonnulla simulacra, animalia, vegetabilia et alia esse communia, id Zodiaco Tentyritico confirmari. Sic vidimus hieracocephalum exprimere nunc ☉, nunc ♀, nunc ☿; Harpocratem nunc ♄, nunc ♀ et ☿; pileum conuenire tum ♂, tum nonnunquam ♄ et ☽. At nouimus, licet difficillima videatur haec ambiguitas, ea nihil fere impediri scriptorum astronomicorum explicationem. Aegyptii enim ipsi curarunt partim aliis symbolis distinctiuis adiunctis, partim contextu et electu symbolorum astronomicorum, ne certa quaedam planetae imago pro alius symbolo sumi posset. Sic vidimus accipitrem significare tum ☉, tum ♀; ergo Lin. G. accipitrem aut ☉ aut ♀ interpretari licet. At quum ☉ supra disco alato exprimatur; clarum est, ☿ omisso, accipitrem hoc loco, vt supra Lin. A. 5., ♀ significare. Sic pileus in capite dei omnino pro ♂ symbolo sumi posset. At contextus docet, quo eiusmodi personae referendae sint. Itaque iam facilius nobis erit, nouo apparatu munitis, ac nouis viribus instructis, ad alia scripta Aegyptiorum astronomica eaque grauissima accedere.

---

§. 5.

Specimen II. ordinis I. Tab. V. a. b.

Sarcophagus Regis Sethi, vulgo Alexandri M., Londini in Museo Britannico asseruatus.

I. *Introductio.*

Inter monumenta antiquitatis Aegyptiacae praestantissima, quibus Museum Britannicum abundat, sarcophagus dictus haud dubie primum locum occupat. Etenim hoc monumentum eminet

magnitudine et mole summa, quippe 6 fere vlnas longum, 4 fere altum; inscriptionum vbertate et elegantia, lapidis duritie et pretio, quippe e marmore, quod dicitur, Breschio *(breccia verde)* fabricatum, politura et conseruatione eximia atque antiquitate maxima. Color lapidis huius, in Aegypto inter Nilum et mare rubrum reperti, est varius, nunc fuscus, nunc viridis, nunc alius; qui color varius ☿ tribuitur peculiaris (II. §. 52. p. 195.). Superficies inscripta constat 100 pedibus quadratis, atque continet 21700 figuras hieroglyphicas, et quod excurrit. Delineatio inscriptionum (Descript. de l'Eg. Vol. V. Pl. 40. 41.) debetur Iomardio, V. Cl., quae, vt praesente sarcophago vidi, si a paucis discesseris, optime consentit cum autographo. Hicce Sarcophagus regius inuentus fuit a Francogallis in expeditione Aegyptiaca anno 1799 Alexandriae in basilica, nunc *Moscea St. Athanasii.* Arabes, etsi magna veneratione hoc monumentum habuerint, eo tamen in balneis vsi sunt, vt foramina 10 in lateribus sarcophagi infra ad fundum facta testantur (Vid. Tab. V. a. Lin. Z. a. Lat. J. X. S. F. M. P.). Post pugnam Abukiricam hoc monumentum pacto in Angliam transuectum fuit. Quum Alexandriae repertum esset, exstitit opinio, id esse Alexandri Magni sarcophagum; quae opinio libris adeo diuulgata est. *Champollion* j. vero, qui multa coniectura assequi studuit, putauit, nomen regis in sarcophago insculpti esse *Athout*, *vel Arthout amatum ab Hercule*, eumque dicit ad dynastiam Manethonis XX, quam anno 1279 ante Ch. imperare coepisse putauit, pertinere [18]), quibus in coniecturis non minus egregie falsus est. Quamquam enim dynastia XX. regem quendam *Athothin Phusenen* continet, hoc tamen nomen differt ab *Arthout amato Herculis.* Accipitrem enim Champollion interpretatur *a* vel *ar*, quae ☿ auis potius hoc loco significat *Sethum*, ☿ cognomen, vt infra apparebit. Quem deum vero pro Hercule sumsit, is ipse est ☉, quatuor palmae foliis insignitus (II. §. 50. p. 174.). Ergo Sethos (☿) cognominatur potius amatus ☉, quod ☿, filio ☉, sane conuenit. Ceterum Athothis, quem Champollion ad nostrum sarcophagum retulit, regnauit circa annum 1170 ante Ch. e chronologia Champollionana; at infra apparebit, nostrum regem in sarcophago dicto sepultum paene 500 annis antea fuisse natum. Quod inscriptiones sarcophagi Brittannici attinet, sic in variis lateribus dispartitae sunt (Vid. Tab nost. V. A—Z atque imaginem sarcophagi Lin. Z. a.). Latus exterius ad caput defuncti continet Lineas A, B, C, D, E, F. Latere opposito sunt G, H, I. Latus exterius dextrum habet supra versus K, L, M, infra N, O, P. Latus denique sinistrum continet supra Lineas Q, R, S; infra ad pedes T, V, X. Intus vero habentur Z iuxta caput, Y iuxta pedes. Iam pergamus ad inscriptionis huius astronomicae interpretationem.

II. *Explicatio.*

In oculos incurrit, agi hic de septem planetarum locis. Eadem enim est ratio inscriptionis Tentyriticae atque nostrae. Hinc 7 illae diuisiones A B C, D E F, G H I, K L M, N O P, Q R S, T V X septem planetarum imagines continent. Scilicet ternis lineis vnius planetae locus describitur, atque areae Y Z Horoscopum exhibent. Haud difficile erit, praefinire, quibus in locis agatur de singulis planetis. In latere capitis potiori non potest non agi de ☉ et ☽ quippe planetis potioribus. Reapse Lin. D. 15 cernitur nauis cum scarabaeo, ☽ symbolo, vt in Zodiaco

18) Champ. Lettre II. a Mos. le Duc de Blacas d'Aulps Par. 1826. p. 112. 110. 111. Tab. V. no. 18. a. b.

Tentyritico (Lin. O. 11); quare hac parte agitur de ☽ in certo Zodiaci signo inter certas stellas constituta. Lin. C. apparet nauis cum criocephalo discophoro, ☉ symbolo, vt in Zodiaco Tentyritico (A. 4); quare hic de ☉ loco in ♈ agitur. Ceterum eadem nauis cum iisdem personis quinquies alias repetitur (Lin. H, L, O, R, V) atque diserte vocatur Lin. R. 20. a. et Lin. V. 5. a. (nauis = ϣ, circulus = ⲣ, lineola = ⲁ) ϣⲉ ⲣⲁ, ϣⲉⲛⲣⲁ, *lignum* seu *nauis solis*, ita vt negari nequeat, hanc esse ☉ nauem, seu signum ☉ illo tempore continens. Hinc videbis, cynocephalum et Harpocratem, ☿ symbola, Solis nauem praecedere Lin. R. 1. 19; Nemesin, pennis struthionis insignem, seu ♄, Solis nauem praeire Lin. O. 7. e, vt alias (Zod. Tent. Tab. IV. Lin. E. 14. e., Zod. Taur. Tab. II. 1. ♊); Neitham mulierem Martialém mutilam, brachiis carentem, seu ♂ (p. 196.), Solis nauem praeire Lin. V. 4. d; arietem, seu ♃ (p. 198.) Solem praeire Lin. H. 4. Ex quo sequitur, de ☿ agere Lin. R, de ♄ Lin. O., de ♂ Lin. V, de ♃ Lin. H, de ♀ denique, quum sola ♀ solaque Lin. L cum accipitris (♀) specie (no. 5.) supersint, Lin. L accuratius disserere. Caeterum Isidis (♀) figurae Y et Z in panno aurario (☿) sedentes significant Horoscopum domum ♀ in Trigono ☿, seu ♎, vt supra in Zodiaco Tentyritico (Tab. IV. D. VIII.) et infra in reliquis scriptis astronomicis. Iam videamus de singulis. Praemonere vero opus est, quas ad leges hanc inscriptionem deinceps explicabimus.

I. Septem inscriptionis nostrae partes dictae (A B C, D E F, G H I, K L M, N O P, Q R S, T V X) sunt septem Zodiaci signa suis cum Oecodespotis, Trigonodespotis, passim Tetragonodespotis, hinc cum Decuriis, Horiis, Dodecatemoriis, Moeris, nec non stellis singularibus, quibuscum planetae singuli septem coniuncti apparuerint anno dicti regis natali.

II. Septem Aegyptiorum planetae (☉ ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄) Simulacris suis expressi cernuntur nauibus in mediis (Lin. C. D. H. L. O. R. V), vt in Zodiaco Tentyritico. Figurae retrospicientes sunt planetae retrogradi.

III. Vbi nauis cum ☉ simulacro reperitur repetita, ibi locus planetae cuiusdam describitur, veluti Lin. H. L. O. R. V.

IV. Quum plures naues zodiacales vno in versu reperiuntur, his planetae indicantur a planeta ibidem primario adspecti ratione △, □ et ✱, vt in Zodiaco Tentyritico.

V. Vbi planetae non exprimuntur nauibus vecti, ibi significantur inter reliquas eiusdem versus personas figuris maxime excellentibus atque subselliis, quibus incumbant, vt accidit in Zodiaco Tentyritico (Tab. IV.). Exempla sunt Lin. N, 4. T, 15. H, 4.

VI. Quae figurae singulis septem in lateribus ab initio positae gerunt sceptrum potentiae, vt in Zodiaco Tentyritico, eae significant Oecodespotas signorum, quibus planetae ibidem depicti speciatim insint.

VII. Iuxta Oecodespotas proxime positi sunt vbinis Trigonodespotae, hinc Tetragonodespotae eorundem signorum. Hinc sequuntur Decuria, Horion, Dodecatemorion, denique Gradus, quibuscum planeta adscriptus coniunctus fuerit. Figurae Gradum, siue Moeram, sequentes sunt stellae eiusdem longitudinis, de quibus egit veterum Myriogenesis (p. 29), vt vidimus in Zodiaco Tentyritico.

VIII. Figurae eiusdem habitus pluries deinceps repetitae non valent nisi vnam personam, siue Oecodespotam, Trigonodespotam, Tetragonodespotam, siue Decanum, Horiocratorem, Dodecatemorium, Moeram, vt in Zodiaco Tentyritico.

IX. Quum planeta quidam occupet Decuriam et Horion, aut Horion et Dodecatemorion, aut alias binas partes eidem domino subiectas; tum duo aut plura Zodiaci illa segmenta, vni eidemque numini adscripta, vna tantum figura exprimuntur. Id enim potissimum egerunt astrologi Aegyptii, vt personas apotelesmaticas ante oculos ponerent, quae variis Zodiaci in particulis efficaces cooperari viderentur cum planetis; quare licuit sane veluti ♂ Decanum et ♂ Horiocratorem, quum planeta in vtriusque finibus versetur, vno tantum ♂ symbolo indicare. Eandem rem habuimus in Zodiaco Tentyritico.

X. Planetarum symbola inter reliqua Signi numina ita sunt constituta, vt, quum numeres deinceps has personas, nunc a fine, nunc ab initio versus tamquam Moeras, habeas gradus, quibus planeta distet aut a fine signi, aut ab eius initio, vt in Zodiaco Tentyritico.

XI. Planetae, pariter atque domini segmentorum zodiacalium, iis singuli symbolis hic exprimuntur, quae cuique tribuuntur tum a veteribus, sicuti in Pantheo nostro vidimus, tum in Zodiaco Tentyritico (Tab. IV.), Zodiaco Taurinensi (Tab. III.) atque Geographico Taurinensi (Tab. II.).

Itaque legibus quidem his obseruandis facile erit eruere Zodiaci locos, quos occupauerint septem Aegyptiorum planetae ☉ ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄ anno regis nostri natalitio.

☉ *in* ♈ *Lin. C. (H.* 18. *L.* 15. *O.* 8. *R.* 20. *V.* 5.*)*.

Quum ☉ singulis in signis ea imagine delineetur, quae dominis singulorum signorum conveniat; quumque aries ♂ (♈) maxime proprius sit: statim sequitur, ☉ (Lin. C. rel.) versari in ♈. Reuera numina, ibi cum ☉ in naui, vt infra l. l., constituta, sunt stellae ♈, vt Zodiacus Tentyriticus (A. 4. b. c. e.) et astronomi veteres testantur (I. §. 25. p. 31. ♈). Praeterea, vt infra videbimus (Tab. VI. F. VII. D. B.), dominus signi ♈, quippe ♂, significatur serpente et tecto, ♂ symbolis. Quum enim Lin. O. 8. e. fingatur ☉ in domus specie, reliquis in locis sub serpente, quasi tectum praestante; sequitur serpentem illum Oecodespotam ♂ valere, cum quo ☉ versetur. Ceterum signum ♈ ad Trigonum ☉ pertinet, qui quidem Trigonodespota ☉, disci serpentiferi seu Knephi figura exprimitur infra (Lin. L. 15. a. H. 18. a.) in prora nauiculae solaris. Accuratius vero ☉ locus definitur per singulas ♈ partes (Lin. C. 1—14.) Scilicet primariam huius Lineae personam valent quatuor capita calua, vt infra (Lin. T. 15.), ♂ symbola, quippe Oecodespotam. Oecodespotam praecedit vipera cum stella, ♂ sacra (p. 62.), quippe Trigonodespota, quam antecedit sacerdos (♃) cum laqueo (♄ p. 181.) Tetragonodespota. Ergo his figuris exprimitur ♈ signum, quod solum habet ♂ Oecodespotam cum ☉ ♂ ♃ et ♄ *Trigonodespota et Tetragonodespotis.* Itaque ☉ vere tunc temporis in ♈ versabatur.

Iam ex lege VII. post Oecodespotam quaerendi sunt minorum segmentorum zodiacalium domini. Hinc habes (Lin. C. 7.) post Oecodespotam Decanum ☉ Criocephalum ad ☉ planetae habitum (C. 13. e.) accommodatum atque hinc (C. 8.) Isidem (♀ ☽). Iam vero in ☉ Decuria non est Moera ☽, Dodecatemorion ☉, Horion ♀ praeter 12°. Ergo ☉ versatur in ♈ gradu 12. Iam cum ex lege X. numeres huius versus figuras inde ab initio vsque ad ☉ locum (C. 13. e.) habes 11 partes vel gradus Signi a ☉ superatos. Sane imaginem ☉ praecedit Isidis cornigerae imago (p. 134), quippe Moera ☽ (12°), quo locus ☉ supra inuentus confirmatur. Itaque longitudo ☉ = ♈ 11° 30′.

☽ *in* ♑ *Lin. D.*

Apparet ☽ scarabaei (Tab. IV. O. 11. p. 193.) imagine expressa in nauicula, cuius domina est Rhea (Tab. II. 2. ♒), Venus Vrania ♄ (matrona cum solio adscripto), Trigonodespota vero ☽ (scarabaeus minor). Ergo ☽ versatur in ♑, ♄ Domo, ☽ Trigono. Iam ☽ praecedunt tres viperae (♂ Tab. IV. B. 23. p. 197.), quae decuriam ♂ in ♑ (10°—20°) significant; sacerdos ♃ (Tab. IV. C. 36.) quater repetitus, Horion ♃ (8°—15°); quem sequuntur Hieracocephali (♀ Dodecatemorion) atque Moera ♂ (10°) viperis expressa. Sin Moeras numeres ex lege X. inde a 1—15 seu ☽ imaginem; inuenies denuo, ☽ esse in ♑ 10° medio. Quum vero ☽ sit partim in Decuria ♂ (0°—10°), partim in Dodecatemorio ♀ (10°—12° 30′); clarum est, ☽ inter vtriusque partis fines versari. Ergo longitudo ☽ est accuratissime ♑ 10° 0′.

☿ *in* ♈ *Lin. R.*

Imago ☿ (no. 1.) Harpocrates digito labia premens, vt supra (Tab. IV. C. 35.) apparet serpente ♂, quasi naue vecta, vt reliqui planetae. Ergo ☿ cum ☉ (Q. 11.) est in ♈. Figurae planetam ☿ atque Oecodespotam sequentes sunt partes ♈ (ex lege VII.), quarum in finibus ☿ versatur. Hinc habes Decuriam ♂ (2—5), Horion ♃ (5—9 Pschent), Dodecatemorion ♂ (10—13), Moeram ♂ 1° (14—17). Praeterea ☿ ipso in versus initio positus est, ex quo denuo apparet, ☿ versari primo ♈ in gradu. Quae prima ♈ Moera ♂ conuenit; qua de causa Harpocrates ☿ in capite gerit scarabaeum ♂ (R. 1.). Ceterum eaedem ♈ partes exprimuntur Lin. S. Secundo enim versus loco, vt in reliquis obseruatur, positus est Oecodespota ♂ (S. 2—10 vipera ♂), praecedit ♃ sacerdos (S. 1.) Trigonodespota. Ergo cogitandum de ♂ Domo in ♃ Trigono, h. e. non de ♏, sed de ♈. Post Oecodespotam sequuntur denuo Trigonodespota ♈, quippe ♂, Phtha claudicans (S. 11—14), hinc Tetragonodespota ♂ (S. 15—19), hinc Decuria ♂, Neitha claudicans (20—23), hinc Horion ♃, sacerdos (24—29), hinc Dodecatemorion ♂, Crocodilocephalus (30), denique Moera ♂ (1°), Crocodilocephalus claudicans. Praeterea idem signum ♈ repetitur Lin. Q. cum Oecodespota ♂ (2—7), Trigonodespota ♄ Sate (1), Tetragonodespotis ☉ et ♃ (8. 9), ita quidem, vt longitudo ☉ (11), qui cum ☿ eodem in signo versetur, denuo (vt Lin. C.) accuratius definiatur. Apparet enim iisdem in ♈ partibus, gradu 12 medio.

♀ *in* ♓ *Lin. L.*

Imago ♀, accipiter, vt in Zodiaco Tentyritico (Tab. IV. G. 14.), apparet Lin. L. 5. a. Oecodespota ♃ et Trigonodespota ♂, quibus aries consecratus erat (Tab. IV. G. 27. Tab. V. H. 4.), exprimi videntur arietibus 1 et 2 Iouem, 3 et 4 Martem. Probabilius tamen est, quatuor arietes, insignibus ♃ conspicuos, solum ♃ Oecodespotam; hamos sequentes (L. 5—13), cum ♂ symbolis capite et cultro (II. §. 19. p. 197.), ♂ Trigonodespotam significare. Quum vero accipiter sub initium versus appareat post Oecodespotam, vt vidimus de ☿ (Lin. R. 1.); sequitur ♀ primo ♓ in gradu versari. Huc spectant haud dubie scarabaei L. 1—4. Quum ♀ enim est in ♓ 0°, versatur cum Moera ♃ (1°), Dodecatemorio ♃ (0°—2° 30′), atque Horio ♀. Hinc scarabaei hoc loco ♀ planetam exprimunt, quippe ☽ fere aequalem (p. 161. col. 68.), coniunctam cum ♃ Moera (L. 1. ariete) et ♃ Dodecatemorio (L. 2. ss.), qua ratione item ☿ longitudinem vidimus indicatam

(R. 1.). Hinc ex lege VIII., quum eaedem figurae pluries repetitae vnam personam astronomicam valeant, atque ♀ scarabaeus insideat arieti sub versus initium (L. 1—4); sequitur denuo, ♀ versari in parte ♃, seu Moera ♓ prima. Itaque longitudo ♀ est = ♓ 0° 30′.

♂ *directus in* ♍, *indirectus in* ♌, *Lin. V.*

Duplex exstat hoc in versu (proxime a ☉) ♂ imago, altera prospiciens (n. 3.), altera vero respiciens (n. 4.), qua quidem ♂ recessus, vt supra (Tab. IV. C. 19. 36.), significatur. Crocodilus enim, etsi ♄ et iam significet (p. 196. 198.), non nisi ♂ exprimit, cum, vti hoc loco, pileum et caput detruncatum fert, ♂ symbola (p. 197.). Iam Oecodespota et Trigonodespota et Tetragonodespota Signi, in quo ♂ versatur recedens, significantur Lin. T. Habes enim primum hic (T. 15.) caput caluum, ♂ symbolum vt alias (V. 3. p. 196.), basi impositum, quae ex lege V. planetam indicat. Hinc eodem in versu sub finem apparet Leontocephala (☉ p. 148.) sceptrophora (T. 20.), quae ex lege VI. Oecodespotam significat. Ergo ♂ indirectus, postquam antea stationalis fuerat ibidem, apparuit in ☉ domicilio, nimirum ♌. Cuius signi Trigonodespota et Tetragonodespota, personae Oecodespotae dignitate fere pares, ibidem exprimuntur Neitha serpentifera ♂ (T. 19. col. Tab. IV. E. 15.) atque Iside cum serpente ♀ Meisi (p. 167. col. Tab. IV. B. 11.) in capite (T. 18. 17.). Iam si pergas ex lege VII. personas inde ab Oecodespota referre ad Decuriam, Horion, Dodecatemorion et Moeram, quibuscum ♂ in ♌ coniunctus fuerit, haec invenies. Leontocephalam Oecodespotam praecedit Neitha cum ♂ (p. 196.) vipera, Decuria ♂ (20°—30°), simul Horion ♂ (24°—30°); deinde Isis cum ♀ Meisi (p. 195. Tab. IV. F. 11.), Dodecatemorion ♀ (22° 30′—25°); denique Leontocephalus ☽ (p. 148. Tab. IV. B. 4.), Moera (25°). Itaque longitudo ♂ est: ♌ 24° 30′. Quum vero Personas huius versus ex lege VIII. numeres inde a fine vsque ad planetam, habes 5 Moeras, quarum ante vltimam ♂ apparuerit. Hinc habes eandem atque diximus ♂ longitudinem (24° 30′ a ♌ 0° = 5° 30′ vsque ad ♍ 0°). Ceterum et infra Lin. X. idem locus ♂ in ♌ indicatur. Iam vero quum ♂ directus fuerit in ♌, Sole in ♈ constituto; inde sequitur ♂ retrocedere coepisse in ♍. Versatur autem ♂ in ♌ constitutus eodem in Tetragono cum ☽, ♒ occupante. Hinc Lin. V. iuxta ♂ collocata est nauis cum ☽ symbolo scarabaeo (2. b. col. D. 15.). Vtraque nauis communem habet ♀ Tetragonodespotam. Nam instrumenta (3. e. b.) ♀ significant infra (Tab. IX. A. 5.), atque Isis femina (2. c. e. col. D. 4.) clara est. Hinc vtraque in naue addita sunt ♃ Trigonodespotae symbola, scilicet Pschent (3. a. f. Tab. IV. F. 34.) et palmae folia (2. a. f. col. H. 5.), quibus ♂ et ☽ loca indicantur accuratius. Porro ♂ in ♍ adspicitur ratione □ a signis ♐ ♓ ♊; ergo ♂ et ♀ (♓) eodem in Tetragono versantur. Hinc nauis est appicta cum ♀ symbolo (2. d.), capite naophoro (Tab. IV. D. VIII. Tab. VIII. Lin. V. h.). Vtraque in naui huius Tetragoni domini cernuntur ♃ (4. c. e.) sacerdos (p. 197.) et ♀ (2. c. e.), Isis mulier. Quum idem cadat in nauem cum ♄ symbolo (1. c.), penna struthionis (Tab. IV. 14. e. p. 198.), sequitur ♄ aut in ♐ aut in ♊ versari. Iam vero nauis ♄ est in Trigono ♂, vt capita calua (1. a. e.) testantur, quod pertinet ad ♐; ergo ♄ in ♐ obtinet idem Tetragonum atque ♂ in ♍ et ♀ in ♓; de quo infra. Quod reliquas figuras his in nauiculis conspicuas attinet, iis reliqui Trigonodespotae et Tetragonodespotae indicantur Signorum, in quibus planetae dicti versentur. Sed haec sufficiunt. Claret enim, cur hoc in versu

variae naues cum variis planetis coniunctae fuerint. Quod ♀ symbola attinet bis repetita (1 b. 2. d.), eo indicatur, ♀ ita fuisse collocatam, vt non solum a ♂ in ♍, sed etiam a ♂ in ♌ adspiceretur ratione □; ex quo sequitur, vt supra vidimus, ♀ inter ♓ et ♒ locum habuisse, ita vt altera eius pars ad ♒, altera ad ♓ pertinere videretur.

♄ *in* ♐ *Lin. O.*

Quemadmodum infra (Lin. V.) agebatur de loco planetae, proxime a ☉ positi; ita hic agatur necesse est de planeta in naui proxima ☉ (O. 7.). De pennis vero struthionis (7. b.), ♄ symbolo (col. V. 1. c. Tab. IV. E. 14. c.) supra dictum. Dominus nauis, in qua ♄ est, facile sceptro cognoscitur (7. d.), cuius habitus (Tab. IV. C. 36.) sacerdotalis ♃ domum (♐ ♓) indicat. Prorae nauis, vt infra (Lin. V.) Trigonodespotam indicant, quare ♄, in Trigono ☉ leonis (O. 7. a. h.), versatur in ♐. Hinc eadem in naui indicati sunt sacerdos ♃ (7. g.), et vipera ♂ (c.) et Phtha vinctus ♂ (f.), quippe Trigonodespotae ♐ reliqui. Et supra vidimus, eodem ♐ in signo ♄ poni Lin. V. 1. Quemadmodum vero infra (Lin. V.) agebatur de planetis adspectu □, ita hic agitur de planetis adspectu △, vt ternae naues testantur. Iam vero ♄ in ♐ adspicitur ratione △ a ♂ in ♌, atque a ☉ in ♈. Hinc habes ♂ Phtha (6. e.) atque ☉ Hieracocephalum (5. e.). Personae cum ☉ et ♂ collocatae iisdem in nauibus sunt Trigonodespotae et Hexagonodespotae ♃ (6. b. d. f. g. 5. a. f.) ♂ vipera (6. c. 5. b.), ☉ leo (6. a. h.), vti praecedente in naui (O. 7.). Ceterum naui No. 5. id etiam indicatur, ♄ cum ♀ in ♒ esse adspectu ✱, de quo nolimus fusius disputare. Iam accuratius indicatur ♄ locus Lin. N. Facile primum cognoscitur ♄ symbolum, basi constitutum (N. 4.), vti reliquis planetis accidit. Eadem aue infra (Tab. VII. D. 2.) ♄ exprimitur. Non minus clare apparet ibidem Oecodespota Signi, in quo ♄ versatur, quippe ex lege VII. sceptro distinctus sacerdos ♃ (N. 1.), iuxta Trigonodespotam et Tetragonodespotam eodem habitu insignes (N. 2. 3.). Ergo ♄ versatur in domo ♃ (♐ ♓), Trigono et Tetragono ♃, quod non cadit nisi in ♐. Idem Signum Lin. P. indicatur per sacerdotes ♃ (1—7.), quippe ♃ Oecodespotam (1. 6. 7.) Trigonodespotam ♄ Isidem Rheam (2.) et Tetragonodespotam ☿ seruos inclinatos, vt in Zodiaco Taurinensi (Tab. II. sig. ♍ et ♊). Quaeritur, quum in ♐ Decuriae ☿ ☽ ♄ sint, quanam in Decuria ♄ versetur. Ex lege VII. post Oecodespotam ponuntur deinceps Decuria, Horion, Dodecatemorion, Moera. Iam Lin. N. 5—8. habes, vt infra (P. 2.) imaginem Isidis Rheae, vel Athoris, vel Asonis ♄; ergo ♄ Decuriam in ♐. Quum ♄ Decuria praecedat ☽ Decuriam in ♐; post hanc Asonem etiam indicantur (N. 9—11.) ☽ symbola, cornua bubula (p. 134.). Decuria ♄ continet Horia ♂ et ♄, de quibus Horion ♂ significatur figuris (N. 9—12.), quippe Phtha pedibus iunctis notissimo (O. 6. e; 7. f.). Horion ♂ continet Dodecatemoria ♂ et ♀, quorum primum ex lege IX. iisdem ♂ figuris exprimitur. Denique Dodecatemorion ♂ constat Moeris ♃ et ♂, quorum prima sacerdotis ♃ habitu (N. 13—16.) indicatur. Eadem ♄ loca exprimuntur Lin. P. Hinc etiam imago ☉, Criocephalus (P. 26.) repetita, quo innueretur, vti Tab. VI. B. 8. D. 3., hic quoque locum planetae describi. De Oecodespota et reliquis ♐ patronis (P. 1—7.) dictum. Quas personas sequuntur figurae ♄, vt inscripta nomina Amenti, siue Osiridis inferni, testantur, ad indicandam ♄ Decuriam. Figurae Phthas solemnes ibidem (8—11.) indicant Horion et Dodecatemorion ♂, vt supra. Denique (P. 12.) etiam Moera ♃ (29°), vt supra

(N. 13. ss.) indicatur. Itaque negari nequit, locum ♄, secundum astronomum nostrum, tum temporis fuisse in gradu 29° ♐, siue ♐ 28° 30′. Hinc denique ex lege X. symbola ♄ planetae ita collocata sunt inter ♐ Moeras, vt penultimum locum, tamquam penultimum gradum occupare cernerentur. Sic Lin. N. post ♃ personam (1—3.) exstat ♄ auis (4.); Lin. P. post Oecodespotam, licet pluribus figuris expressum (1—7.), sequuntur nomina ♄, seu Serapidis (8—11.).

♃ in ♒ *Lin. H.*

Quum supra habuerimus ☉ (C.), ☽ (D.), ☿ (R.), ♀ (L.), ♂ (T.), ♄ (N.); sequitur, de ♃ agere, quae sola superest, Lin. H. Profecto ibi ♃ symbola aries (p. 197.) et palma (Tab. IV. A. 3.) apparent et quidem, vt reliquis planetis accidit, subsellio quodam posita. Quum ♃ cum reliquis planetis non fuerit in eodem △ aut □, quo spectarunt naues Lin. O et V, scilicet ♈ ♌ ♐ ♍ ♓ ♊ ♋ ♎ ♏ ♉; iam claret, ♃ in ♒ versari. Incipit autem Lin. H. imagine ♃ (capite sacerdotis tribus cum clauis (V. 4. c. e. Tab. IX. A. 6.) et ♂ (corpore Phtha cum nomine ipso), quippe Trigonodespotae et Tetragonodespotae; quemadmodum reliquis in versibus praecedunt domini Trigoni et Tetragoni Oecodespotam. Vtique vero ♒ Trigonodespotam ♃, Tetragonodespotam ♂ habet. Hinc Oecodespota tribus pateris exprimatur necesse est, quippe figuris post illas positis iisque maxime insignibus praeter planetam. Iam ex ordine legitimo (lege VII.) sequuntur Decuria ☽ (discus cornutus Tab. IV. E. 11. (♒ 20′—30°), Horion ♂ (aries Tab. IV. G. 27. (♒ 20°—25°), Dodecatemorion ♃ (palmae Tab. IV. A. 3. (25°—27° 30′) Moera (26°) ♀ (accipiter Tab. IV. A. 5. G. 14. al.). Ergo ♃ ita constitutus est, vt partim gradum ♒ 26, partim 25 attingat radiis. Et hinc ♃ symbolum palma (H. 5.) quinto loco positum est, quo, vt reliquis in versibus vidimus, quintus huius signi gradus a fine indicatur, cum planeta coniunctus. Itaque longitudo ♃ est ♒ 25° 0′. Ceterum Linn. G. et I, pariter atque supra A. B. E. F. alias Zodiaci partes exprimunt, vel stellas ♒.

Horoscopus ♎ *Lin. Z. Y.*

Facile cognoscitur Isis ♀ (mulier symbolis notis. Tab. VIII. A., VI. X.) Oecodespota cum ☿ (panno aurario p. 195.) et ♄ (alis p. 200.) Trigonodespotis ♎.

Computatio temporis.

Iuuabit ante omnia breuiter recolligere, quae de locis planetarum iuuenimus.

☉ *(C.* 13. *e. H.* 18. *f. L.* 15. *f. O.* 8. *e. R.* 20. *f. V.* 5. *g. et Q.* 11. *O.* 5. *e.)*
locus = ♈ *gradus* 12mus *(0ª* 11° 30′*)*

Zodiaci partes.	*Loci inscriptionis.*
Domus ♂ (♈ ♏)	C. 13. Tectum V. 5. O. 8.
	H. 18. Serpens R. 20. L. 15.
	C. 3—6. Capita calua.
	Q. 2—7. Aedificia et viperae.
Trigonum ☉ ♃ ♄ ♂ (♈ ♌ ♐)	C. 1. Sacerdos cum laqueo.
	C. 2. Vipera cum stella. Q. 3.

Zodiaci partes.	*Loci inscriptionis.*
Trigonum ♄ ☉ ♃ (♈ ♐ ♌)	Q. 1. Sate, Athor.
	L. 15. a. Discus Kneph. O. 5. Sacerdos.
Adspectu △ ♄ (♎) ♂ (♌)	O. 5. Hieracocephalus.
Inter ♈ stellas	C. 13. H. 18. L. 15.
	O. 8. R. 20. V. 5.
Decuria ☉ (10°—20°)	C. 7. Criocephalus.
	Q. 8. Osiridis insignia
Horion ♀ (6°—12°)	C. 8. Isis mulier.
	Q. 10. Item.
Dodecatemorion ☉ (10°—12° 30′)	C. 7. Criocephalus aut potius
	Q. 9. ☉ Sacerdos.
Moera ☽ (12°)	C. 8. Isis mulier.
	Q. 10. Item.
Post Moeram decimam primam (11° 30′)	C; 1. 2. 3. 7. 8. 9. 10. 11 a. d. e.
	Q. 1—11. 22—11.

☽ *(D. 15. b. V. 1. b. 2. b.) locus* = ♑ *gradus* 10mus (9s 10° 0′).

Domus ♄ (♑ ♒)	D. 16. a. c. Rhea.
Trigonum ☽ (♑ ♉ ♍)	D. 16. d. Scarabaeus minor.
Adspectu △ ♂ (♑ ♍)	V. 1. b. Discus cornutus, aut V. 2. b. Scarabaeus lunaris.
Decuria ♂ in ♑ (10°—20°)	D. 14. Serpens ♂.
Horion ♃ (8°—15°)	D. 10. 11. 12. 13. Sacerdos.
Dodecatemorion ♀ (10°—12° 30′)	D. 8. 9. Hieracocephalus.
Moera ♂ (10°)	D. 8. 9. Serpens ♂.
Post Moeram 10 (10° 0′)	D; 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 14. 15 (a).

☿ *(R. 1.) locus* = ♈ *gradus* 1mus (0s 0° 30′).

Domus (♈ ♏)	R. 1. a. Serpens ♂.
	R. 1. b. Serpens ♂.
Trigonum ♂ (♈ ♌ ♐)	R. 1. c. Serpens ♂.
Tetragonum ♂ (♈ ♋ ♎ ♑)	R. 1. d. Scarabaeus, aut Serpens ♂.
Decuria ♂ (1°—10°) in ♈	R. 2—18. Figurae Phtha.
Horion ♃ (1°—6°)	R. 18. Sacerdos, vel potius Pschent (6 ss. 14 ss.).
Dodecatemorion ♂ (6°—2° 30′)	R. 10—13. Simulacra Phtha.
Moera ♂ (1°)	R. 14—17. Simulacra Phtha.
Moera ♈ prima	R. 1. Initium signi.

♀ *(L. 5. et 1. O. 5. e. V. 2. d. 1. b.) locus* = ♓ *gradus* 1mus (10s 0° 0′).

Domus ♃ (♓ ♐)	L. 14. Aries.
Trigonum ♂ (♓ ♏ ♋)	L. 5—13 Instrumenta ♂.
Domus domicilio ☿ opposita (♓ ♐)	O. 5. c. d. Hieracocephali.
Adspectu □ ♂ regressiui et processiui (♒ ♓)	V. 2. a. f. Palmae et capita ♂.
Adspectu ✱ ♄ et ♂ (♒)	O. 5. b. Serpens ♂.

Zodiaci partes.	*Loci inscriptionis.*
Decuria ♄ (0° — 10°.)	L. 4. Quadratum cum capite.
Horion ♀ (0° — 12°.)	L. 1 — 3. Scarabaei.
Dodecatemorion ♃ (0° — 2° 30′)	L. 2. Aries.
Moera ♃ (1°)	L. 1. Aries.
Initio signi ♓ (0°)	L. 5. a. Accipiter. L. 1. Scarabaei.

♂ (*T.* 15. *V.* 4. *d.* 3. *e.* *O.* 6. *e.*) *locus* = ♌ *gradus* 25tus (4s 24° 0′).

Directus, hinc *Retrogradus* in ☿ domo (♍ ♊)	V. 4. b. f. NB Anubis.
Trigonum ☽ (♍ ♑ ♉)	V. 4. c. f. MNEC Lunus.
Tetragonum ♃ (♍ ♐ ♓ ♊)	V. 4. a. g. Vraeus et Sacerdos 4. e.
Adspectu □ ♀ (♍ ♓ in ♃) Tetragono	V. 4. a. g. Vraeus.
Indirectus: Domus ☉ (♌)	T. 20. Leontocephala.
Trigonum ♂ (♌ ♐ ♈)	T. 19. Neith cum vipera in capite, vel 21 — 25.
Trigono ☉ (♌ ♐ ♈)	O. 6. a. h. Leonis capita.
Trigono ♃ (♌ ♐ ♈)	V. 3. a. f. Pschent.
Tetragono ♀ (♌ ♏ ♒ ♉)	O. 6. b. d. f. g. Sacerdos.
	T. 18. 17. Isis cum serpente ♀, vel 21.
Adspectu △ ☉ (♈) et ♄ (♐)	V. 3. b. e. Instrumentum ♀.
Adspectu □ ♀ (♒)	O. 6. col. 5. 7.
Decuria ♂ (20° — 30°)	V. 3. col. 2.
Horion ♂ (24° — 30°)	T. 19. Neith cum vipera.
Dodecatemorion ♀ (22° 30′ — 25°)	T. 19. Item.
Moera ☽ (25°)	T. 17. 18. Isis cum Meisi.
Post Moeram sextam (24°)	T. 16. Leontocephalus.
	T; 25. 21. 20. 19. 18. 16.

♃ (*H.* 5. 8.) *locus* = ♒ *gradus* 26tus (8s 25° 0′).

Domus ♄ (♒ ♑)	H. 3. 4. 5. Paterae.
Trigonum ♃ (♒ ♎ ♊)	H. 1. 2. Capita ♃ et claui.
Tetragonum ♂ (♒ ♉ ♌ ♏)	H. 1. 2. Corpora Phtha et nomina.
Decuria ☽ (20° — 30°)	H. 3. Discus cornutus.
Horion ♂ (20° — 25°)	H. 4. Aries.
Dodecatemorion ♃ (25° — 30°)	H. 5. Palmae folia.
Moera ♀ (25°)	H. 5. Accipiter.
Post Moeram 5 (25°)	H. 1. 2. 3. 4. 5. aut 1. 3. 4. 5. 8.

♄ (*N.* 4. *O.* 7. *e.* *V.* 1. *c.* *P.* 8. — 11.) *locus* = ♐ *gradus* 29nus (8s 28° 30′).

Domus ♃ (♐ ♓)	N. 3. et O. 7. d. Sacerdos. It. P. 1. 6. 7.
Trigonum ♃ (♐ ♈ ♌)	N. 2. Sacerdos. It. P. 3. 4. 5.
Trigonum ☉ (♐ ♈ ♌)	O. 7. a. h. Leonis capita.
Trigonum ♂ (♐ ♈ ♌)	O. 7. f. Phtha. It. V. 1. a. e. Capita.
Tetragonum ♃ (♐ ♓ ♊ ♍)	N. 1. Sacerdos. It. O. 7. b. g.
Tetragonum ♄ (♐ ♓ ♊ ♍)	V. 1. d. Rhea. Item P. 2.

Zodiaci partes.	*Loci inscriptionis.*
Hexagonum ♂ (♐ cet.)	O. 7. c. Serpens ♂.
Adspectu △ ♂ (♌) et ☉ (♈)	O. 7. e. col. O. 6. e., 5. e.
Adspectu □ ♂ statiui (♍)	V. 1. c. col. V. 4. d.
Adspectu ✱ ♀ (♒) et ♂ (♌)	O. 7. e. col. 6. e., 5. e.
Decuria ♄ (20° – 30°)	N. 5 – 8. Rhea vel Aso mulier.
	P. 8 – 11. Nomina Serapidis.
Horion ♂ (26° — 30°)	N. 9 — 12. P. 8 — 11. Corpora Phtha.
Dodecatemorion ♂ (27° 30′ — 30°)	N. 9 — 12. Item. P. 8 — 11.
Moera ♃ (29°)	N. 13 — 16. Sacerdos. It. P. 12.
Post Moeram primam a fine (28° 30′)	N. 1 (4) P. 5 (26).

Horoscopus = ♎ *vel stella* ♎ *opposita* ☉.

Domus ♀ (♎ ♉)	Y. Z. a. Isis cum sedili et templo in capite.
Trigonum ☿ (♎ ♒ ♊)	Y. Z. b. Linteum ad lanandum aurum.
Trigonum ♄ (♎ ♒ ♊)	Y. Z. Alae.

Quaeritur itaque, quo tempore secundum tabulas nostras astronomicas eadem, aut simillima planetarum constellatio locum habuerit ei, quam ratione hieroglyphica in Sarcophago Sethi regis Londinensi modo expressam vidimus. Quum vero post immensa demum saecula, vel potius nunquam eaedem constellationes recurrant atque nostra historiam Aegyptiacam excedere non possit; negari nequit, obseruationem nostram astronomicam institutam fuisse:

anno 1631 *ante Christum*, *mense Aprili*, *die* 17, *hora* 6 *post meridiem.*

Tunc temporis enim simillima fuit omnium planetarum Aegyptiacorum longitudo, vt sequens tabula docet.

Anno	☉			☽			☿			♀			♂			♃			♄		
1700	8s	24°	53′	5s	10°	30′	2s	26°	45′	1s	1°	47′	7s	29°	15′	6s	12°	30′	4s	20°	3′
60	0	0	27	1	10	43	1	14	26	6	11	31	10	25	1	0	21	46	0	14	6
9	11	29	49	3	20	48	4	11	36	7	16	19	9	12	37	9	3	14	3	20	6
Aprilis																0	7	28	0	3	0
d. 17	3	15	27	10	29	52	2	17	53	5	21	25	1	26	4	0	1	24	0	0	34
Hora 6	0	0	14	0	3	17	0	1	1	0	0	24	0	0	6			1	0	0	0
Helioc.	0s	10°	52′	9s	16°	20′	11s	9°	47′	8s	21°	28′	6s	3°	5′	10s	16°	29′	8s	27°	52′
Geocent.	♈	10°	52′	♑	16°	20′	♈	2°	35′	♒	28°	55′	♍	21°	20′	♒	24°	30′	♑	3°	35′
Aegypt.	♈	11°	30′	♑	10°	0′	♈	0°	30′	♓	0°	0′	♍	24°	0′	♒	25°	0′	♐	28°	30′

Conclusio.

Licet obseruatio nostra paullo accuratius computari possit; in oculos tamen incurrit, nullam esse historiae epocham, qua similior planetarum constellatio locum habuerit. Etiam hoc memorandum, inscriptionem nostram adeo antiquam esse, vt obseruationes in ea traditae paene 3000 annis superent nostras, quibus tabulae astronomicae recentiorum nituntur. Sin astronomi nostri vel minimum in computandis planetarum circumitionibus circum ☉ errarunt; clarum est, tanto temporis spatio eiusmodi errores luculentius apparere comparandis veterum obseruationibus cum

nostris computationibus. Ceterum ipse La Landius computando inuenit, planetarum circumitiones aut minui augeriue subinde, aut certis cyclis variare. De quo fusius infra. Iam inscriptione nostra antiquissima multum lucis historiae chronologiaeque affertur. Inde enim accuratius definire licet, quo tempore antiquissimi Aegyptiorum reges antiquissimaeque dynastiae regnauerint. Nimirum vidimus, omnibus in sarcophagi Londinensis partibus inscripta esse nomina regis Sethi, capitis dynastiae XIX. (Tab. V. a. Lin. Z. b. c.); atque nouimus, in monumentis Aegyptiorum sepulcralibus exprimi planetarum constellationibus eius anni astronomici initium, quo mortuus natus esset. Ex quo consequitur, Sethum regem eiusque sarçophagum non pertinere ad aetatem Alexandri, nati 356 ante Ch., neque ad Athoutum vel Arthoutum, circa annum 1170. a. Ch. regnantem, imo potius ad annum 1631 a. Ch. Hinc etiam clarum est, dynastiam Aegyptiorum XIX. non, vt recentissimi chronologi putarunt, anno 1474. a. Ch., sed 1606, tribus fere saeculis prius regnare coepisse, vt infra videbimus.

Quum haec omnia pendeant ab interpretatione inscriptionis sarcophagi nostri, opus est breviter demonstrare, nos etiam hac inscriptione explicanda tum constanter easdem personas ad eadem numina astronomica retulisse, tum ex legibus praescriptis Planetas, Oecodespotas, Trigonodespotas, Tetragonodespotas, Decanos, Horiocratores, Dodecatemoria et Moeras inter se distinxisse; tum veterum testimonia, quae supra in Pantheo astronomico congessimus, constanter seruasse; denique nos deorum imagines, quas supra in Zodiaco Taurinensi et Tentyritico et Geographico Taurinensi pro certis planetis et numinibus zodiacalibus sumsimus, easdem et hic iisdem numinibus astronomicis tribuisse. Sin veteres recte de numinibus Aegyptiorum disseruerunt, atque Zodiaci Taurinensis et Tentyriticus Geographicumque Taurinense recte a nobis explicita sunt; sane sequitur, hanc etiam nostram Sarcophagi Londinensis interpretationem et quae inde concluduntur, recte se habere. Sequens tabula docet, quas personas pro singulis planetis et Zodiacalibus numinibus sumsimus. Symbola astronomica noua, quae supra in Zodiaco Taurinensi atque Tentyritico et Geographico Taurinensi non habuimus, asterisco notata sunt.

Planetae	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Relationes*
Symbola	Leo	Q. 11.	Planeta in ♈
☉	Leonis caput	O. 6. a. h.	Tetragonodespota ♈
		O. 7. a. h.	Item ♌
	Leontocephala	T. 20.	Oecodespota ♌
	Criocephalus	C. 13. e.	Planeta in ♈
		O. 8. e. P. 26.	It. in ♈
		L. 15. f. al.	It. in ♈
		C. 7.	Decanus et Dodecatempor. ♈
	Discus serpente cinctus	H. 18. a.	Trigonodespota ♈
		L. 15. a.	Item.
		O. 8. e.	Planeta ♈
*	Ra, Re, Sol	V. 5. a.	Planeta in ♈
		C. 6.	It. in ♈

Planetae	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Relationes*
Symbola ☉	Duo oculi	Q. 11.	Planeta in ♈
	* Phtha cum sceptro curuo et flagello	Q. 8.	Decuria in ♈
	* Zom nudus currens, palmam ☉ prae se ferens	X. 21—24.	Oecodespota ♌ (? ♂ Trigonod.)
Symbola ☽	Scarabaeus	D. 15. e.	Planeta in ♑
		V. 2. b.	It. in ♑
		D. 15. d.	Trigonodespota ♑
		L. 1—3.	It. ♓
	Serpentes Meisi cum solio et templo ☽	V. 5. b.	Planeta aut stella ♈
	Serpens Meisi	N. 11.	Decuria ♐
	* Deus Menes	V. 4. c. e.	Trigonodespota ♍
	Leontocephalus	T. 16.	Moera ♌
	Isis mulier	C. 8.	Moera ♈
	It. cornigera	C. 13. d.	It. et stella ♈
	Cornua cum disco	H. 3. N. 9. 10.	Decuria ♒ et Decur. ♐
Symbola ☿	Harpocrates	R. 1.	Planeta in ♈
	Cynocephalus	R. 19.	Planeta aut stella ♈ synanatell.
	Ibis	R. 19. b.	Planeta it.
	Ibicephalus	P. 17—20.	Tetragonodespota ♐
	* Instrumentum ☿ (Npri)	V. 4. b. f.	Oecodespota ♍
	Vertagus (Anb)	N. 19.	Stella synanatell. ♐
	Hieracocephalus	O. 5. d.	Oecodespota ♍
	Accipiter	O. 5. e.	Trigonodespota ♓
	Seruus	P. 17—20. P. 3—5	Tetragonodespota ♐
Symbola ♀	Discus cornutus	V. 1. b.	Planeta in ♒
	Caput Veneris templum ferens	V. 2. d.	Planeta in ♓
	Accipiter	L. 6. a.	Planeta in ♓
	Accipiter assidens	H. 5.	Moera ♒
	Hieracocephalus	D. 8. 9.	Decanus ♑
	Hieracocephalus opposit.	O. 5. c.	Tetragonodespota ♒
		O. 5. e.	Planeta in ♒
	* Instrumentum sacerdotale	V. 3. b. d.	Tetragonodespota ♌
	Isis mulier	C. 8.	Horion ♈
	Eadem cum serpente in capite	T. 17. 18.	Dodecatemorion ♌
	Isis it. cadens	Q. 10.	Moera ♈
	* Scarabaeus	L. 1.	? Planeta in ♓ aut Horion
Symbola ♂	Crocodilus, caput et pileus	V. 3. c.	Planeta in ♌
	Crocodilocephalus	S. 31. 30.	Dodecatemor. et Moera ♈

Planetae	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Relationes*
Symbola ♂	Phtha pedibus manibusque ligatus	O. 6. e.	Planeta in ♌
		O. 7. f.	Trigonodespota ♐
		R. 2—17.	Decanus, Dodecat., Moer. ♈
		H. 1. 2.	Tetragonodespota ♒
		N. 9 - 12.	Horion et Dodecat. ♐
	Idem assidens	P. 8—11. 21—24.	Horion et Dodecatem. ♐ et ? Trigonodesp. ♐
	* Idem claudicans	S. 11—14.	Trigonodesp. ♈
	* Neitha item claudicans	S. 20—23.	Decuria ♈
	Neitha cum variis suis symbolis	T. 21—25.	Trigonodespota ♌
	Eadem cum vipera in capite	T. 19.	Decanus, aut Tetragonodesp. ♌
	Caput caluum	T. 15.	Planeta in ♌
		V. 3. d.	It. in ♌
		V. 1. a. e.	Trigonodespota ♐ et ♓
		V. 2. a. f.	Item
		C. 3—6.	Oecodespota ♈
	* Neitha retrouersa manibus iniunctis	V. 4. d.	Planeta retrocedens in ♍
	Pileus	V. 3. c. (col. R. 14. P. 21.)	Planeta in ♌
	* Cultri	P. 17—20.	Dodecatemor. ♐
		S. 2—10.	Oecodespota ♈
	Serpens venenosus	H. 18. f.	Oecodespota ♈
		R. 20. f.	It. ♈
		L. 15. f.	It. ♈
	It. erectus	C. 2.	Trigonodespota ♈
	* It. ascendens	T. 19.	Trigonod. et Decan. et Horion ♌
	Item erectus	O. 5. b.	Hexagonodespota ♈
		O. 6. c.	It. ♈
		O. 7. c.	It. ♈
	It. proserpens	D. 14.	Decanus ♑
	It. erectus	D. 8—11.	Moera ♑
	It. venenum proiiciens	Q. 3. 5. 7.	Oecodesp. vel Trigonodesp. ♈
	It. cum cultro	S. 2—16.	Oecodesp. ♈
	* It. quatuor capitibus	R. 1.	Oecodesp. Trig. Tetrag. ♈
	Serpens cum caluis capitibus	S. 15—19.	Tetragonodesp. ♈
	* Tectum hastis ♂ nixum	C. 13. e.	Oecodespota ♈
		V. 5. g.	It. ♈
		O. 8. e.	It. ♈
	* Scepti species	X. 13. et l. l.	Planeta et Oecodesp. ♈
	Hamus	X. 18—20.	Trigonodespota ♌
	* Hamus cum caltro	L. 6—13.	Trigonodesp. ♓
	Hamus solus	X. 18—20.	Trigonodesp. ♌

Planetae	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Relationes*
Symbola ♂ *	Aedificium	Q. 2. 4. 6.	Dom. Domus, Trigon. Tetr. ♈
	Scarabaeus	R. 1. b.	Tetragonodespota ♈
		L. 1.	It. ♓
	Stella	C. 2. X. 13.	Trigonodesp. ♈ et Planeta in ♌
	Aries	H. 4. (col. C. 13. e.)	Horiocrat. ♒
Symbola ♃	Aries	H. 3. 4.	Planeta in ♒
		N. 21.	Stella ♐
		L. 1—4.	Oecodespota, et Dodecatemor. et Moera ♓
	Criocephalus	P. 26.	Oecodesp. ♐ simul ☉
	Sacerdos	O. 6. d.	Trigonodespota ♌
		P. 1. 6. 7. 3—5.	Oecod. Trig. Tetr. ♐
		N. 1—3.	It. ♐
		X. 15 - 20. S. 1. O 5. a. f.	Trigonodesp. ♈ et ♒ et ♌
		S. 24—29. O. 6. b. d. g.	It. ♌ Horiocrat. ♈
		O. 7. b. d. g.	It. ♐ et Oecodespota
		D. 10—13.	Horiocrator ♑
		R. 18. P. 12.	Horiocrator ♈ Moera ♐
		C. 1. N. 13—16.	Trigonodespota ♈ et Moera ♐
	Palmae folia	H. 5.	Planeta in ♒
			It. Dodecatemor. ♒
		V. 2. a. f.	Trigonodespota ♒
	Vraeus (aut ♂ serpens)	V. 4. a. g.	Tetragonodespota ♍
	Pschent corona	V. 3. a. f.	Trigonodespota ♌
		P. 6. ss. cum 14. ss.	Horiocrator ♓
	* Clani seu secures	H. 8.	Planeta in ♒
		H. 1. 2.	Trigonodespota ♒
Symbola ♄	Penna struthionis, MHI, Iustitia, Νεμεσις	V. 1. c.	Planeta in ♐
		C. 11. 12.	Stella synanatell. ♈
	Deus pennas struthionis ferens	O. 7. e.	Planeta in ♐
	Sate mulier	Q. 1.	Trigonodespota ♈
	Rhea Aegyptiaca pedibus insidens	V. 1. d.	Tetragonodespota ♐
		D. 15. a. c.	It. et Oecodesp. ♑
	Rhea Isis ♄	N. 5—8. P. 2.	Decuria ♐ Trigonodesp. ♐
	* Phiala sine ansa	H. 3. 4. 5.	Oecodespota ♒ (col. O. 7. e. d.)
	* Auis ♄	N. 4.	Planeta in ♐
	Funiculus	C. 1.	Tetragonodesp. ♈
	Triclinium cum oculo	P. 8—11. 21—24.	Decuria ♐ et planeta in ♐

Haec itaque planetarum symbola, cum eadem supra significent numina, confirmant etiam priorum tabularum explicationem. Quae vero noua sunt, ea, vt videbimus, aliis inscriptionibus confirmantur. Iam nouo hoc apparatu instructo, facilius erit, ad alia inscriptionum astronomicarum exempla pergere illustranda.

---

§. 6.

Specimen III. ordinis I. scriptorum astronomicorum.

Sarcophagus regis Ramessis Meiamon, in Museo Aegyptiaco Regio Parisiis asseruatus. Vid. Tab. VI.

I. *Introductio.*

Si ab Obeliscis discedas, hoc antiquitatis Aegyptiacae monumentum est maximum, quod in Europam sit transuectum. Superat enim et altitudine, et longitudine, et latitudine sarcophagum Sethi in museo Britannico et maxima quaeque Museorum Aegyptiorum monumenta. Quod equidem scio, *Belzoni* primus hunc sarcophagum inuenit positum in hypogeo quodam Thebano (Biban-el-moluk). Vtique huc facit operculum sarcophagi in Anglia repertum. Vidi enim Cantabrigii in Anglia in Museo publico operculum sarcophagi vastissimum eiusdem longitudinis et latitudinis, qua sarcophagus Parisinus est, eiusdemque lapidis et laboris, quod a *Belzonio* transmissum dicebatur. Scilicet Belzonius quum sarcophagum nimis grandem et ponderosum videret, solum operculum abstulit, quippe in tres partes fractum. Ceterum operculum idem Ramessis nomen offert, quod in sarcophago dicto vndequaque inscriptum reperitur [19]). Ergo operculum Cantabrigiense pertinet ad sarcophagum nostrum. Et hoc memoratu dignum, vtrumque monumentum in hypogeo Thebano quinto versus orientem fuisse collocatum. Scilicet idem regis nomen in hypogeo passim inscriptum reperitur. Ceterum egregie haec duabus papyris Taurinensibus confirmantur. Quum enim anno 1827 Taurini versarer atque inter innumera papyrorum fragmenta in cista conseruata partes papyri topographicae inuenissem, contigit mihi papyrum illam e 500 fere fragmentis paene restituere. Haec quidem papyrus continet delineationem areae hypogei Thebani eiusdem, quo sarcophagus dictus cum operculo Cantabrigiensi inuentus fuit. Delineatio quidem haec antiquissima conuenit cum ea, quam Descriptio Aegyptiaca de eodem hypogeo exhibet, atque papyrus a me restituta non solum in camera maxima sarcophagum regium iuxta regis imaginem positum ante oculos ponit, sed ipsum etiam dictum Ramessis Meiamun nomen continet. Denique idem Museum Taurinense illius papyri a me restitutae exemplum licet imperfectum et abruptum possidet, quo non solum idem sarcophagus delineatus est, sed etiam in operculo sarcophagi eaedem figurae expressae cernuntur, quas operculum Cantabrigiense exhibet. Quas quidem ob causas negari nequit, sarcophagum Parisinum cum operculo dicto in hypogeo Thebano quinto repertum fuisse. Hinc probabile, regem in sarcophago nominatum fuisse Thebanum.

---

19) Vide Yorke et Leake Monumens Egypt. du Musée Britannique. London. 1827. Tab. XIV. pag. 21 seq.

Ceterum sarcophagus dictus, quod equidem scio, a Saltio cum reliquis antiquitatis monumentis anno 1827 Parisios transmissus est. Constat ex lapide durissimo, granito rutilo; qua de re non mirum, inscriptiones esse paullo rudiores. Quum anno 1828 Parisiis versarer, liberalissime mihi concessum fuit, huius monumenti capere impressionem papyraceam. Secundum quam quidem impressionem accuratissimam ac nihil fere deteriorem expressione sulphurica tabula nostra VI. a me descripta fuit. Quod attinet inscriptiones sarcophagi, hoc ordine dispositae sunt. Parte interiori sub pedibus A. (Vid. Tab. VI. Lin. Z.) est quadratum A; iuxta, latere B, Linea B B. Ibidem parte superiori exstat quadratum C; iuxta, latere dextro D, Linea D. Sic deinceps reliquae Lineae E F G H I K X Y iis locis dispositae sunt, quibus in delineatione sarcophagi (Z) eaedem literae apparent. Quod aetatem et dynastiam huius regis Ramsis Meiamon attinet, constat e tabula *Bankeria*, anno 1818 Abydi inuenta, vbi hoc nomen catalogum regum dynastiae XVIII. claudit[20]), eum esse inter vltimos dynastiae XVIII. reges. Champollion senior quidem hunc regem inde ab anno 1559 a. Ch. regnasse coniicit; sed mox videbimus, eum 142 annis ante imperium suscepisse.

II. *Explicatio inscriptionis.*

Inscriptio sarcophagi Parisini sex partibus constat. Lineae enim H I K, quae respondent Sarcophagi Londinensis lineis K L M, vnius planetae (♀) locum describunt. Non opus est memorare sex his partibus sex planetas tractari, nimirum, ☿ cum ☉ coniuncto, ☉☽ ♀ ♂ ♃ ♄. Et hoc clarum, tabulas Y et Z, quae eaedem plane sunt in sarcophago Sethi regis, Horoscopum innuere. Facile perspicitur, qui versus agant de singulis planetis. Linea A enim, quae coniuncta est cum B, habet solemne ☽ symbolum, discum cum scarabaeo. Discus ☉ apparet Lin. C, ad quam pertinet D cum ☿ planeta. Lineae H I K, vt supra vidimus, agunt de ♀. Itaque restant ♂ ♃ ♄. Imago ♂ facile distinguitur Lin. G. 1., quippe, vt in sarcophago Sethi, crocodilo et capite Martiali expressa. Non minus excellit ♄, serpens giganteus retrogradus, vt in Zodiaco Tentyritico, Lin. F. 11. Denique ♃ Lin. E. 9. apparet habitu suo solemni, sacerdos foliis palmae insignis. Iam videamus de singulis. Qua in re iuuabit praemonere regulas, ad quas hanc inscriptionem astronomicam explicabimus.

I. In vniuersum hic valent omnes illae leges, quas superioribus monumentis illustrandis obseruauimus, tum de symbolis planetarum et partium Zodiaci, tum de syntaxi elementorum.

II. Sex huius inscriptionis versus sunt 6 signa Zodiaci, quibus planetarum loca per Oecodespotas, Trigonodespotas, Decurias, Horia, Dodecatemoria, Moeras, quibuscum coniuncti apparuerint planetae, describuntur.

III. Figura cuiusque versus maxime insignis planetam significat, alias directum inter stellas fixas, alias indirectum.

IV. Proxima a planeta exstat Oecodespota signi, hinc Trigonodespota, hinc Decanus, hinc Horiocrator, hinc Dodecatemorii dominus, hinc Moera; ita vt Moerae seu gradus quam longissime a planetis reperiantur positae.

20) Salt Essay on Dr. Youngs and Champoll. System. London 1825. Tab. I. Burton et Wilkinson Excerpta hieroglyphica. Edit. Cahiricae Vol. I.

V. Quum certae Moerae, Dodecatemoria aliaeque signorum partes cum planetis coniunctae eundem dominum habeant aut similem natura, vt ♀ et ☽; hinc accidit, vt breuitatis caussa eaedem personae non repetantur, sed in vna figura quasi coniunctae comprehendantur. Contra plures figurae plane eodem habitu insignes non valent nisi vnam personam apotelesmaticam, exceptis iis locis, quibus gradus signi numerantur.

☉ *in* ♈ *Lin. C. D.*

Coniunctus apparet ☉ disco expressus cum solemni ♂ simulacro, deo pedibus manibusque iniunctis Lin. C. 13. e. Ergo ☉ versatur in ♈ aut ♏, ♂ domibus. Ibidem vero additae sunt duae aliae ♂ imagines pares, vt scias, intelligendum esse domicilium ♂ in Trigono et Tetragono ♂. Huc accedit ♄ symbolum, boa constrictor (C. 13. g. h.), quo ♄ Trigonodespota et Tetragonodespota in ♈ aperte indicatur. Eodem spectat ♃ simulacrum, aquam effundentis (C. 13. b. c.). In ♏ enim nullus est ♃ neque Trigonodespota, neque Tetragonodespota, neque Hexagonodespota. Eadem vero ☉ positio indicatur duobus aliis locis (Lin. F. 13. I. 1.), quibus ☉ apparet in domo ♂ inter stellas ♈ vt in sarcophago Sethi (O. V. C.). Nouimus enim, ☉ in ♈ exprimi Criocephalo, naui vecto, serpente ♂ et tecti specie et stellis in ♈ adscriptis (Tab. IV. A. Tab. V. C. 13. O. 8. al.). Itaque primo quidem certum est, quo tempore obseruatio nostra astronomica instituta fuerit, eo ☉ fuisse in ♈. Accuratius iam ☉ locus describitur Lin. D. cum Lin. C. coniuncta. Continet enim partes ♈ seu dominos partium deinceps, vt mos erat, ambitu et dignitate sese excipientes. Habes itaque primum ♂ Oecodespotam (D. 10.) cum Trigonodespota (10. b. c.) et Trigonodespota (9. 11.) et Hexagonodespota (8. 12.), hinc Decanum (7. 6. 5. 4.), hinc Horion et Dodecatemorion (2) et Moeram (1). Corpus decapitatum (D. 10.), vt alias (Tab. II. 1. ♏. Tab. IV. A. 8.) ♂ significat Oecodespotam, aut ♈, aut ♏. Iam genitalia adiecta ♂ vernum indicant (p. 195.), vt scias, cogitandum esse de domo ♂ verna seu ♈. Personae versus ♂ domum conuersae et ad eandem pertinentis sunt ♂ Neitha (10. b. c.), vt alias (Tab. IV. G. 3.), Trigonodespota; ♃ sacerdos (9. 11.) Tetragonodespota, ♂ Neitha (8. 12.) Hexagonodespota. Iam sequuntur quatuor ♂ simulacra (C. 13.) solemnia (4. 5. 6. 7.) annulis (♂) paullo minoribus inclusa, quae non possunt non diuisionem Zodiaci paullo minorem quippe Decuriam ♂ in ♈ exprimere. Quemadmodum enim in Zodiaco Tentyritico maiores naues Signa, minores decurias valent, ita hic maior annulus Signum, minor Decuriam innuit. Ergo ☉ versatur in ♂ decuria (♈ 0°—10°). Figurae adiectae, accipitres anthropocephali, disculus et Criocephalus (☉ in ♈) ☿ locum in ♈ indicant, de quo infra. Itaque sequitur Horiocrator ♀ (D. 2.). Quum enim manus elatae adorationem religiosam exprimant, vt ex multis stelis sculptis constat, atque omnis religio et pietas ♀ adscribatur (I. §. 51. 2. p. 195.); clarum est, hanc adorantis imaginem valere ♀ Horiocratorem (♈ 7° —13°). Quum sequens figura eandem personam repraesentet, quumque vltimo loco posita sit; haud dubie per eam expresserunt Moeram ♀ (10°) in ♀ Horio. Ceterum Moera ♀ cadit in ☽ Dodecatemorion (7° 30′—10°). Hinc ex lege V. supra exposita figura 2, quum ♀ et ☽ cum alia, tum religionem communia habeant, significat quoque Dodecatemorion ☽ in ♀ Horio, ♂ Decuria, ♂ Domicilio. Ergo longitudo ☉ est = ♈ 9°. 30′. Sin numeres figuras in D eodem sensu positas (procedentes) vsque ad ☉ (C), denuo habes 9 Moeras, seu 9 gradus, quos ☉ in ♈ emetitus est.

☽ *in* ♒ *Lin. A. B.*

Symbolum ☽ scarabaeus (A. b. col. Tab. IV. O. 11. G. 33.) apparet in disco, serpente Vraeo, ♃ symbolo, vt vidimus (Tab. IV. C. 17.), circumdatum. Ergo Oecodespota huius signi est ♃ (♓ ♐). Personae secundariae eiusdem nauis sunt ☿ (A. a.), vt Ibis et instrumentum musicum adscripta docent, atque ♀ (A. c.), brachiis expansis, vt supra (D. 1. 2.), insignita. Ergo cogitandum de ♃ domicilio in Trigono ♀, Tetragono ☿, siue de ♓. Praeterea accedunt alia numina ad ♃ duo domicilia distinguenda. Caput enim arietis (d), ♃ symbolum (Tab. V. L. 1—4.), in vanno ipsum significat haud dubie ♃ Domicilium in Trigono ♂ (♓). Instrumentum enim excauatum (g) alias ♂ significat. Itaque ☽ versatur in ♓. Accuratius eius locus describitur Lin. B. Quemadmodum enim Lin. D, ita et hic partes Zodiaci, seu domini partium secundum dignitatem suam deinceps enumerantur, scilicet Oecodespota (7 a. b. c. d.), Decanus (6. 5.), Horiocrator (5), Dodecatemorion (4. 3.), Moera (2. 1.) Figurae 8. 9. 10. 11. 12., seruiunt ad locum ☿ in ♈ accuratius indicandum, vt statim videbimus. Quemadmodum enim in sarcophago Sethi, quippe textu prolixiori, repetitur nauis cum ☉ imagine Criocephalo et reliquis personis in Signis iis, quibus planeta quidam versatur; ita hic sola ☉ imago Criocephalus positione contraria repetitur, vt scias, hic versari planetam. Infra D. 3. et prolixius F. 13. F. 1. eandem rem habemus. Iam sequitur simulacrum ♃ sacerdotis (7), quatuor personis, vt Lin. D. 10., cinctum, quibus Oecodespota ♃, siue in ♓, siue in ♐ exprimitur. Hinc quatuor figurae (a b d e), vt Lin. D. 10, Trigonodespotam in ♃ Domo exprimant, necesse est. Quum corpora decapitata, vt vidimus (Tab. II. 1. ♏), praesertim sanguinem e venis proiicientia (p. 62.), significent ♂; iis exprimitur ♂ Trigonodespota in ♃ Domo. Porro eaedem figurae (a. b. c. d.) inclinatae pinguntur seruorum ☿ (Tab. II. 1.) ad instar, vt scias, cogitandum esse de ♃ Domo in Tetragono ☿. Itaque habemus signum ♓, quo ☽ etiam supra Lin. A. positam vidimus. Sequuntur (B. 6. 5.) ♄ et ♀ simulacra, vt nomina Isidis inscripta, collata cum similibus (X. Z.), atque capilli (p. 198.) docent; quibus numinibus Decuria ♄ (0°—10°) et Horion ♀ (0°—12°) in ♓ significantur cum ☽ coniuncta. Hinc veniunt binae ♃ sacerdotis aquam effundentis imagines (4, 3.), quibus clarum est (col. C. b.), iamui Dodecatemorion ♃ (0°—2° 30′) atque (B. 2. 1.) Moera ♃ (0°—1°). Itaque longitudo ☽ est = ♓ 0° 30′.

☿ *in* ♈ *Lin. D. et B.*

Quum imago ☉ Criocephali (D. 3. et B 8.), vt infra (F. 13. J. 1.), medio in versu repetita sit; clarum est, vt vidimus, agi bis in locis de planetae loco describendo. Quum ☽ ♀ ♂ ♃ ♄ aliis in signis versentur atque ☿ constanter ☉ comitetur; agatur hic de ☿, necesse est. Facile discernitur ☿ planetae imago accipiter anthropocephalus (7, 6, 5, 4. col. Tab. IV. A. 6.), Decuriae ♂ insidens. Ex quo sequitur, ☿ versari in ♂ decuria (0°—10°). Quum hoc in versu (D) actum esset de ☉ longitudine; alio loco accuratius de ☿ agendum erat, quod Lin. B. factum est. Hinc figurae B. 8—12. contra reliquarum ordinem directae sunt. Itaque hic habes primum ♈ Oecodespotam ♂ caput Arietis (A. d. et B. 10.), Trigonodespotas ♂ (A. 13. g. pinnas) et ♃ (A. 13. e. f. sacerdotem). Iam figurae B. 8—12. ordine contrario referendae sunt etiam ad Decuriam, Horion, Dodecatemorion, Moeram ♈, quibuscum ☿ coniunctus esset. Itaque Discus ☉ (B. 8.)

significat Decuriam ☉ in ♈ (10° — 20°), figura prima precantis (B. 9), vt infra (D. 1.), Horion ♀ (7° — 12°), altera (B. 11.) Dodecatemorion ☽ (7° 30′ — 10°), denique caput vertagi (B. 12.) Moeram ☿ (11°). Ergo longitudo ☿ est = ♈ 10°.

♀ in ♓ *Lin. H. I. K.*

Quum horum versuum figurae omnino conueniant cum numinibus ♓ in sarcophago Sethi descriptis; clarum est, etiam inter nostras obseruationes astronomicas ♀ in ♓ fuisse. Est autem hic alius ♀ locus, quam in sarcophago Sethi. Scilicet apparet in parte superiori portae septimae brachium cum disco (K. f.) symbolum ♀, vt Tab. V. Lin. O. 8. i. C. 13. i. al. demonstrat. Iam in fine horum Dodecatemoriorum ♓ apparent singularia ♂ symbola viperae (K. a. 3.), hinc draco ♄ cum ♀ planetae symbolo, cruce ansata (K. a. 2.). Vnde colligitur, ♀ versari in ♓ Decuria vltima (♂ 20° — 30°), Horio ♂ (K. 3. 19° — 28°), Dodecatemorio ♄ (A. 2. 25° — 30°), Moera ♄ (K. 2. 28°). Ergo longitudo ♀ est = ♓ 28°. Denique a principio ♓ vsque ad ♀ (K. f.) numerantur 27 figurae (H = 21. I = 6.), quare longitudo ♀ vere est = ♓ 27° 30′.

♂ in ♍ *Lin. G.*

De ♂ imagine, crocodilo et capite caluo (G. 1.), saepius dictum (Tab. V. Lin. V. 3.). Oecodespota Signi, in quo ♂ versatur, clare expressus est Hori discophori (☿) imagine (G. 26. col. Tab. IV. F. 3.) Ergo ♂ est in ☿ Signis (♍ aut ♊). Iam vero numinum 2 — 13 et 14 — 25. contraria est motio, atque proprium ♂ caput (1. a.) retrospicit. Vnde clarum, ♂ esse regressiuum. Ergo ♂ quum in ♊ esset progressiuus, versatur indirectus in ♍. Huius vero Signi Trigonodespota ♂ exprimitur ♂ stellis (Tab. II. 1. ♈), Tetragonodespotae ♃ et ♀ figuris sacerdotis ♃ et Isidis (25 — 14. 13 — 2). Quum Decuria, Horion et Dodecatemorion cum ♂ coniuncta singularibus figuris non exprimantur; sequitur ex lege V, ea cum numinibus iam cognitis coniuncta esse. Habes itaque Decuriam ☿ (20° — 30°) et Dodecatemorion ☿ (22° 30′ — 25°) in fig. 26. Horion ♂ (21° — 28°) est crocodilus. Caeterum 24 stellae (2 — 25) sunt 24 Moerae ♍, quas ♂ subinde tetigit suo in cursu, quemadmodum Tab. III. et V. vidimus longitudinem planetarum exprimi. Itaque ♂ versatur post ♍ gradum 24 (♍ 24° 30′). Hinc nomen *Osiridis* (1) crocodilo inscriptum Moeram cum ♂ coniunctam valet; et longitudo ♂ in ♃ Moera (25°) est = ♍ 24° 30′.

♃ in ♏ *Lin. E.*

De ♃ simulacro (E. 9.) et nomine solemni, Osiride, satis dictum (Tab. IV. A. 3.). Apparet autem ♃ Osiris sub serpente ♂, vt ☉ (J. 1. g. F. 13. d.). Ergo ♃ in ♂ domo aut ♈, aut ♏ versatur. Iam vero ♃ sedens ac stationarius fingitur, quod, quum ☉ in ♈ est, soli ♃ in ♏ constituto conuenit. Ergo ♃ est in ♏. Eodem faciunt symbola ♂ adiecta (8. 7.). Quum enim contra Oecodespotam conuersae sint illae imagines, vt supra (Lin. D. B.); sequitur, iis exprimi dominos Trigoni, Tetragonique in ♏. Sane haec sunt ♂ symbola, captiui decapitati (8), bellator armatus (7), vt alias (C. 10. Tab. II. 1. ♏). Vtique ♏ habet ♂ Trigonodespotam et Tetragonodespotam. Iam sequitur singularis loci a ♃ occupati descriptio. Facile intelligitur, ♃ positum esse ante tres ♏ decanos (10. 11. 12.) quippe ♂ (12), ☉ (11) et ♀ (10). Etenim de

♂ habitu solemni (12) constat; Leontocephala (11) est ☉, atque Serpens Meisi (13) adiectis ♀ symbolis, crucibus ansatis, ♀ Decuriam denotat. Ergo ex lege IV, supra praescripta, ♃ est in ♀ Decuria (20° — 30°). Eaedem vero Decuriae reperiuntur in altero ♂ Domicilio (♈). Ad quam ambiguitatem tollendam adiectum est ♃ simulacrum sacerdotis (E. 5.), quippe Oecodespotae (quod positio contraria indicat) Signi ♐, vt palam fieret, post Decurias ♂ (E. 12.) et ☉ (11) et ♀ (10) in Domo ♂ (8) Trigoni ♂ (7) atque Horion ♄ (6) incipere Domicilium ♃ (5). Reliquae ♏ partes cum ♃ planeta coniunctae facile inueniuntur. Habes enim (ex lege IV.) primum (6) ♄ Horion captiuis expressum (p. 59. 5.), Dodecatemorion ☿ (4. 3. 2.) accipitrem cum cruce ansata, denique (1) ♄ Moeram (27°), Veneris Vraniae et draconis serpentis specie expressam. Ergo longitudo ♃ est = ♏ 26° 30′. Hinc ♃ (E. 9.) positus est ante tres figuras (12. 11. 10.). quippe tres vltimos ♏ gradus. Ceterum eaedem figurae, quum ♃ in ♏ retrogradus fuerit, indicant partes ♏ antea cum ♃ coniunctas, vt vidimus (Tab. IV. V. al.).

♄ in ♏ *Lin. F.*

De imagine ♄ boa constrictore vt supra (E. 1; K. 2; Tab. IV. Lin. F. 9.) satis dictum. Iam hic draco retro serpens fingitur, ex quo statim sequitur, dato ☉ loco in ♈ 9° 30′, ♄ aut in ♏, aut in ♎, aut in ♍ versari, neutiquam vero in ♈. Accuratius autem Signum, in quo ♄ apparuerit, indicant quatuor ♂ cultri (n. 11.), Oecodespota ♂ in ♏; quatuor ♂ cultri a Neitha gestati (9—6.), Trigonodespota ♂ in ♏; capita et cultri et cistulae sepulcrales ♂ (5—3.) Tetragonodespota ♂. Itaque certum est, ♄ versari in ♏. Quaeritur iam, quum tres sint Decuriae in ♏, scilicet ♂, ☉ et ♀, in quanam ♄ insit decuria. Quum ♄ fingatur (11.) a duabus personis post Oecodespotam primariis teneri; sequitur ♄ ita esse constitutum, vt duas Decurias attingat, earum finibus interpositus. Itaque, quum Isis (12.) significet ♀ atque sacerdos (10.) tum ♃ tum ☉ (p. 191. col. Tab. IV. B. 35.); concludimus, ♄ esse partim in decuria ♀, partim ☉ (♏ 20°). Sin hic est ♄ locus, versatur in ♃ Horio (19°—23°), hinc etiam in ☽ Dodecatemorio (20°—22° 30′), denique in ♃ Moera (20°). Reapse in fine huius versus (2.) cernitur sacerdos ♃ symbolum et Horiocratoris et Moerae, denique (1.) Isis symbolum Dodecatemorii ☽. Sacerdos autem ♃ (2.) prae se fert sceptrum potentiae, vt sciant astrologi, hoc numen, quum et Horiocratorem et Moeram valeat, praeualere ac veluti dupliciter numerandum esse. Itaque longitudo ♄ est: ♏ 20° 0′. Sin dubites, sacerdotem (10.) pro ☉ accipere, res fere eadem manet. Hinc longitudo ♄ est: ♏ 20° 30′. Ceterum ♄ (F. 12. 11. 10.) ita collocatus est, vt habeat post se (retrogradus) 9 gradus (F. 1—9.); ex quo denuo sequitur, longitudinem ♄ fuisse ♏ 20° 30′.

Horoscopus in ♎ Lin. X. Y.

Quemadmodum in Zodiaco Tentyritico et sarcophago Sethi, ita et hic Horoscopus exprimitur Iside (♀), Oecodespota ♎, atque panno aurario (☿), Trigonodespota ♎. Ceterum hoc loco addita sunt vertagus, ☿ symbolum, Trigonodespota, atque flagellum ♂, Tetragonodespota in ♎. Alioquin his figuris Moera ♎ significatur ac stella oriens (p. 54.), quippe ☉ (♈ 9° 30′) opposita. Hinc Decuriam ♀ significat Isis, Horion ☿ vertagus, Dodecatemorion ♄ subsellium (Tab. V. N. 4.), Moeram ☽ Isis, stellam ☉ aut ♂ flagellum (♎ 9° 30′).

III. *Computatio temporis.*

Quo facilius et tutius Zodiaci loca ab astronomo nostro planetis assignata perlustrari possint, iuuabit ante omnia singula inscriptionis effata repetere et colligere.

☉ *(C. 13. a. col. F. 13. e. I. 1. f. D. 3. B. 8.) locus* = ♈ *gradus* 10mus (0s 9° 30′).

Zodiaci partes.	*Inscriptionis loca.*
Domus ♂ (♈ ♏)	C. 13. e. Phtha.
	D. 10. Corpus decapitatum.
	F. 13. d. Serpens ♂.
	I. 1. g. it. et aries.
	I. 1. g. Tectum ♂.
Trigonum ♂ (♈ ♌ ♐)	C. 13. d. Phtha.
	D. 10. a. c. Neitha.
Trigonum ♄ (♈ ♌ ♐)	C. 13. g. h. Serpens ♄.
Tetragonum ♂ (♈ ♋ ♎ ♑)	C. 13. f. Phtha.
Tetragonum ♃ (♈ ♋ ♎ ♑)	D. 11. g. C. b. c. Sacerdos.
Hexagonum ♂ (♈ ♊ cet.)	C. 13 i. k. Caput ♂ caluum.
	D. 8. 12. Neitha.
Stellae in ♈	F. 13. I. 1. a—k.
Decuria ♂ (♈ 0°—10°)	D. 7—4. Annuli cum Mumia Phtha.
Horion ♀ (7°—12°)	D. 2. Sacerdos precans elatis manibus.
Dodecatemorion ☽ (7° 30′—10° 0′)	D. 2. item.
Moera ♀ (10°)	D. 1. it. et figurae 1 — 13., exceptis oppositis (3. 8. 9. 10.).

☽ *(A. b. B. 7. c.) locus* = ♓ *gradus* 1mus (11s 0° 30′).

Domus ♃ (♓ ♐)	A. b. Vraeus ♃.
	B. 7. c. Sacerdos. A. d. Aries.
Trigonum ♀ (♓ ♏ ♋)	A. c. Brachia ♀.
Trigonum ♂ (it.)	B. 7. a. b. d. e. Corpora decapitata.
Tetragonum ☿ (♓ ♐ ♍ ♊)	A. a. Ibicephalus.
Decuria ♄ (0°—10°)	B. 5. 6. Isis Vrania, Trichophora.
Horii ♀ (0°—12°)	B. 5. 6. Isis per se.
Dodecatemorion ♃ (0°—2° 30′)	B. 4. 3. Sacerdos aquam fundens.
Moera ♃ (1°)	B. 2. 1. item.

☿ *(D. 4. 5. 6. 7. B. 12.) locus* = ♈ *gradus* 10mus (0s 9° 30′).

Signum ♈ cum reliquis personis	C. 13. D. 8—12. (Vid. supra ☉).
Oecodespota ♂ (♈ ♏)	A. d. Arietis caput.
	B. 10. item.
Trigonodespota ♂ (♈ ♌ ♐) et ☉	A. g. Pinnae ♂.
	B. 8. Discus.

Zodiaci partes.	*Loca inscriptionis.*
Tetragonodespota ♃ (♈ ♋ ♎ ♑)	A. e. f. Sacerdos.
	B. 8. Criocephalus.
Decuria ♂ (♈ 0°—10°)	D. 4—7. Phtha in annulis.
	B. 10. Caput arietis.
Horion ♀ (7°—12°)	B. 9. Sacerdos precans manibus elatis.
Dodecatemorion ☽ (7° 30′—10° 0′)	D. 11. item.
Moera ☿ (11°)	D. 12. Caput vertagi.

♀ *(K. f. K. 2.) locus* = ♓ *gradus* 28uus (11s 27° 30′)

Domus ♃ (♓ ♐)	I. 22—19. Aries.
Trigonum ♂ (♓ ♋ ♏)	I. 18—10. Hamus ♂ H. K. Valuae.
Tetragonum ♃ (♓ ♐ ♍ ♊)	I. 9—2. Sacerdos ♃.
Decuria ♂ (20°—30°)	K. 3. Viperae.
Horion ♂ (19°—28°)	K. 3. item.
Dodecatemorion ♄ (25° - 30°)	K. 2. Draco ♄.
Moera ♄ (28°)	K. 2. col. K. 16. Draco ♄.
Post 27 gradus (27° 30′)	H; 1—15. a. b. c. d. e. f. I; 22. 21. 20. 19. 18. 1.

♂ *(G. 1. a. retrocedens) locus* = ♍ *gradus* 25tus (5s 24° 30′)

Domus ☿ (♍ ♊)	G. 26. Horus Hieraeocephalus discophorus
Trigonum ♂ (♍ ♑ ♉)	G. 25—2. Stellae ♂.
Tetragonodespota ♃ (♍ ♐ ♓ ♊)	G. 25—14. Sacerdos ♃.
Tetragonodespota ♀ (♍ ♐ ♓ ♊)	G. 13—2. Isis.
Moera ordine 25 ♍ (24°—25°)	G. 25—2. Stellae, Moerae deinceps.
Moera ♃ (25°)	G. 1. Nomen ♃ supra.

♃ *(E. 9. 5. retrogradus) locus* = ♏ *gradus* 27mus (7s 26° 30′)

Domus ♂ (♏ ♈)	E. 9. Serpens ♂.
(cum Decanis suis ♀ ☉ ♂)	E. 10. Meisi, 11 Leontocephala, 12 Phtha.
Trigonum ♂ (♏ ♓ ♋)	E. 8. Corpora decapitata.
Tetragonum ♂ (♏ ♒ ♉ ♌)	E. 7. Bellator Mars.
Post Decuriam ♂ (0°—10°)	E. 12. Phtha ensifer.
Post Decuriam ☉ (10°—20°)	E. 11. Leontocephala.
Decuria ♀ (♏ 20°—30°)	E. 10. Isidis serpens cum ♀ symbolis.
Horion ♄ (24°—30°)	E. 6. Captiui l[illegible].
Dodecatemorion ☿ (25° 0′—27° 30′)	E. 4. Accipiter anthropocephalus.
Moera ♄ (27°)	E. 1. Draco ♄ cum Iside Vrania.
Ante 3 gradus ♏ vltimos (26° 30′)	E; 12. 11. 10.; (1). (2—4). (2 a—4 a).

♄ *(F. 11. retrogradus) locus* = ♏ *gradus* 21mus (7s 20° 30′)

Domo ♂ retrogradus (♏ ♈)	F. 11. 9. Cultri et funes.
Trigonum ♂ (♏ ♓ ♋)	F. 9—6. Neitha cultro insignis.

Zodiaci partes.	*Loca inscriptionis.*
Tetragonum ♂ (♏ ♒ ♉ ♌)	F. 5—3. Capita et alia instrumenta ♂.
Decuria ♀ (♏ 20°—30°)	F. 1. 12. Isis (per metathesin).
Horion ♃ (19°—24°)	F. 2. 10. Sacerdos ♃.
Dodecatemorion ☽ (20°—22° 30′)	F. 1. 12. Isis.
Moera ♃ (21°)	F. 2. 10. Sacerdos cum sceptro.
Gradus 9 ante ♏ finem (20° 30′)	F. 1—9.

Horoscopus = stella ♎ opposita ☉ (♎ 9° 30′)

Domus ♀ (♎ ♉)	X. a. Isis alata Y. b. it. (Decuria ♀).
Trigonum ☿ (♎ ♒ ♊)	X. b. Y. c. Pannus aurarius.
	Y. a. Vertagus (Horion ☿).
Tetragonum ☉ (♎ ♑ ♈ ♋)	Y. a. Flagellum ☉ (stella ☉ aut ♂).
Dodecatemorion ♄ (♎ 7°30′—10°), Moera ♄ (10°)	Y. b. Subsellium, vel alae.

Iam quaeritur, quo tempore eadem, aut simillima planetarum fuerit constellatio. Adhibitis tabulis astronomicis, inuenies, id non accidisse nisi,

anno 1693 *ante Christum, mense Aprili, die* 17, *hora* 6 *post meridiem, siue nocte ingruente.*

Quod testatur sequens computatio licet perfunctoria. Haec enim habes planetarum loca pro illo tempore:

Anno	☉			☽			☿			♀			♂			♃			♄		
1700 a. Ch.	8s	24°	53′	5s	10°	38′	2s	24°	45′	1s	1°	47′	7s	29°	15′	0s	12°	34′	4s	20°	3′
7	11	29	18	6	18	52	0	20	6	4	15	8	8	19	31	7	2	28	2	25	37
Aprilis																0	7	28	0	3	0
d. 17	3	15	27	10	29	52	2	17	53	5	21	25	1	26	14	0	1	24	0	0	34
Hora 6	0	0	14	0	3	17	0	1	1	0	0	24	0	0	6	0	0	1	0	0	¼
(Perturbat.)													(—	10	0)						
Helioc.	0s	9°	54′	11s	2°	41′	6s	3°	45′	11s	8°	44′	6s	4°	57′	7s	23°	56′	7s	19°	14′
Geocent.	♈	9°	54′	♓	2°	41′	♈	14°	10′	♓	22°	50′	♍	26°	40′	♐	0°	10′	♏	23°	0′
Aegypt.	♈	9°	30′	♓	0°	30′	♈	10°	0′	♓	27°	30′	♍	24°	30′	♏	26°	30′	♏	20°	30′

IV. *Conclusio.*

Quum in monumentis regiis, vt vidimus, annus natalis, siue anni natalis dies praecipua astronomice ab Aegyptiis indicari consueuerit; quumque hoc nostro sarcophago variis in locis defuncti Regis Ramessis Meiamuni nomina reperiantur (Tab. VI. Lin. X. Z.): inde sequitur, hunc regem, quem historia Manethonica facit principem dynastiae XVIII. penultimum, anno 1693 ante Christum natum fuisse. Vti[illegible] hoc chronologiae Manethonianae, quatenus dynastiam XVIII. et XIX. tractat, consentaneum est. Nouimus enim regem post Ramessen Meiamunum secundum quippe Sethum natum fuisse anno 1631 a. Ch. Ergo inter natalem Ramsis et Sethi intercesserunt 62 anni, quot circiter etiam Manetho numerat; de quo infra fusius. Itaque hac inscriptione confirmatur partim nostra Sarcophagi Londinensis interpretatio, partim chronologiae antiquissimae correctio et definitio. Quum enim regis Ramessis Meiamuni nomen reperiatur in Tabula Bankesia, qua reges Aegyptii ab antiquissimo inde deinceps enumerantur; iam licet progredi ad anteriores regum Aegyptiacorum dynastias, perperam hucusque a chronologis definitas, rectius defi-

niendas. Ceterum, quum haec omnia pendeant a recta singularum personarum astronomicarum interpretatione, opus est demonstrare, nos personas singulas huius inscriptionis non aliter explicuisse, quam in superioribus inscriptionibus (Tab. II. III. IV. V.). Nova symbola astronomica asterisco notata sunt in tabula sequenti.

Planetae	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Significatus*
Symbola ☉	Discus	C. a.	Planeta in ♈
	Criocephalus	D. 3; B. 8; I. 1; F. 13.	Planeta in ♈
	Leontocephala	E. 11.	Decanus ♏
	Flagellum (simul stella ☉ aut ♂)	Y. a.	Tetragonodespota ♎
Symbola ☽	Scarabaeus	A. b.	Planeta in ♓
	Dea sedili insignis	F. 13. a.	Planeta in ♓ ads. □ ♄ ♏
*	Religiosus brachiis elatis	B. 11; D. 2.	Dodecatemorion ♈
	Dea sine insignibus	F. 1.	Dodecat. ♏
		G. 2—13.	Tetragonodesp. ♑
Symbola ☿	Accipiter anthropocephalus	D. 4—7.	Planeta in ♈
		E. 4—2.	Dodecatemorion ♏
	Hieracocephalus cum disco	G. 26.	Oecodespota ♑. It. Decan. et Dodecat. ♑
	Vertagus	Y. a.	Trigonodespota ♎
	Vertagi caput	B. 12.	Planeta in ♈
	Ibicephalus	A. a.	Tetragonodespota ♓
	Serui inclinati	B. 7.	Item ♓
		E. 5.	Trigonodespota ♏
	Pannus aurarius	Y. X. b. c.	Trigonodespota ♎
	Crux ansata	E. 2—4.	Dodecatemor. ♏ (simul ♀ Dec.)
Symbola ♀	Crux ansata	K. 19—16. 2.	Planeta in ♓
		E. 4—2. 10.	Decanus in ♏
*	Sacerdos brachiis elatis	D. 1. 2; B. 9. 11.	Moera et Horion ♈
*	Brachia elata	A. c.	Trigonodespota ♓
	Dea (alata) sedili et templo insignis	B. 5. 6.	Horiocrator ♈
		Y. X.	Oecodespota ♎
		F. 13. a.	Planeta in ♓ ads. △ ♄ ♏
	Brachium cum disco et flagello	K. f.	Planeta in ♓
*	Caput capillatum in serpente Meisi	E. 10.	Decanus ♏
	Dea sine insignibus	F. 1. 12.	Decanus ♏
		G. 2—13.	Tetragonodespota ♑
Symbola ♂	Caput caluum	G. 1. a.	Planeta in ♑
		F. 3. 4. 5.	Trigonodesp. et Tetragonodes. ♏

Planetae	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Significatus*
Symbola ♂	Caput caluum	C. 13. i. k.	Hexagonodespota ♈
	Deus manibus pedibusque coniunctis	C. 13. d. e. f.	Oecodespota, Trigonodespota Tetragonodespota ♈
	Item qua Mumia	C. 7—4.	Decanus ♈
	Deus ensifer	E. 12.	Item ♏
	* Dea Neith ensifera sine insignibus	F. 9—6.	Oecodespota ♏
		D. 10. 8. 12.	Trigonod. et Tetragonod. ♈
	Bellator	E. 7.	Trigonodespota ♏
	Corpus decapitatum	E. 8; D. 10.	Oecodespota ♏ et ♈
		B. 7. a. b. d. e.	Trigonodespota ♐
	Serpens venenosus	E. 9.	Oecodespota ♏
		F. 13. d; L. 1. g.	Oecodespota ♈
	Hamus cum cultro	I. 10. ss.	Trigonodespota ♐
	Tectum seu aedicula	I. 1. f.	Oecodespota ♈
	* Circus	D. 10. 7—4.	Oecodespota et Horiocrat. ♈
	Portae seu valuae	H. K.	Trigonodespota ♐
	Viperae	K. 3.	Decanus ♐
	Flagellum	Y. a.	Tetragonodespota ♎
	Arietis caput	A. d; B. 10.	Oecodespota et Decanus ♈
	Crocodilus	G. 1.	Planeta in ♍
	Stella	G. 2. ss.	Trigonodespota ♍
	Dea sine insignibus	D. 8. 10. 12.	Trigonodesp. et Hexagonod. ♈
	Culter	F. 11. 9. 5.	Oecodespota ♏ Trig. Tetr.
		E. 7. 12.	Oecodesp. ♏ et Decanus
	* Cista sepulcralis	F. 3—5.	Tetragonodespota ♏
	* Instrumentum cauum	A. 13.	Trigonodespota ♈ et ♐
Symbola ♃	Sacerdos duobus palmae foliis	E. 9.	Planeta in ♏
	Sacerdos simpliciter barbatus	G. 14. ss.	Tetragonodespota ♍
		A. e. f.	Oecodespota ♐ (simul ☿ Trig. ♐) atque ipse planeta retrogradus in ♏
		E. 5.	
		D. 9.	
		B. 7.	Tetragonodesp. ♈ et ♐ Oecod. ♐
		F. 2.	Horion et Moera ♏
	* Sacerdos aquam effundens	C. b. c.	Trigonodespota ♈.
		D. 1—4.	Dodecatem. et Moera ♐
	Aries eiusque caput ♈	I. 19. ss.	Oecodespota ♐
		B. 13.	Oecodesp. ♐
	Pschent	E. 2. ss. I. 21. 20.	Trigonodespota ♃ (planeta in ♏ ante 3° ♃); Oec. ♐
	Vraeus	A. b.	Oecodespota ♐
	Sedile cum oculo (Osiris)	E. 5; G. 1.	Planeta in ♏, Moera ♍
	Palmae folia	E. 9. I. 22.	Planeta in ♏ et Oecodesp. ♐

Planetae	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Significatus*
Symbola ♄	Boa constrictor et cultri	F. 11.	Planeta in ♏
		C. 13. g. h.	Trigonodespota ♈
		E. 1; K. 2.	Moera ♏ et ♐
	Captiui ligati	E. 6.	Horiocrator ♏
	Isis Venus Vrania capillis longis	D. 5. 6.	Decuria ♐
	Mensa	Y. a.	Dodecatemorion ♎

Sufficiant haec specimina ordinis scriptorum astronomicorum, quem primum diximus quique eo a reliquis differt, quod, vti monitum est, loca planetarum prolixius describit atque nauigiis astronomicis abundat. Ad eandem hanc monumentorum Aegyptiorum classem pertinent multae aliae inscriptiones adhuc conseruatae. Exstant enim in Aegypto templa et alia aedificia, quae nunc in lacunaribus, nunc in parietibus; tum internis, tum externis, obseruationes astronomicas, certo quodam tempore historiae gratia institutas, plane eodem modo, atque vidimus, descriptas et insculptas continent. Huc accedunt Catacombae regiae, hypogea et antra manu facta frequentissima, quae, vt designationes viatorum testantur, inscriptiones continent simillimas nostris. Vtinam haec monumenta profecto grauissima ad historiam, chronologiam, mythologiam, astronomiam et philologiam Aegyptiacam omnino corrigendas et instruendas accurate et integre delineata essent. Quod enim recentiores particulas tantum inscriptionum talium astronomicarum descripserunt, eo quidem conferre studuerunt ad vsus moresque veterum Aegyptiorum illustrandos; sed clarum est, e particulis inscriptionum talium intelligi non posse grauissimum inscriptionum arctissime inter se coniunctarum argumentum. Qua de re potius operae pretium fuisset, totum aedificiorum inscriptorum ambitum delineare, omnes ac singulas inscriptionum partes non diuellere, sed coniunctim exhibere. Quod monumenta Aegyptiaca in Europam transportata attinet, in Museis reperiuntur non pauci sarcophagi et mumiarum cistae, quibus obseruationes astronomicae simillimae nostris continentur. Huius generis est sarcophagus regius antiquissimus omniumque pretiosissimus et praestantissimus alabastrites, a Belzonio inuentus, nunc in Museo Splendidissimo *Saonei*, architectae Londinensis, asseruatus. Huc pertinent grauissimus sarcophagus regius Musei Imperialis Viennensis graniteus; alius non minoris pretii porphyrinus a *Saulniero* Parisino ex Aegypto arcessitus; alius in Museo Regis Caroli X. Parisiis; alii in Museis Taurinensi, Lugdunensi, Berolinensi. Spero fore, vt haec monumenta astronomica grauissima aliquando in lucem edantur illustrata. Iam pergamus ad alium scriptorum Aegyptiorum astronomicorum ordinem.

§. 7.

Ordo II. scriptorum astronomicorum. Specimen I.

Monolithus Regis Amosis in Musco Regio Parisino. Tab. VII.

I. *Introductio.*

Ordo hicce scriptorum Aegyptiorum astronomicorum differt a superiori potissimum eo, quod loca planetarum breuius describit. Non enim exhibet omnes ac singulas signi cuiusdam partes, vt stellas singulas, neque pluribus figuris deinceps repetit, sed vna tantum exprimit, paucissimis locis exceptis, Oecodespotas, Trigonodespotas, Tetragonodespotas, Decanos, Horiocratores, Dodecatemoria atque Moeras denique, quibuscum planetaq coniuncti apparuerint. Etiam naues astronomicas aut nullas continet, aut rarissimas. Praeterea hoc peculiare habet, quod omnia Zodiaci Signa tum a planetis occupata, tum vacua ante oculos ponit. Ex quo genere est Monolithus dictus. Pertinet vero hoc templum ex vno lapide, quem granitum, seu syenitam, rutilum nuncupant, excisum ad pretiosissima antiquitatis Aegyptiacae monumenta. Excellit enim magnitudine summa, quippe 6 fere vlnas altus, politura subtilissima, conseruatione perfecta atque styli elegantia. Nullum vidi monumentum adeo pulcrum, figuris adeo recte ac humane delineatis adeoque subtiliter excisis. Vnde clarum est, id artis Aegyptiacae monumentum ad tempora remotissima eaque artium studio florentissima pertinere. Vt amici mihi narrarunt, Monolithus hicce plures ante annos in eo fuit, vt in Europam transueheretur. Quum vero eleuaretur ad nauem onerariam, funes protinus rupti sunt, prae enormi lapidis mole. Quo facto monolithus Amosis in mare decidit atque plures per annos aqua marina oppressus iacuit. Hinc etiamnum passim conchas continet adeo cum lapide concretas, vt nonnisi summa vi adhibitisque instrumentis ferreis a superficie lapidis seiungi possint. Denique anno 1826. Francogallorum rex, Carolus X, quum monolithum dictum dono accepisset, nauem longam bellicam in Aegyptum misit, quae, quum moli lapidis resistere valuerit, feliciter eum e mari protraxit atque in Galliam transuexit. Inde a maris litore hinc monolithus Amosis Parisios transuectus fuit curru fortissimo hunc in finem constructo. Anno 1828, quum Parisiis versarer, liberalissime mihi concessum fuit, huius monumenti capere impressionem papyraceam accuratissimam. Quum haec inscriptiones describendi ratio multis, maxime viatoribus, vtilissima esse possit; dicam breuiter; quo modo in eo negotio versandum sit. Data inscriptione characteribus incisis, aut prominentibus, primum *tota monumenti* superficies charta impressoria, seu glutine carente, quam maxime madefacta contegitur. Opus est, singula folia chartae ita inter se coniungere, vt nuspiam lapis appareat. Hinc scopis setaceis (Bürste) quaeuis inscriptionis pars adeo feritur, vt quaeuis litera expressa clare appareat extrinsecus. Iam inscriptio denuò aliis foliis eiusdem chartae quippe glutine farinaceo illitis contegitur. Quae folia denuo scopis setaceis fortiter pulsantur, donec folia secunda cum primis, inscriptionem ipsam tegentibus, coniuncta appareant. Iam releuare licet chartam ac lapidis tegumentum; praestat tamen, folia relinquere in lapide, donec exsiccata sint. Deficiente charta impressoria, sufficit charta vulgaris glutinata, modo adhibeas feriendo scopas setaceas fortiores. Non dubito, quin, si inscriptionum veterum descriptores hanc nostram rationem adhibuissent,

multo melius esse haberent omnis palaeographia, omnis inscriptionum interpretatio, quin multum operae et olei non perditum esset. Ceterum eiusmodi impressiones non inaccuratiores sunt impressionibus sulphuricis aut gypseis; praestant autem duritie, leuitate et flexibilitate.. Quod inscriptiones Monolithi nostri attinet, ratione lineari Tab. VII. expressas, sic dispositae sunt in quatuor lapidis partibus. Tab. VII. Fig. A. 00. imaginem Monolothi cum quatuor suis lateribus sistit. Parte anteriori, vbi foramen seu cauerna, forte ad animalculum sacrum conseruandum destinata, cernitur, incisae sunt Lateris A. tres areae 1. 2. 3. cum inscriptione suprema (No. 0.). Reliquarum Linearum loca literae et numeri indicant.

II. *Explicatio inscriptionum.*

Non opus est memorare, Monolithum nostrum 13 partibus, vel, quum Lat. A. no. 0. singularis sit Horoscopi descriptio, 12 versibus constare, quibus 12 Zodiaci signa, partim a planetis occupata, cum dominis suis depinguntur. Collatis enim inscriptionibus iam explicitis, in oculos incurrit, etiam hanc argumento esse astronomicam. Itaque quaeritur primum, quae Zodiaci signa singulis in lateribus A B C D et Lineis 1, 2, 3 expressa sint. Et primo quidem clarum est, 12 signa Zodiaci non ordine vulgari, sed astronomica vel astrologica composita esse, nimirum secundum 4 Trigona et anni 3 tempestates. Quouis enim latere tria Signa continentur, quippe quae ad idem Trigonum pertineant. Altitudine autem pari (A. 1. B. 1. C. 1. D. 1.) circum monolithum currunt quatuor Signa, quippe quae eandem tempestatem attinent quadrimestrem. Neque hoc nouum. Vidimus enim, in papyro astronomica Taurinensi (Tab. III.) 12 Zodiaci Signa plane eodem modo, atque hic enumerari. Quae enim in Zodiaco Taurinensi ordine verticali veniunt Signa, ea Trigoni eiusdem sunt; quae horizontali, ea quaterna trium tempestatum Aegyptiacarum menses astronomicos valent. Quod quidem etiam hic locum habere, inscriptio nostra ipsa docet. Videbis enim, lineas B 1, C 1, D 1; B 2, cet. B 3, cet. in columnis marginalibus (0) eadem singulas continere vocabula, praeter vnum. Cernitur enim quatuor in columnis Lin. 1. 0. crux ansata, Lin. 2. 0. tabula solaris, Lin. 3. hamus cum reliquis. Ergo versu 1 omnibus in lateribus (A. B. C. D.) continentur signa primae tempestatis (♀), versu 2 secundae tempestatis (☉), versu 3 tertiae (♄). Quod his hieroglyphicis ipsis confirmatur. Primae enim tempestati (♈ ♉ ♊) praeest ♀ vel ☿, atque ♀ vel ☿ symbolum est crux ansata (Tab. II. ♒ VI. E. 10. col. VII. A. o. b.). Secundae tempestati (♋ ♌ ♍ ♎) vero praestat ☉, cuius symbolum est altare quadripartitum seu Nilometrium (Tab. II. 1. ♌ col. VII. D. 1. a.) Tertiae tempestati (♏ ♐ ♑ ♒) denique ♄, cuius symbolum hamus cum linea fracta et pede (CHB, CHOY Tempus χρονος), vt alias (Tab. VI. K. 7.). Quare tituli tres trium tempestatum hi esse videntur: Lin. 1. ETOI CAI ωρ *haec est diuisio Hori*, seu *verna*; Lin. 2. ETOI CAI PA *haec est diuisio Solis*, seu *aestiua*; Lin. 3. ETOI CAI CHOY *haec est diuisio Saturni* seu *hiemalis*, cet. Iam facile erit definire, quae Signa Zodiaci sigulis in Monolithi nostri locis describantur. Hoc vnum in memoriam reuocari debet, Aegyptios Oecodespotam praetulisse Trigonodespotae, hunc vero reliquis eiusdem Signi numinibus. Hinc, vt vidimus iam supra (Tab. IV. V. VI.), numina signorum potiora (Oecodespotae et Trigonodespotae) sceptro et cruce ansata insigniuntur. Quas quidem ob caussas nos oportebit personas in singulis monolithi nostri versibus potiores et insignitas reliquisque

praecedentes sumere pro Oecodespotis, hinc pro Trigonodespotis. Iam videamus de singulis Zodiaci Signis.

Facillime omnium duo ♂ domicilia dignoscuntur B. 3. a D. 1. b. Apparet enim Phtha ♂ vtroque in loco solemni modo expressus, quippe pedibus brachiisque coniunctis, caluus, subsellio ♂ positus, in tecto ♂, cum nomine suo ΠΤΑ, aliisque symbolis iam cognitis (Tab. VI. C. 13; J. 1.; V. C. 13.). Altera ♂ imago post nomen et ante solium suum habet altare ☉ (D. 1. a. col. Tab. II. ♌), altera Isidis ☽ nomen (B. 3. a; col. B. 2. b.). Vnde clarum, prius ♂ signum esse in Trigono ☉ (♈), alterum in Trigono ☽ (♏). Eodem spectat accipiter (D. 1. a.), Tetragonodespota ☉ in ♈. Reapse prima ♂ domus in Trigono ☉ (D. 1. a. b.) positum est in Triente veris (♈ ♉ ♊); altera ♂ domus cum Trigonodespota ♀ seu ☽ inest Trienti ♄ (B. 3. a.), de quibus iamiam vidimus.

Haud obscurius est signum ♐ (C. 1.). Facillime discernitur ♃ simulacrum, Batrachocephalus, quater repetitum (Tab. IV. E. 15.), cum ♂ Trigonodespota, Aspidicephala, quater repetito. Accedunt nomina ☽ et ♀ Trigonodespotarum superscripta, quippe distinctiua. Altera enim ♃ domus ♐ Trigonodespotas habet ♃ ♄ ☉. Ceterum ♐ signum positum est in Triente verno, ad quem non ♐, sed ♐ pertinent.

Facillime etiam iudicatur de versibus 1. 2. 3. Lat. A. Nam Lin. 1. apparet Oecodespota ☿ Ibicephalus, Esmunus (octo lineolae vid. Tab. II. no. 2. ♊ Sig.) atque Anubis (ΑΝΠ) capite vertagi insignis (Tab. VI. B. 12.), cum Trigonodespota suo ♀ Horo, Hieracocephalo (A. 1. a. d; col. Tab. V. D. 8.). Ergo cogitandum de ♊ cum ☿ Oecodespota et ♀ Trigonodespota. Altera ☿ domus (♍) pertinet ad Trientem aestatis ☉; hic ad Trientem veris ♀. Iam sequitur altera ☿ domus ♍ (A. 2.). Quatuor enim nomina quatuor numinibus inscripta sunt nomina quatuor vasorum Canopicorum, ☿ sacrorum (p. 195. col. Tab. VIII. F. L.). Ceterum quatuor Canopica reperiuntur iuxta mumias, inclusa cistula quadripartita. Cuius generis cistula exstat in Museo Parisino. In papyris vero sepulcralibus, quum funera et processiones funerales depinguntur, cistula illa Canopica ab Anubide, deo capite vertagi, in pompa aut humeris fertur, aut, in vehiculo posita, ab eodem trahitur. Vnde denuo intelligitur, vasa Canopica ☿ esse sacra eiusque, vt infra videbimus, symbola. Ceterum eadem quatuor nomina vnius stellae nomen significant alias (Tab. V. a. Lin. S. 16.). Porro flagellum (Lin. 2. a. b. c. d.), ♂ symbolum, ♂ Trigonodespotam significat (p. 197. Tab. IV. E. 9.). Ergo hoc loco habemus domum ☿ in Trigono ♂, positum in Triente ☉ siue aestatis, nimirum ♍. Sub hoc Signo apparet ♎ Signum. Anus enim (A. 3. b. d.) clare Rheam Aegyptiacam designat ♄ senilem (Tab. VIII. Ar. V.); vascula vero illa praelata, vt infra videbimus (Tab. VIII.), ♂ designant. Eundem ♂ Trigonodespotam exprimunt haud dubie simulacra Neitha (a. c.), quum alias ♂ simili effigie exprimatur (Tab. V. b. V. 4.). Ergo cogitandum de Domo ♄ in Trigono ♂, seu de ♎ signo. Altera enim ♄ domus habet Trigonodespotas ♄ ♃ et ☿. Ceterum ♎ pertinet ad Trientem hibernum, quam ob rem positum est tertio loco, quippe ♄ Triente. Itaque negari nequit exprimi his in locis inscriptionis nostrae haec signa Zodiaci: ♈ = D. 1., ♊ = A. 1., ♍ = A. 2., ♎ = A. 3., ♐ = C. 1. Iam videre opus est de reliquis singularum Tempestatum Signis.

Quum Triens vernus amplectatur signa ♓ ♈ ♉ ♊, quae superioribus inscriptionis nostrae lineis exprimantur; quumque contineantur, vt vidimus, ♈ in D. 1., ♓ in C. 1., ♊ in A. 1.: sequitur, ♉ Lin. B. 1. significari. Reuera Oecodespota ♉ ibi est Aelurocephalus (B. 1. a.) maxime insignis quippe ♀ (p. 195. col. Tab. VIII. Ar. VII.). Eandem ♀ exprimit nomen inscriptum atque praecipue accipiter (col. D. 2. a; C. 2. e. f.). Trigonodespotam in ♉, quippe ♂, exprimit proxime ab Oecodespota solemne ♂ simulacrum, deus manibus pedibusque vnitis (B. 1. b.) Ergo B. 1. significat ♉, in verno Triente.

Quum Triens aestiuus (Lin. 2. A. B. C. D.) constet ♋ ♌ ♍ ♎, atque ♍ signum expressum sit A. 2.; clarum, in reliquis huius versus partibus reliqua Signa ♌ ♋ ♎ contineri. Vtique Som Hercules (D. 2. f.), corpore forti et nuditate insignis (Tab. V. X. 21.), ☉ Oecodespotam in ♌ significat. Alter Ammon (D. 2. e.), quippe ♃, foliis palmae insignis (Tab. VI. E. 9.), valet Trigonodespotam ♃ in ♌. Porro Lin. 2. B. personae primariae sunt Isis (☽) Naophora et Isis (☽) Hedraphora (c. b. col. Tab. VI. F. 13. a. B. 6.), secundaria vero proxima ab ea, sceptro et cruce ansata insignis, quippe Horus Hieracocephalus ♀ ☿ (Tab. VI. G. 26. IV. B. 35), Trigonodespota. Ergo hic habes domum ☽ in Trigono ♀ ☿, siue ♋. Restat denique ♎, domus ♀ in Trigono ♄ (C. 2.). Vtique persona primaria, vt in Signis praedictis, Horus Hieracocephalus (C. 2. e.) est, ♀ symbolum (Tab. IV. C. 32. 26—29.) Altera persona primaria, quippe sceptro et cruce ansata insignis, est Crocodilocephalus (a), ♄ Trigonodespotae in ♎ symbolum. Itaque Lin. 2. exprimit signa aestatis ♋ (B. 2. b. c. et d.), ♌ (D. 2. f. et e.), ♍ (A. 2. a. b. c. d.), ♎ (C. 2. a. e.).

Denique quum Triens hiemis constet ♏ ♐ ♑ ♒ atque, vt vidimus, ♏ Lin. 3. B., ♑ vero Lin. 3. A. exprimantur; concludimus ♐ et ♒ reliquis duobus locis (C. 3. D. 3.) contineri. Vtique C. 3. persona primaria, quippe sceptro et cruce ansate insignis, est Isis Sate, vt supra, duabus figuris expressa. Cogitandum enim de Iside Sate (♄), quoniam post nomen Isidis adiectum est cognomen Sate, CT, ♄ cognomen (II. §. 21. p. 138.). Trigonodespota quidem in ♒ est ♃, Tetragonodespota ♂, quae personae exprimuntur solemni ♂ simulacro (C. 3. e—k.) atque altari seu Nilometrio ♃ (p. 197.) adscripto nomine Osiridis (No. a. col. Tab. VI. E. 9.) Nam ☉ et ♃ vt alia ita et Nilometrium vel altare quadripartitum communia habent (Tab. II. 1. ♌). Denique clarum est, Oecodespotam ♐, quippe ♃, significari sagittario vel sagitta et arcu (D. 3. b.). Eodem modo exprimi vidimus ♐ in Zodiaco Tentyritico (Tab. IV. Lin. A. No. 3.). Trigonodespotae vero in ♐ sunt ♃ ♄ ☉, de quibus ♄ haud dubie exprimitur eadem Isidis Sates Lotophorae (p. 198.) imagine, vt adscriptum nomen Sates, CT, testatur (D. 3. c.).

Iam eo peruenimus, vt sciamus, quibus in partibus Monolithi singula Zodiaci Signa 12 contineantur, quae breuiter repetere iuuabit. Hos enim habemus singulis in signis dominos Domuum et Trigonorum.

A.		B.		C.		D.	
Oecod.	*Trigonod.*	*Oecod.*	*Trigonod.*	*Oecod.*	*Trigonod.*	*Oecod.*	*Trigonod.*
1 ♊ ☿ b. c.	♀ a. d.	♉ ♀ a.	♂ b.	♓ ♃ a.	♂ b.	♈ ♂ b.	☉ a.
2 ♍ ☿ b. c.	♂ a. d.	♋ ☽ b. c.	♀ d.	♎ ♀ e.	♄ a.	♌ ☉ f.	♃ e.
3 ♑ ♄ b. d.	♂ a. c.	♏ ♂ a.	♀ a. Hr.	♒ ♄ c. d.	♃ a.	♐ ♃ b.	♄ c.

Itaque concedendum est, Signa Zodiaci in Monolitho nostro secundum Trientes seu 3 anni tempestates conscriptas esse, licet ordine paulum interrupto. Trientes enim haec deinceps signa continent:

	I. △	II. △	III. △	IV. △
Ver	♓ (C. 1.)	♈ (D. 1.)	♉ (B. 1.)	♊ (A. 1.)
Aestas	♋ (B. 2.)	♌ (D. 2.)	♍ (A. 2.)	♎ (C. 2.)
Hiems	♏ (B. 3.)	♐ (D. 3.)	♑ (A. 3.)	♒ (C. 3.)

Praeterea clarum est, signa Zodiaci etiam secundum Trigona ab astronomo Aegyptio disposita fuisse, exceptis tribus signis. Latus D enim continet Trigonum ♈ ♌ ♐ In reliquis lateribus, certe bina signa posita sunt ad idem triangulum pertinentia. Scilicet quum adspectus △ et □ grauissimi momenti fuerit in astronomia Aegyptiaca; quumque in omnibus, quas vidimus, inscriptionibus astronomicis ratio △ et □ habita fuerit: opus erat, et nostra in tabula Zodiaci Signa secundum Trigona et Tetragona quoque componere. Hinc quidem ordo Triangulorum passim turbatus est. Rem ita se habere sequentia docent. Nimirum vt appareret, qui planetae sint in △ aut □ adspectu, passim in certis Signis alieni quoque Oecodespotae cum planetis collocati cernuntur. Qua in re astronomus Aegyptius ita versatus est, vt legitima in singulis Signis numina, potissimum Oecodespotas et Trigonodespotas, si fieri posset, in auxilium vocaret. Accidit, vt certis Oecodespotis aut Trigonodespotis aliud ornamentum, aut nomen, aut habitus addatur, quo facto eiusmodi personae duos Oecodespotas valent diuersos. Saepius vero diuersa Signa solo numinum principalium ordine mutando exprimuntur, ita vt Trigonodespota secundum alterum ordinem valeat Oecodespotam, quum ille huic praemissus est, quod contra ordinem reliquorum obtinet.

Primo quidem Lat. A., quum soli Oecodespotae cum Trigonodespotis neque vllus planeta contineatur, clarum est, non opus fuisse, haec Signa ordine Trigonali componere. Item, quum Lat. D. signa ♈ ♌ ♐ ab initio secundum Trigona composita sint; sequitur, si noui in eo Oecodespotae additi sint, eos Tetragonorum caussa ingestos esse, de quo infra. Quod Lat. B. attinet, sane non solum Signa ♉ ♋ et ♏, sed etiam, quum alii planetae per △ sese inuicem adspicientes eorumque loci accuratius indicandi essent, ♌ (cum ☿), ♍ (cum ♀) et ♓ (cum ♄) continentur. Quum enim B. 3. a. significet ♏ atque eadem in linea appareat ☿ Esmunus Ibiocephalus, Oecodespota cum sceptro et cruce ansata; clarum est, hunc Esmunum ☿ praecedente ♂ significare ♍ cum ♂ Trigonodespota. Quum vero B. 1. sit ♉ atque ad ♉ Trigonum pertineat ♍; satis intelligitur, cur B. 3. non solum ♏, sed etiam Signum ♍, quippe ad ♉ Trigonum pertinens, indicatum sit per Oecodespotam (B. 3. c.).

Porro quum B. 3. a. significet ♏, quumque ad ♏ Trigonum pertineat ♓ Signum; iam intelligitur, cur ♃ Oecodespota Osiris positus sit B. 2. a. cum Trigonodespota sue ♀ B. 2. d.

Denique quum B. 1. a. ♉ significet, quumque ad ♉ Trigonum pertineat ♑; et hoc intelligitur, cur B. 3. b. positus sit ♄ Oecodespota cum ♂ Trigonodespota B. 3. a. Alioquin ♄, quippe ne ue in ♏ neque in ♍ Oecodespota aut Trigonodespota superuacaneus esset. Iam videa, cur iisdem in Signis plures sint Oecodespotae et Trigonodespotae, quippe planetarum ratione △ dispositorum gratia.

Iam vero et hoc demonstrandum est, nonnulla Signa ita disposita esse, vt palam fieret, quae Signa atque planetae ratione Tetragonorum sese inuicem adspicerent, vel adspectu □ essent. Etenim et hoc grauissimum erat in astronomia Aegyptiaca; et vidimus, id reliquis in scriptis astronomicis constanter indicatum fuisse. Quamuis Lin. C. 2. ♎ significet per Oecodespotam ♀ (No. 2. e.) et Trigonodespotam ♄ (No. 2. a.); clarum tamen est, ibidem, quippe vt supra B. 2. a., in parte opposita versari alium Oecodespotam ♄, qui deus in ♎ vt Oecodespota praeponi non debuisset. Quum vero ♄, cum ♀ (C. 2. e.) Trigonodespota, indicet ♒ atque D. 2. exprimat ♌, cum quo ♒ est in eodem Tetragono; sane hoc loco (C. 2.) non solum ♎, sed etiam ♒ Signum indicandum erat. Ceterum teneri debet, planetas, quum plures in eodem Signo fuerint neque ibidem longitudo plurium accuratius posset indicari, alium in locum transponi debuisse, quo longitudo ipsorum perspicue indicari posset.

Praemissis his succedet, quod huius disputationis subtilis est finis, eruere, quibus in locis tunc temporis, quo inscriptio nostra spectat, septem planetae collocati fuerint. Quamuis enim difficile videatur, inuenire in tot Deorum Dearumque Aegyptiacarum congerie personas planetarum; id tamen, vt statim videbimus, facillimum est. Scilicet vidimus, in monumentis supra explicatis planetas in subselliis positos (Tab. IV. V.) apparere aut alia ratione maxime luculenta et singulari distingui a reliquis Diis zodiacalibus. Quod et hoc loco accidit. Facile enim distinguuntur bases D. 2. g. cum leone (☉), D. 1. d. cum scarabaeo (☽), D. 3. b. cum Neitha (♂), C. 3. b. cum Phtha (♂), C. 2. d. cum Ammone (♃), et accipitre (☿), B. 3. d. e. f. g. cum Iside (♀) cornibus bubulis, D. 2. a. b. c. d. cum accipitre (☿), D. 1. c. cum accipitre (♀), B. 2. e. cum Leontocephala pinnata (♄), B. 1. c. d. cum accipitre anthropocephalo (☿). Praeterea non minus singularis est per retrogradam suam positionem pusilla Nemesis (♄ C. 2. b.). Iam videamus de planetarum locis in vniuersum. Ante omnia iuuabit indicare regulas, ad quas hanc inscriptionem astronomicam explicabimus.

I. Figurae subselliis positae significant planetas iamiam dictos, de quorum symbolis certo constat ex superioribus.

II. Planetarum quorundam symbola bis quaterue repetita vnum eundemque planetam significant, vt Lat. B. area 1. 3., Lat. D. area 2.

III. Quum plura eiusdem planetae symbola diuersis in locis reperiuntur, id est primarium, post quod positio planetae accuratius describitur; reliquis indicatur, qui planetae sese inuicem adspiciant ratione trigonali (△) aut tetragonali (□).

IV. Primaria cuiusuis areae, in qua planeta exstet, persona sceptro aut alio modo distincta indicat Oecodespotam, secundaria item Trigonodespotam Signi, in quo planeta versetur. Iidem Signorum praepositi non adhibentur ad loca planetarum accuratius definienda.

V. Figurae post singulos planetas positae indicant singulorum Signorum Decurias, Horia, Dodecatemoria, denique Moeras, cum quibus planeta coniunctus apparuerit.

VI. Ceterum hic quoque eaedem leges valent, quae superioribus inscriptionibus ac sequentibus conueniunt.

Facillime omnium dignoscitur ♄, quippe Nemesis imagine, penna struthionis, vt alias constanter, (Tab. V. Lin. V. 1.) insignis, nimirum retrogradus. Nulla enim figura praeter hanc

per totam inscriptionem fingitur retrocedens. Versatur aut ♄, vt vidimus, in ♒, cuius post dominum ♄ (C. 2. a.) collocatus apparet. Accuratius vero ♄ positus est inter duos Oecodespotas ♄ et ♃, vel ♒ et ♓. Etenim figurae ♃ (AMN) ☿ et ♂ (C. 2. c. d.) significant ♃ Oecodespotam ♓ per palmae folia, in Trigono ♂ per deum flagelliferum pedibus vnitis, in signis vernis ☿ per accipitrem anthropocephalum (☿) et instrumenta generationis. Ex quo sequitur ♄ esse et in ♓, et in ♒. Haec autem obseruatio statim ☉ locum circiter indicat. Quum enim ♄ per 137 dies retrocedere soleat; inde sequitur, ☉ versari in finibus circiter ♋ ♌ ♍. Reuera ☉ in ♌ apparet, quippe leo Ammon (AMN Lat. D. 2. g.), ☉ symbolum, vt reliqui planetae, subsellio positus, iuxta Deum nudum, Herculem (D. 2. f.), Oecodespotam ♌. Et hic locus ☉ eo confirmatur, quod Signum ♒ (C. 2. a.), quo ♄ Nemesis (C. 2. b.) versatur, atque Signum ♌ cum ☉ planeta ratione Tetragonali collocati sunt (C. 2. A. 2. D. 2. B. 2.) Etenim ☉ in ♌ et ♄ in ♒ sunt in adspectu □.

Non minus clara est ☽ imago, scarabaeo, vt alias (Tab. VI. A.), in basi constituto, expressa (D. 1. d.). Ergo ☽ versatur in ♈, vt vidimus supra de hac area (D. 1.). Et hanc ob causam Signa ♈ et ♌ ratione Trigonali composita. Sunt enim ☽ in ♈ et ☉ in ♌ adspectu △.

Iam facile discernitur in eodem Trigono (D. 1. 2. 3.) simulacrum ♂, Neitha (D. 3. b.), item in basi constituta, instrumentis bellicis insignis atque literis adscriptis CNT (CAI NHIT Sais Neitha). Ergo ♂, quum sit in tertio Signo Trigoni ♓ ♌ ♐ atque cum ☉ et ☽ in adspectu ipsorum Trigonali, versatur in ♐, de cuius signi Oecodespota et Trigonodespota supra vidimus. Quum vero ♂ versatur in ♐; ♂ cum ♄ et ♃ in ♓ atque cum ♀ in ♍, vt videbimus, est in eodem Tetragono (♐ ♓ ♍ ♊), quod inscriptione nostra pariter indicandum erat. Vtique hanc ob causam simulacra ♂ et ♄ et ♃ et ♀ repetita sunt iis inscriptionis nostrae in locis, quibus ratio Signorum Tetragonalis indicatur, nimirum Lin. 3. C. et Lin. 2. D. Etenim ♂ ratione vulgari Phtha pedibus manibusque coniunctis apparet instar reliquorum planetarum basi iacens (C. 3. b.) et recte quidem, vt supra, in Domo ♃ Trigono ♄ per Nilometrium et Osiridis nomen (C. 3. a.) atque Isidem Satem (C. 3. c.) expressis. Hanc quidem ob causam Oecodespotae huius Lineae (C. 3. c. et a.) transpositi sunt. Vidimus enim, ibi proprie ♒ describi per ♄ Oecodespotam (c. d.) cum ♃ Trigonodespota Osiride (a.) atque Tetragonodespotam ♂ (e — k.). Itaque praecedit ♃ Oecodespota ♄ Trigonodespotam, vt indicetur, ♂ in ♐ versari. Hinc denique ♂ symbolum pyramis (D. 2. d.), item in basi constituta, repetitur propter ♄ et ♃ in ♓, a quibus ♂ in ♐ adspicitur ratione □, vt statim videbimus.

Iam nouus planeta apparet in eodem Tetragono constitutus, quippe ♀ (B. 3. g.). Etenim subsellia, vt reliquis in Signis, planetam arguunt atque discus cornutus, vt alias (Tab. IV. B. 36. D. VIII. Tab. V. Lin. V. 1. et hic Lat. C. 2. f.), ♀ indicant. Ergo, quum ♂ in ♐, ♄ in ♓ sint; ♀ versatur in ♍ aut ♊. Vtique Oecodespota et Trigonodespota ♍ cum ♀ coniuncti cernuntur, scilicet Esmunus Thoth Ibicephalus (B. 3. c.) atque ♂ (3. a.), nec non Tetragonodespota ♄ (3. b.).

Quod ♃ locum attinet, adest Lat. C. Lin. 2. d. basis, quae sola ♃ conuenit, nimirum propter caput Iouis palmiferum (p. 197.), vt supra (Tab. VI. E. 9. Tab. V. Lin. V. 2. a. al.) et infra (Tab. VIII. Lin. III. b.), cui reapse nomen ♃ scilicet AMN *Amun* adscriptum est. Iam ex lege

IV. supra indicata figura primaria planetae basin praecedens indicat Oecodespotam Signi, cui insit planeta. Habes hic (C. 2. c.) imaginem ♃ palmiferi cum insignibus generationis vernae atque post planetae basin Horum ♀ (C. 2. e.). Ergo ♃ est in Domo ♃ verni, Trigono ♀, hoc est in ♓. Quum vero ♃ versatur in ♓, inest cum ♀ in ♍ et ♂ in ♐ in eodem Tetragono. Vtique in eadem Linea (D. 2. b.), vt vidimus, cernitur ♀ accipiter, atque ibidem (D. 2. d.) symbolum ♂ pyramis, vt reliquis planetis accidit, in basi posita. Hinc itaque clarum est, cur ♃ hoc loco, nimirum Lat. C. Lin. 2. positus fuerit, scilicet, vt cognosceretur, ♃ (♓) et ♀ (♍) et ♂ (♐) ratione □ se inuicem adspicere. Denique ☿ quaerendus est in Signis ☉ proximis, aut in ipso ♌. Vtique hic (D. 2.) quatuor bases reperiuntur, cum ☿ imagine accipitre (p. 155.). Ergo ☿ cum ☉ coniunctus versatur in ♌. Reuera Lat. B. Lin. 1., vbi ☿ simulacrum solemne (Tab. IV. A. 6. a.) exstat (c. d.) accipiter anthropocephalus, Oecodespota (a) est (☉) Aelurocephalus (p. 146.) cognomine ⲣⲁ *sol*, Trigonodespota ♃ (b) Iouiali Pschent expressus (p. 197.), vt alias (Tab. V. L. 2. 3.). Iam ☿ in ♌ adspicitur a ♂ in ♐ ratione △. Hinc clarum est, cur in Lat. C. 2. d. ☿ (accipiter anthropocephalus) atque ♂ C. 3. b. (Phtha mumia) repetiti fuerint. Nunc satis de locis planetorum in vniuersum. Iam haec habemus planetarum loca: ♄ partim in ♓, partim in ♒ (h. e. ♓ 0° 0′); ♃ in ♓; ♂ in ♐; ☉ in ♌; ♀ in ♍; ☿ in ♌; ☽ in ♈. Priusquam accuratius de longitudine planetarum disseramus, hoc praemoneri debet, quae personae adhibitae fuerunt ad Signa a planetis occupata indicanda, eadem, quippe sceptro et cruce ansata insignes, non adhiberi ad Decanos, Horiocratores, Dodecatemoria et Moeras indicandas, quibuscum planetae coniuncti essent. Itaque sequimur legem V. supra indicatam, ex qua personae *post planetas positae* significant Signorum Decurias, Horia, Dodecatemoria atque Moeras cum planetis coniunctas.

☉ *in* ♌ *Lat. D. Lin.* 2.

De domino Signi ☉ (f) et Tetragoni ♃ (e) satis dictum. Decani ♌ sunt ♄ ♃ ♂, quorum primus exprimitur sue ♄ (d), vt in Sarcophago Sethi (Tab. V. b. Lin. N. 4.). Hinc sequuntur minores ♌ partes in Decuriam ♄ (0° — 10°) incidentes, nimirum ♃ Horiocrator (0°—6°), Iouiale Pschent (c); Dodecatemorion ☿ (2° 30′ — 5°), accipiter (b.), cui ipsi discus solaris impositus est; atque Moera ☽ (4°) discus falcatus ☽ solemnis in capite accipitris (a), quippe vltima ♌ diuisio, in qua ☉ versetur. Ergo ☉ longitudo est (♌) 4ˢ 3° 30′ et quod excurrit paululum.

☽ *in* ♈ *Lat. D. Lin.* 2.

De Oecodespota ♂ (b) et Trigonodespota ☉ (a) vidimus. Sunt autem Decani in ♈ hi: ♂ ☉ ♀, quorum vltimus (20° — 30°), quippe augustiae causa, post dominum Signi exprimitur ♀ accipitre (c). Iam sequitur Horiocrator ♂ (e) satis notus (20°—25°), hinc Dodecatemorion ♂ (f) pari figura (17° 30′ — 20°) hinc denique Moera ♄ (20°) singulari capillamento insignis (g). Itaque longitudo ☽ est = ♈ 19° 60′, vel 0ˢ 20° 0′.

☿ *in* ♌ *Lat. D. Lin.* 2. *et Lat. B. Lin.* 1.

Quum ☿ quasi in fine numinum ♌ (Lat. D. 2.) et ante ☉ positus sit (b); hoc claret, ☿ in fine ♌ ergo in Decuria et Horio ♂ versari, quod accuratius B. 1. e. f. indicatur. Habemus

enim ibi (ex lege V.) post ☿ (d) ♂ Decanum (e), 20°—30°; hinc ♂ Horiocratorem (f), 24°—30°; hinc ☽ Dodecatemorion (f. pileum hamatum col. Tab. II. 1. ♍), 27° 30′—30°; denique ☽ Moeram (28°) pileo ♂ solemni expressam (e). Itaque longitudo ☿ est: 4ˢ 27° 30′.

♀ *in* ♍ *Lat. B. Lin.* 3. *et D.* 1.

De positione ♀ his in locis atque de Oecodespota ☿ (B. 3. c. = D. 1. a.) et Trigonodespota ♂ (B. 3. a. = D. 1. b.) satis disputatum. Sunt autem Decani in ♍ hi: ☉ ♀ ☿. Quum Lat. D. 1. e. f. g. pertineant ad ☽, claret figuras ante ♀ (c) positas spectare ad ♀. Hinc figuris (a) exprimuntur ☉ Decuria per Nilometrium (Tab. II. 1. ♌), ☿ vero Horion, et Dodecatemorion, et Moera (1°) per ☿ accipitrem (a). Ergo ♀ longitudo est: 5ˢ 0° 30′. Ceterum non inepte coniicitur, quum ♀ (B. 3. g.) nullam post se habeat figuram; quumque partim in ♍ (B. 3. c.) partim in ♌ (D. 1. a.) posita sit; ♀ locum habuisse inter ♌ et ♍.

♂ *in* ♐ *Lat. D. Lin.* 3. *atque C.* 3.

Non opus est repetere, quae de Oecodespota ♃ (D. 3. b. C. 3. a.) et Trigonodespota ♄ (D. 3. c. C. 3. c.) disseruimus, cum quibus ♂ (D. 3. b. et C. 3. b.) versetur. Sunt autem Decani in ♐ hi: ☿ ☽ ♄, quorum vltimus (♄) exprimitur (D. 3. d.) captiuo (p. 59. s.) et loto (p. 198.), vt alias (Tab. VI. E. 6.). Ergo ♂ versatur in ♐ 20°—30°. Qua quidem in Decuria sunt Horion ♂ (e. hippopotamus ♐ 26°—30°), Dodecatemorion ♀ (f. Isis precans 25°—27° 30′), denique Moera (g), item pelle auis ♀ insignita (Tab. VIII. No. VII.), seu gradus ♐ 27. Ergo ♂ longitudo est: 8ˢ 26° 30′.

♃ *in* ♓ *Lat. C. Lin.* 2.

De loco ♃ in ♓ satis superque dictum. Sunt autem in ♓ hae decuriae: ♄ ♃ ♂. Iam post ♃ ex lege IV. exstat (C. 2. f.) figura seu corpus ♂ Phthas, manibus, vt alias constanter (C. 3. b. B. 1. e.), iniunctis, quae ♂ Decuriam (20° — 30°) exprimat, necesse est. Quum vero cum Phthas corpore connexa sint symbola a ♂ aliena, quippe ♃ et ♀; sequitur, his partibus exprimi Horion, Dodecatemorion et Moeram in ♂ Decuria, quibuscum ♃ coniunctus apparuerit. Habemus itaque in ♂ Decuria (♓) Horia ♂ et ♄, de quibus illud pariter, atque accidit alias (D. 1. e.), eodem symbolo, nempe corpore Phthas exprimitur. Iam sequitur caput Iouis, capillatura sacerdotali insignis; quo innuitur ♃ Dodecatemorion in ♂ Decuria (22° 30′—25°). Denique in Iouis capite apparet discus cornutus ♀ et ☽ (col. D. 2. a. B. 3. g.), quo Moera ♀ (25°) in ♃ Dodecatemorio exprimitur. Ergo longitudo ♃ est: 11ˢ 24° 30′.

♄ *directus in* ♒, *retrogradus in* ♓ *C.* 2. *B.* 2.

Iamiam vidimus, ♄ locum fuisse eum, vt partim ad ♒ (C. 2. a.) partim ad ♓ (B. 2. a.) spectaret. Et hinc ♄ symbolum Nemesis (C. 2. b.) inter Oecodespotam ♒ atque Oecodespotam ♓ (C. 2. a. b.) collocari debuit. Itaque locus ♄ vix accuratius definiri potuit. Eius enim longitudo erat 11ˢ 0° 0′, vel 10ˢ 29° 60′. Hinc etiam ♄ cernitur (B. 2. e.) inter ♓ et ♒ Oecodespotas ♃ (B. 2. a.) et ♄ (B. 2. f.) Asonem, nullis adiectis personis inferioribus, quippe cruce ansata carentibus.

Quod denique horoscopum attinet (Lat. A. 0.), eundem habuimus in reliquis inscriptionibus astronomicis omnibus, quippe ♎. Oecodespota enim est Isis ♀, insignibus notis (a), Trigono-

despota ☿ (bb), quippe accipiter cum cruce ansata. Eodem spectant symbolum ♃ Pschent Trigonodespotae in ♎, atque discus solaris vraeo cinctus, ☉ symbolum, Tetragonodespotae in ♎. Accuratius vero, vt vidimus, Horoscopus est stella planetae primario opposita. Ergo Horoscopus astronomi nostri erat ♎ 20°, quippe ☽ oppositus.

III. *Computatio temporis.*

Perspicuitatis causa opus est breuiter recolligere, quae de argumento Monolithi Amosis disputauimus, primum quidem de Zodiaci Signis, hinc de planetarum locis:

♈ *Lat. D. Lin.* 1.

Praepositi.		*Imagines.*
Oecodespota ♂	D. 1. b.	Phtha.
Trigonodespota ☉	a.	Nilometrium cum accipitre discophoro.

♉ *Lat. B. Lin.* 1.

Oecodespota ♀	a.	Aelurocephalus.
Trigonodespota ♂	b.	Phtha manibus adiunctis.

♊ *Lat. A. Lin.* 1.

Oecodespota ☿	b. c.	Anubis capite vertagi. Esmunus Ibicephalus.
Trigonodespota ♀	a. d.	Horus Hieracocephalus.

♋ *Lat. B. Lin.* 2.

Oecodespota ☽	c. b.	Isis habitu solemni.
Trigonodespota ♀	d.	Horus Hieracocephalus.

♌ *Lat. D. Lin.* 2. *Lat. B. Lin.* 1.

Oecodespota ☉	D. 2. f.	Zom Hercules nudus.
Trigonodespota ♃	D. 2. e.	Iupiter Amun palmifer.
(Oecodespota ☉	B. 1. a.)	(Aelurocephalus Discus solaris Ra.)
(Trigonodespota ♃	B. 1. b.)	(Pschent Iouiale).

♍ *Lat. A. Lin.* 2. *Lat. B. Lin.* 3.

Oecodespota ☿	A. 2. a. b. c. d.	Nomina canopica.
Trigonodespota ♂	A. 2. a. b. c. d.	Mars flagellifer.
(Oecodespota ☿	B. 3. c.)	(Ibicephalus Esmunus).
(Trigonodespota ♂	B. 3. a.)	(Phtha).
(Oecodespota ☿	D. 1. a.)	(Accipiter Horus).
(Trigonodespota ♂	D. 1. b.)	(Phtha).

♎ *Lat. C. Lin.* 2.

Oecodespota ♀	e.	Horus Hieracocephalus.
Trigonodespota ♄	a.	Crocodilocephalus.

♏ *Lat. B. Lin.* 3.

Oecodespota ♂	a.	Phtha.
Trigonodespota ♀ ☽	a.	Hori et Isidis nomen.

♐ *Lat. D. Lin.* 3. *Lat. C. Lin.* 3.

Oecodespota ♃	D. 3. b.	Arcus et sagitta, sagittatio.
Trigonodespota ♄	D. 3. c.	Sate Rhea Nemesis.
(Oecodespota ♃	C. 3. a.)	(Osiridis nomen, Nilometrium).
(Trigonodespota ♄	C. 3. c. d.)	(Sate Isis).

♑ *Lat. A. Lin.* 3.

Oecodespota ♄	b. d.	Anus Rhea.
Trigonodespota ♂	a. c.	Bellona, Vasa Martialia.

♒ *Lat. C. Lin.* 2. 3. *Lat. B. Lin.* 2.

Oecodespota ♄	C. 2. a. 3. c.	Crocodilocephalus, Sate.
Trigonodespota ♃ ☿	C. 2. c. e. 3. a.	Iupiter phallicus palmifer, Nilometrium.
(Oecodespota ♄	B. 2. f.)	(Rhea Aso.)
(Trigonodespota ♃ ☿	B. 2. a. d.)	(Iupiter sacerdos, Hieracocephalus.)

♓ *Lat. C. Lin.* 1. *Lin.* 2. *Lat. B. Lin.* 2.

Oecodespota ♃	C. 1. a. c.	Batrachocephalus.
Trigonodespota ♂	C. 1. b. d.	Aspidicephala.
(Oecodespota ♃	B. a. C. 2. c. d.)	(Osiris. Folia palmae et Iupiter phallicus.)
(Trigonodespota ♂ ☿ ♀	B. 2. b. c. d. C. 2. c.)	(Isis. Horus. Phtha flagellifer, Socharis.)

Quod loca planetarum attinet, tum in vniuersum, tum in specie minora, haec inuenimus.

☉ *(D. 2 g.) locus* = ♌ *gradus* 4tus *(4s 3° 30′)*

Zodiaci partes.	*Inscriptionis loci.*
Domus ☉ (♌)	D. 2. f. Zom Hercules.
Trigonum ♃ (♌ ♐ ♈)	e. Iupiter Amun.
Adspectu △ cum ☽ (♈)	D. 2. g. col. 1. d. Scarabaeus.
♂ (♐)	col. 3. b. Neith Bellona.
Adspectu □ cum ♄ (♒)	D. 2. g. col. C. 2. a. b. Crocodilocephalus et Nemesis.
	col. B. 2. e. Pennae struthionis.
Coniunctione cum ☿ (♌)	D. 2. a. b. c. d. accipiter.
Decuria ♄ (♌ 0°—10°)	d. Auis Saturnia.
Horion ♃ (0°—6°)	e. Pschent Iouiale.
Dodecatemorion ☿ (2° 30′—5° 0′)	b. Accipiter discophorus.
Moera ☽ (3° 0′—4° 0′)	a. Discus lunaris.
Post Moeram tertiam (♌ 3° 30′)	D; 2 (a. b. c. d.) e. f.

☽ *(D. 1. d.) locus* = ♈ *gradus* 20mus *(0s 20° 0′)*.

Domus ♂ (♈ ♏)	D. 1. b. Phtha.
Trigonum ☉ (♈ ♌ ♐)	D. 1. a. Nilometrium et accipiter.

Zodiaci partes.	*Loci inscriptionis.*
Adspectu △ cum ☿ (♌)	D. 1. d. (☽) col. D. 2. a. b. c. d. accipiter.
Adspectu △ cum ☉ et ♂ (♌ ♐)	D. 2. g. (☉) D. 3. b. (♂).
Decuria ☉ (10° — 20°)	D. 1. c. accipiter. D. 1. e. Osiris.
Horion ♂ (20° — 25°)	D. 1. e. Phtha.
Dodecatemorion ♂ (17° 30′ — 20°)	D. 1. f. Phtha.
Moera ♄ (19° 0′ — 20° 0′)	D. g. Sate.

☿ *(B. 1. c. d; D. 2. a. b. c. d; C. 2. d.) locus* = ♌ *gradus* 28uus (4s 27° 30′).

Oecodespota ☉ (♌)	(Vid. ☉ loca) B. 1. a. Aelurocephalus.
Trigonum ♃ (♌ ♐ ♈)	(Vid. supra ☉) B. 1. b. Pschent Iouiale.
Adspectu △ ☽ (in ♈)	D. 2. b. col. D. 1. d.
△ ♂ (in ♐)	D. 2. b. col. D. 3. b.
Adspectu □ ♄ (in ♒)	D. 2. b. col. C. 2. d; C. 2. d. col. B. 2. e.
Decuria ♂ (20° — 30°)	B. 1. e. Phtha sedens.
Horion ♂ (24° — 30°)	B. 1. e. Idem pileatus, simul Decanus.
Dodecatemorion ☿ (25° — 27° 30′)	B. 1. f. Pileus hamatus.
Moera ♂ (28°)	B. 1. f. Corpus Phtha, vel Neithae, manibus pedibusque vnitis.
Gradus duos a fine ♌ (27° 30′)	B. 1; f. e.

♀ *(D. 1. c.; 2. a; B. 3. d. e. f. g.) locus* = ♍ *gradus* 1mus (5s 0° 30′ *aut* 5s 0° 0′).

Partim: Domus ☿ (♍ ♊)	B. 3. c. Ibicephalus Esmunus.
	D. 1. a. Accipiter discophorus; D. 2. b.
Trigonum ♂ (♍ ♑ ♉)	B. 3. a; D. 1. b. Phtha.
Tetragonum ♄ (♍ ♐ ♓ ♊)	B. 3. b. Sate Nemesis.
Adspectu □ ♂ (in ♐)	B. 3. d. e. f. g. col. D. 3. b.
♃ (in ♓)	D. 2. a; col. C. 2. d.
♄ (in ♓)	D. 2. a; col. C. 2. b.
Partim: Domus ☉ (♌)	D. 1. a; Accipiter aut Nilometrium.
	D. 2. f. Zom Hercules.
Trigonum ♂ ♃ (♌ ♐ ♈)	D. 1. b. Phtha. D. 2. e. Amun.
Adspectu △ ♂ (in ♐)	D. 1. c. col. D. 3. b.
Adspectu △ ☽ (in ♈)	D. 2. a. col. D. 1. d.
Inter fines Signorum ♌ et ♍	B. 3; D. 1. 2.
Initio ♍ (0°) post gradum nullum	B. 3. d. e. f. g. col. B. 1. al.
Decuria ☉ (0° — 10°)?	D. 1. a. Nilometrium.
Horion ☿ (0° — 8°)?	D. 1. a. Accipiter.
Dodecatemorion ☿ (0° — 2° 30′)?	D. 1. a. Item.
Moera ☿ (0°)?	D. 1. a. It.

♂ *(D. 3. b. Neitha; C. 3. b; D. 2. d. pyramis) locus* = ♐ *gradus* 27mus (8s 26° 30′).

Domus ♃ (♐ ♓)	D. 3. b. Sagittatio.
	C. 3. a. Osiridis nomen et Nilometrium.
	D. 2. e. Amun palmifer.

Zodiaci partes.	*Loci inscriptionis.*
Trigonum ♄ (♐ ♈ ♌)	D. 3. c. Sate Rhea D. 2. d. Auis ♄.
♂ (♐ ♈ ♌)	C. 3. c. d. Sate Isis.
	D. 2. f. Zom Hercules.
	C. 3. e. ss. Phtha caluus.
Tetragonum ☿ (♐ ♓ ♊ ♍)	D. 3. a. Hieracocephalus cum sceptro.
Adspectu △ ☉ (in ♌)	D. 3. b. col. D. 2. g.
△ ♀ (in ♌)	D. 3. b. col. D. 1. c.
△ ☿ (in ♌)	D. 3. b. col. D. 2. b.
△ ☽ (in ♈)	D. 3. b. col. D. 1. d.
Adspectu □ ♄ (in ♓)	D. 2. d. pyramis, col. C. 2. b.
♀ (in ♍)	C. 3. b. col. B. 3. d. e. f. g.
Decuria ♄ (20° — 30°)	D. 3. d. Captiuus.
Horion ♐ (25° — 30°)	D. 3. e. Hippopotamus.
Dodecatemorion ♀ (25° — 27° 30′)	D. 3. f. Isis precans, pelle vulturis.
Moera ☽ (♐ 27°)	D. 3. g. Isis, vt praecedens.
Gradus tres ante ♐ finem (26° 30′)	D. 3. c, (d, e) (f, g).

♃ *(C. 2. d. Palmae folia cum nomine Amun) locus* = ♓ *gradus* 25^{tus} (11^{s} 24° 30′).

Domus ♃ (♓ ♐) (inter Signa verna)	C. 2. c. Iupiter palmifer, generator; (genitalibus insignis).
Trigonum ♀ (♓ ♋ ♏)	C. 2. e. Horus Hieracocephalus.
Adspectu □ ♂ (in ♐)	C. 2. d. col. D. 2. d. Pyram.
□ ♀ (in ♍)	C. 2. d. col. D. 2. a.
Decuria ♂ (20° — 30°)	C. 2. f. Phthas corpus manibus pedibusque adunitis.
Horion ♂ (19° — 28°)	C. 2. f. Item.
Dodecatemorion ♃ (23° 30′ — 25°)	C. 2. f. Iouis caput capillatum.
Moera ♀ (♓ 25°)	C. 2. f. Discus corniger et accipiter.
Gradus quinque a fine ♓ (24° 30′)	C. fa; fb; fc; e; d.

♄ *(C. 2. b. Nemesis; B. 2. e. Leontocephala) locus* = ♒ *gradus* 29^{nus}, ♓ *gradus* 1^{mus} (11^{s} 0° 0′).

Partim: (indirectus) Domo ♄ (♒ ♑).	C. 2. a. Crocodilocephalus.
	B. 2. f. Aso Rhea.
Trigoni ☿ (♒ ♊ ♎)	C. 2. e. Horus Hieracocephalus.
	B. 2. d. Item.
Adspectu □ ☉ (in ♌)	C. 2. b; B. 2. e; col. D. 2. g.
□ ☿ (in ♌)	Item col. D. 2. b.
□ ♀ (in ♌)	Item col. D. 2. a.
Partim: Domo ♃ verna (♓ ♐)	C. 2. c. Iupiter generator.
	B. 2. a. Sacerdos Osiridis cum nomine.
Trigonum ♀ ☿ (♓ ♋ ♏)	C. 2. e. Horus Hieracocephalus.
	B. 2. d. Item.
Adspectu □ ♂ (in ♐)	C. 2. b. et B. 3. b coll. D. 2. d; D. 3. b.
□ ♀ (in ♍)	C. 2. b. et B. 2. e. col. D. 2. a.
Inter fines Signorum ♓ ♒ (♒ 29° 60′ = ♓ 0° 0′)	C. 2. a. et c; B. 2. a et f; simulacra ♃ et ♄.

Horoscopus (Lat. A. Lin. 0.) locus = ♎ gradus ☽ oppositus (6ˢ 20° 0′).

Zodiaci partes.	*Loci inscriptionis.*
Oecodespota ♀ (♎ ♉)	A. o. aa. Isis.
Trigonodespota ☿ (♎ ♒ ♊)	A. o. bb. Accipiter.
	A. o. bb. Crux ansata.
♃ (♎ ♒ ♊)	A. o. bb. Pschent.
Tetragonodespota ☉ (♎ ♑ ♈ ♋)	A. o. bb. Discus cum Kneph.

Quum tempore illo, quo obseruatio nostra astronomica instituereretur, Signum ♎, siue accuratius gradus ♎, ☽ (♈ 20°) oppositus, oriretur; quumque ☉ tum in ♌ 4° versaretur: clarum est, obseruationem nostram pertinere ad meridiem. Quum vero meridies sit circiter culminante ☉ quumque planetae obseruari consueuerint occidente planeta primario (☽, ♈ 20°); claret, tempus obseruationis fuisse potius horam ante meridiem primam (h. 0 — 1 h et 4 min.). Sed nihil fere valet in chronologia discrimen adeo exiguum; quare sufficit computare obseruationem nostram pro meridie diei, seu initio diei astronomici. Itaque sequens tabula docet, obseruationem astronomicam in Monolitho Amosis hieroglyphica ratione consignatam significare

annum 1832 *ante Christum, mensem Augustum, diem* 14, *horam nullam seu meridiem ciuilem.*

Anno	☉			☽			☿			♀			♂			♃			♄		
1900 a. Ch.	8ˢ	23°	22′	8ˢ	25°	7′	9ˢ	26°	37′	11ˢ	23°	21′	8ˢ	25°	51′	1ˢ	29°	59′	7ˢ	2°	59′
60	0	0	27	1	10	44	1	14	26	6	11	32	10	25	1	0	21	46	0	14	7
8	0	0	3	11	11	26	2	17	56	0	1	32	3	1	20	8	2	55	3	7	52
Augusti																0	17	37	0	7	7
d. 14	7	12	45	3	7	51	6	24	52	0	2	5	3	28	27	0	1	9	0	0	28
Helioc.	4ˢ	6°	37′	0ˢ	25°	8′	8ˢ	23°	51′	6ˢ	8°	31′	9ˢ	20°	39′	11ˢ	13°	26′	11ˢ	2°	33′
Geocent.	♌	6°	37′	♈	25°	8′	♍	1°	55′	♌	28°	25′	♐	18°	20′	♓	21°	55′	♓	5°	35′
Aegypt.	♌	3°	30′	♈	20°	0′	♌	27°	30′	♍	0°	30′	♐	26°	30′	♓	24°	30′	♓	0°	0′

Quamquam hic differentia quaedam inter loca planetarum antiquitus obseruata atque tabulis La Landii computata obtinet; certum tamen est, per totam rerum gestarum historiam nullum esse tempus praeter dictum, quo planetarum constellatio similior locum habuerit.

IV. *Conclusio.*

Habes itaque, candide lector, monumentum astronomicum perantiquum, multo antiquius Graecorum Latinorumque obseruationibus, forte antiquissimum, quod nostro saeculo innotuerit. Argumentum enim Monolithi Parisini spectat ad annum 3663 ante hunc nostrum currentem. Quin anno proximo post Ch. 1832 monumentum nostrum pretiosissimum, quippe anno ante Ch. 1832 conscriptum, aget annum quasi iubilaeum, atque natalem 3664. In vniuersum quidem hicce libellus astronomicus Aegyptiorum lapideus non differt a superioribus. Simili enim modo Zodiaci signa describit per Oecodespotas et Trigonodespotas; simili modo Planetas depingit et ratione Trigonorum, Tetragonorum, et Hexagonorum componit; simili eorum loca deinceps innuit. Differt autem omnibus iis, quae breuitatis et spatii augustiae caussa aut adhibenda aut vitanda essent.

Sic desunt nauiculae astronomicae atque vna aut duabus tantum personis exprimuntur Decuriae, Horia, Dodecatemoria, Moerae. In omnibus vero huius generis scriptis astronomicis quatuor potissimum Aegyptii studuerunt assequi, scilicet 1) vt Signa 12 Zodiaci ordine claro ac naturali inter se coniungerentur, veluti secundum Trientes seu tempestates, secundum Trigona atque Tetragona nec non Hexagona; deinde 2) vt Planetae disponerentur secundum adspectum △, 3) secundum adspectum □ et denique 4) secundum adspectum ✱. Qua in re ita versati sunt, vt cum dominis certi cuiusdam Signi eos coniungerent signorum praepositos, qui planetam quendam secum haberent. Licet inde difficultas quaedam interpretanti nascatur; vidimus tamen, quam facile sit, planetarum longitudinem certis suis symbolis indicatam eruere. Qua de re inuentis his legibus nihil difficultatis habebit, alia eiusdem generis monumenta illustrare. Caeterum inscriptio nostra id peculiare habet, quod non instituta est, quum ☉ in ♈ esset, sed quum ☽ in ♈ versaretur. Cuius rei ratio haud dubie latet in nomine regis, cuius annus natalis astronomice, hoc est secundum epochas anni magni, 9966 annis Aegyptiacis constantis, definiendus esset. Rex enim passim in Monolitho nominatus est Amosis, ΑΜΟϹ, ΑΜΟϹϵ; hoc est, si vertas, *Luna genitus*. Hinc sane annus eius natalis potius ☽ quam ☉ in ♈, Zodiaci capite et Signo principali constituta indicari debuit. Quaeritur iam, vt ad chronologiam historiamque redeamus, quis ille Amosis sit, anno 1832 ante Ch. natus. Scilicet quum Sethos, dynastiae XIX. caput, natus esset anno 1631 ante Ch.; sequitur, regem nostrum Amosin referri debere ad dynastiam XVIII. Vtique omnes veteres historici duos reges Amoses in dyn. XVIII. recensent, alterum seniorem, dynast. XVIII. caput, quo regnante Moses ex Aegypto egressus est; alterum iuniorem regem dynast. XVIII. septimum, quem recentissimi Chronologi inde ab anno 1697 regnasse putarunt. At reges dynastiae XVIII. recensentur in monumento antiquissimo et grauissimo a *Bankesio* reperto, quod iam comparare debemus [21]). Ibi quidem reperitur praenomen regis cuiusdam, cum praenomine regis nostri Amosis conueniens, loco quinto ante Ramessem, de cuius sarcophago et anno natali vidimus. Ergo hicce Amosis, anno 1832 natus, est Amosis Thuthmosis, rex septimus dynastiae XVIII., qui ergo non 1697 sed 1784 anno a. Ch. imperium suscepit. Profecto Manetho, Iulius Africanus, Eusebius, Iosephus totidem fere annos numerant ab Amosi II. vsque ad Ramessen et Sethum, quot inter natalem Amosis (1832.) atque Ramsis (1693.) et Sethi (1631.) elapsi sunt secundum obseruationes nostras astronomicas. De quibus quidem omnibus fusius infra dicemus. Ceterum, quum haec omnia mirum in modum inter se cohaereant; obseruare licet, quam recte nos in explicandis his scriptis astronomicis versati simus.

Restat demonstrare, Monolithum Amosis eadem planetarum et numinum Zodiacalium symbola continere, quae supra pro iisdem diis habuimus aliis in monumentis astronomicis. Quae noua sunt, * discernuntur.

---

21) *Burton* and *Wilkinson* Excerpta Hieroglyphica Cahirae edita Fasc. I., quo omnium accuratissima huius tabulae delineatio continetur. Champollion Lettre II. a. M. le Duc de Blacas. Tab. VI. Salt Essay on hieroglyphics. London 1825. Tab. I. Prokesch's Erinnerungen aus Aegypten. 1831. Vol. III. Tab. I., qua excerpta huius tabulae continentur.

Planetae	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Relationes*
Symbola ☉	Leo Amun	D. 2. g.	Planeta in ♌
	Hercules nudus	D. 2. f.	Oecodespota ♌
	Accipiter	D. 1. a.	Trigonodespota ♈
			Oecodesp. ♌
	Nilometrium	D. 1. a.	Trigonodespota ♈
	* Aelurocephalus Ra	B. 1. a.	Oecodespota ♌ simul ♀ Oecodespota ♌
	Discus serpentifer	A. 0. b.	Tetragonodespota ♎
Symbola ☽	Scarabaeus	D. 1. d.	Planeta in ♈
	Isis Hedraphora et Naophora	B. 2. b. c.	Trigonodespota ♓ simul Oecodespota ♋
		C. 3. c. d.	Tetragonodespota ♒
	Isis pellem auis capite gerens	D. 3. g.	Moera ♐
	Discus falcatus	D. 2. a.	Moera ♌
Symbola ☿	Pileus hamatus	B. 1. f.	Dodecatemorion ♌
	Vertagus Anubis	A. 1. b.	Oecodespota vel Trigonodesp. ♊
	Ibicephalus	A. 1. c.	Oecodesp. et Trigonodesp. ♊
	Esmunus	B. 3. c.	Oecodespota ♍
	* Canopica nomina	A. 2. a. b. c. d.	Oecodespota ♍
	Accipiter	D. 2. a. b. c. d.	Planeta in ♌
		A. 0. bb.	Trigonodespota ♎
		D. 1. a.	Oecodespota ♍
	Hieracocephalus	A. 1. a. d.	Oecodespota vel Trigonod. ♊
		D. 3. a.	Tetragonodespota ♐
		C. 2. e.	Trigonodespota ♒ et ♓
	Accipiter anthropocephalus	B. 1. c. d.	Planeta in ♌
		C. 2. d.	It. in ♌
	Crux ansata	A. 0. bb.	Trigonodespota ♎
Symbola ♀	Accipiter	D. 1. c.	Planeta in ♌
	Hieracocephalus	A. 1. a. d.	Trigonodespota in ♊
		C. 2. e.; B. 2. d.	Oecodesp. ♎ Trig. ♋ et ♒
	Hieracocephalus rhabdophorus	D. 3. a.	Tetragonodespota ♐
	Isis discophora cornuta	B. 3. d.	Planeta in ♍
	Discus cornutus	C. 2. f.	Moera ♓
	Isis naophora et hedraphora	A. o. aa.	Oecodespota ♎
	* Aelurocephalus	B. 1. a.	Oecodespota ♉
Symbola ♂	Phtha Mumia	C. 3. b.	Planeta in ♐
	Phtha caluus	B. 3. a.	Oecodespota ♏
		D. 1. b.	It. ♈

Planetae	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Relationes*
Symbola ♂	Phtha manibus iniunctis, passim pileatus	B. 1. b.	Trigonodespota ♉
		B. 1. e. f.	Dec.; Hor. et Moera ♌
		D. 1. e. f.	Horion et Dodecatemorion ♈
		C. 3. e. f.	Tetragonodespota ♒
	Hippopot. captiuum deuorans	D. 3. e.	Horiocrator ♐
	Neith Bellona	D. 3. b.	Planeta in ♐
	Neith sceuariophora	A. 3. a. c.	Trigonodespota ♑
	Vas altum	A. 3. a. b. c. d.	It. ♑
	Flagellum	A. 2. a. b. c. d.	Trigonodespota ♍
	Aspidocephala	C. 1. b.	Trigonodespota ♓
	Pileus rotundus	B. 1. e.	Horion vel Decuria ♌
*	Pyramidion	D. 2. d.	Planeta in ♐
	Tectum	D. 1. a.; B. 3. a.	Trigonodespota ♏ et ♈
	Ornamentum tergi	D. 1. a.; B. 3. a.; D. 3. e. B. 1. e.	Tetragonodespota ib. vel simplex ♂ ornamentum
Symbola ♃	Pschent	B. 1. b.	Trigonodespota ♌
		D. 2. c.	Horiocrator ♌
		A. a. bb.	Trigonod. ♎
	Pileus palmifer Amun	C. 2. c. d.	Planeta in ♓ et Oecodespota
	Amun palmifer	D. 2. e.	Trigonodespota ♌
	Osiris sacerdos	B. 2. a.	Oecodespota ♓
	Sacerdotis caput	C. 2. f.	Dodecatemorion ♓
	Arcus cum sagitta	D. 3. b.	Oecodespota ♐
	Batrachocephalus Amun	C. 1. a. c.	Oecodespota ♓
*	Amun phallicus	C. 2. c.	Oecodespota ♓
	Nilometrium Osiridis	C. 3. a.	Oecodespota ♐
Symbola ♄	Nemesis pterophora	C. 2. b.	Planeta in ♒ et ♓
	Sate pterophora	B. 3. b.	Tetragonodespota ♍
	Isis Sate	C. 3. c. d.	Oecodespota ♒
	Sate lotophora	D. 3. c.	Trigonodespota ♐
*	Aso manu pectus pulsans	D. 1. g.	Moera ♈
*	Item staurophora	B. 2. f.	Oecodespota ♒
	Leontocephala pterophora	B. 2. e.	Planeta in ♓ et ♒
	Auis Saturnia	D. 2. d.	Decanus ♌
*	Anus mammis pendulis	A. 3. d. b.	Trigonodespota ♑
	Crocodilocephalus pileo pinnato	C. 2. a.	Oecodespota ♒
	Captiuus	D. 3. d.	Decanus ♐

§. 9.

Classis II. Specimen II.

Mensa Isiaca, siue Tabula Bembina.

I. *Introductio.*

Inter artis Aegyptiacae monumenta haud dubie nullum tantam celebritatem sibi comparauit, tam vniuerse diuque notum, tot commentariis vastis expositum adeoque diuerse et, vti videtur, false explicitum fuit, quam Tabula Isiaca, siue Bembina. De habitu huius monumenti constat. Tabulae formam prae se fert, (long. ped. 3. Par., poll. 10., lin. 3.; larg. ped. 3., poll. 3. lin. 9.), duplo fere maioris tabula nostra lithographica, atque ex aere veterum constat. Per totam tabulam lineae subtiliter excisae et hinc argento repletae apparent. Vocatur autem Isiaca Mensa secundum *Pignorium*, qui Mysteria Isidis in ea sibi inuenerat, atque Bembina a Cardinale *Bembo*, qui primus eam in lucem protraxit. Scilicet anno 1527 in direptione Romae Borboniana tabula haec in manus cuiusdam ferrarii incidit, a quo eam Petrus *Bembus* Cardinalis magno pretio redemit. Alii tradunt, *Paulum* III. Papam ipsum huic literarum fautori donasse tabulam dictam. Primus eam aere excussit Aeneas Vicus, Parmensis, anno 1559 Venetiae, quod folium ille praegrande (11 fol. constans) Imperatori *Ferdinando* dedicauit. Secundum quod exemplum, valde a *Pignorio* laudatum, posteriora omnia, proxime *Pignorianum* quidem forma minori, transscripta fuerunt. Prodiit tamen anno 1600 aliud exemplum Venetiae a *Jacobo Franco* curatum, ex quo apparet, tum temporis tabulam Bembinam *Torquato*, filio *Petri Bembi*, pertinuisse. Teste *Montfaucon*, *Torquato* hanc tabulam vendidit post annum 1547 haud dubie Principi Mantuae. Certe postea hic Dux tabulam Isiacam positam habuit in Museo suo. Ibidem eam inuenit *Pignorius* anno 1604, quum scriberet de hoc monumento pretioso. Etenim anno sequenti apparuit prima Tabulae Isiacae explicatio a *Pignorio* suscepta [22]). Quam Pignorii commentationem amplam (constat enim 86 paginis) recepit Herwart de Hohemburg in suum *Thesaurum Hieroglyphicorum*. Anno 1630, quum Mantua diriperetur, Tabula Isiaca disparuit, ita vt per multos annos nemo sciret eius fata. Postea reperta fuit Taurini, vbi etiamnum in Museo Vniuersitatis conseruatur. Subinde multi commentarii de Tabula Isiaca prodierunt, nunc sine tabula, nunc exemplo Pignoriani adiuncto, partim breuiores, partim prolixiores; de quibus memoranda sunt studia *Melchioris Guilandini* [23]), *Athanasii Kircheri* [24]), *Bernhardi de Montfaucon* [25]), *J. G. Keysleri* [26]), *P. E.*

---

22) Vetustissimae Tabulae aeneae Explicatio cet. auctore Laurentio Pignorio Patauino. Venetiis 1605. Editio noua apparuit Amstelodami 1670: Laurent. Pignorii Patau. Mensa Isiaca cum aliis. Accedit tabula literis instructa.

23) Melch. Guilandini Commentarius de Papyro.

24) Oedipus Aegyptiacus. Romae 1652.

25) Antiquité expliquée Tom. II. Part. II. pag. 332. Accedit tabula.

26) Itinerar. Part. I. pag. 194.

Jablonskii [27]), Comitis de *Caylus* [28]), Olai *Rudbekii*, *Herwarti*, *Bruckeri*, *Gronouii*, *Lessingii* aliorumque multorum [29]).

Quod argumentum Tabulae Isiacae attinet, maxime diuersas in partes abierunt. Plerique ratione philosophica, ac spirituali veluti immateriali hanc inscriptionem interpretari studuerunt, qua in re praeuium habuerunt Platonem et Pythagoram, verbis quidem magniloquentibus et ideis transscendentalibus, sed parum materiae et veritatis continentibus. Quos recte *Pignorius* reprehendit (pag. 1.). Licet ipse viam minus lubricam ingredi suamque ignorantiam fateri maluerit; negari tamen nequit, ipsum quoque sensum inscriptionis minime tetigisse. Putat enim in ea mysteria Isidis doceri. *Continet*, inquit pag. 14. Am., *sacra haec Mensa Isidis praecipue Mysteria. Goropius, nimis reconditas origines sectatus, haec improbare videtur: at res ipsa loquitur. Ideo autem Isis in praealto Solio Mensae vmbilicum occupat.* Qui vero hic symbolis mysticis mysteria Isidis, hoc est physicalia ☽ et monotheismus, tradi possint, plane non video. Ceterum figura principalis in medio posita, non est ☽, vt cum Pignorio omnes ad hunc vsque diem interpretes putarunt, sed ♀ proxime. Exprimit enim, vt infra videbimus, Horoscopum, domum ♀ in Trigono ☿. Praeterea Pignorius (pag. 2.) libere profitetur, inscriptionem hanc ita esse comparatam, vt, quum per L et amplius annos haec siparia sibi explicari frustra peroptauerint philologiae amatores, se nihil explicare posse hanc tabulam. Itaque acquiescit in eo, quod figurarum nonnullarum significatus eruit, qua in re non minus falsus est.

Non magis intelligitur, qui *Melchior Guilandinus* eo adduci potuerit, vt putaret, tabula nostra *vix aliud, quam Aegyptiorum leges pandi.* Forte huic in mentem venit, Mosem leges descripsisse tabulis atque in nostra tabula, (media area in duas partes diuisa) totidem fere partes contineri, quot Moses leges conscripsit in tabulis sacris.

De mystica et singulari ratione *Kircheri*, scripta hieroglyphica interpretandi, quum satis iam perstricta fuerit, non opus est pluribus disserere.

Haud felicius argumentum Mensae Isiacae assecutus est *Herwart de Hohemburg*, qui tradidit, eam exprimere virtutes pyxidis nauticae *(exprimer les propriétés de la boussolle).*

Longe singularem sententiam de tabula Isiaca proposuit *Jablonskius* l. l., qui putauit, ea contineri Calendarium festorum Aegyptiacorum applicatum ad annos Romanos. *Cum fortuito*, inquit §. 3., *quopiam casu, quo euenire saepe solet, contigisset, vt primo in vnius, deinde etiam in alterius figurae absconditum sensum penetrarem et penetrasse me clare intelligerem, spem concepi fieri posse, vt ad intelligendum etiam reliqua aliquando peruenirem. Neque spes in vniversum me fefellit. Exhibet autem tabula nostra seriem ac ordinem Festorum in Aegypto per totum annum religiose celebratorum, ita vt causa etiam festiuae solemnitatis plerumque symbo-*

---

27) Miscellanea Berolinens. Tom. VI. p. 139—147. Tom. VII. p. 373. Opuscula ed. I. G. Te Water Lugd. Bat. 1806. Nonnulla repetiit in Pantheo suo.

28) Recueil d'Antiquités. Supplement Tom. VII. Par. 1767. pag. 34—119. Accedit tabula.

29) Ol. Rudbek. Atlantidis Part. II. c. 2. Herwart. Admiranda Ethn. Theol. myster. Monach. 1626; Brucker. Hist. Phil. Lib. II. c. 7: Gronou. Thes. p. 1194; Lessing. Collect. Berol. 1790. 12. I. 422; Marsham. Chr. 1698; Court de Gebelin; Coll. Voyage d'un François. Par. 1769. Vol. I. p. 103. Millin Reise durch Savoyen und Piemont. ed. Ring. B. 1. p. 260.

lice adumbretur. Medium totius tabulae repraesentat nobis initium anni ciuilis seu ortum caniculae a quo Aegyptii verum suum annum auspicabantur. Scilicet recte Jablonskius obseruauit, tabulam nostram constare 12 partibus, quod eum induxit, vt crederet, agi de 12 mensibus. Non minus a vero aberrauit singulis inscriptionis partibus explicandis. Sic Horoscopum, partem tabulae mediam, quam Pignorius pro luna habuit, hic putat ortum caniculae significare. Oleum perderemus, totum commentarium Jablonskianum praelongum perlustrare.

Simillimam sententiam proposuit *Olaus Rudbekius* l. l., qui ipse Calendarium in Tabula Isiaca sibi inuenit.

Caylus, qui potius ad *Pignorii* sententiam adspirat, confitetur primum, tabulam Isiacam explicari non posse. *Mais je conviendrai*, inquit p. 34. 35. *que rien n'est si difficile à expliquer qu'un monument Egyptien composé d'un si grand nombre de figures. Je ne me flatte assurément pas d'éclaircir un pareil monument.* Infra tamen coniicit, Tabula Isiaca repraesentari cultum Aegyptiacum, quae memoria Isidi consecrata sit. *L'object*, inquit pag. 38., *que je suppose à cette table, de conserver et de fixer le culte Egyptien, me paroit confirmé par l'examen des figures, dont elle est remplie. Isis est la Divinité principale et l'object dominant de ce precieux reste de l'antiquité, et l'on ne peut mettre en doute, qu'il ne lui soit consacré* (pag. 47.). Qua in re Caylus non minus falsus est, quam in sequentibus. Quum enim carpat recentiores antiquarios (pag. 40.), qui omnes figuras viriles in monumentis Aegyptiacis obuias habeant pro Osiride, femineas pro Iside; opinatur potius, tabula Isiaca contineri sacerdotes atque personas priuatas ad cultum pertinentes, exceptis iis, qui (p. 43.) sedentes fingantur, quique significent numina Aegyptiorum partim maiora partim minora.

Ipse Champollion jun. a vero tabulae Isiacae argumento aberrauit. Recepit in Pantheon suum Aegyptiacum partim numina hac tabula obuia, partim iis simillima et idem significantia, quae ille non modo non pro astronomicis numinibus sumsit, sed ne quidem pro iis diis, quos Aegyptii certis nominibus vocarent. Accidit ei, quod omnibus fere mythologis vitio vertitur, vt Deos Deasque Aegyptiacas non astronomia ac religione naturali, sed philosophia definire studeret.

Quod tempus attinet, quo tabula Isiaca orta fuerit, non minus varias in partes archaeologi abierunt. *Pignorius* eiusque pedissequi fere omnes hoc monumentum antiquissimis temporibus, hoc est primis post Mosen saeculis adscripserunt. Primus omnium Iablonskius l. l. §. V. coniecit, Tabulam Isiacam esse multo serioris aetatis. Itaque putauit, eam pertinere ad aetatem M. Aurelii et Commodi, aut Caracallae (220. p. Ch.). *Caylus* vero, vel ipse non tutioribus argumentis innixus, coniecit, Tabulam Isiacam, licet in Aegypto fabricatam, esse ex aeuo Caesaris, vel ex proxima ante eum aetate, primo ante Ch. saeculo (l. l. p. 36.) De quibus omnibus nunc rectius iudicabitur.

II. *Explicatio Tabulae Isiacae.*

Quum superioribus ex inscriptionibus cognita sit ratio, qua Aegyptii astronomicas obseruationes annis principum natalibus institutas hieroglyphice consignauerint; haud facile negabitur, ex eodem genere esse Tabulam Isiacam. Si enim paullo accuratius in rem inquiras; videbis, vtique, quod iam obseruauit Iablonskius, partem tabulae interiorem 12 diuisionibus constare, quae sunt

12 Zodiaci Signa. Media vndique pars, vt diximus, Horoscopum exprimit. Iam vero haec 12 Zodiaci Signa bis alio in loco repetuntur, nempe inscriptionibus lateralibus. Literae enim S T V X Y A B B2. C D E F eadem Zodiaci Signa repraesentant, quae duobus in lateribus, oppositis quidem his, atque in parte tabulae principali cernuntur. Scilicet diuisio est, vel *initium finisque vnius Zodiacalis Signi, vbi duae personae terga sibi monstrant.* Ex quo sequitur, singula quaeque Signa tribus personis, exceptis nonnullis, exprimi: Oecodespota, Trigonodespota et Tetragonodespota. Vbi plures inuenies personas, quam tres, ibi planeta versatur. Nimirum quemadmodum in Monolitho Amosis, ita et hic planetae personis pusillis significantur inter patronos Signorum positis. Quod Signorum ordinem attinet, clarum est, quum in media parte quaternae diuisiones sint tribus in Lineis horizontalibus, ternae vero in Lineis verticalibus quatuor, vt accidit in Monolitho Amosis (Tab. VII.); inde, inquam, cognoscitur, Signa Zodiaci secundum Trigona atque Tetragona, nec non secundum Tempestates siue Trientes composita esse. In lateribus vero habes ab altera parte Signa secundum Hexagona, ab altera secundum Trigona composita. Denique quum adspectus planetarum △ □ ✱ in monumentis astronomicis notentur, vt vidimus; neque hoc mirum, parte tabulae nostrae media planetas ita denuo dispositos esse, vt eluceret, qui planetae essent tunc temporis eodem in Trigono aut Tetragono. De adspectu enim sextili agunt latera duo S-Y. A-F. Itaque, si breuiter repetere licet dicta, has leges obseruandas habemus, quo minus indolem et sensum Tabulae Isiacae assequamur.

1) Parte Tabulae media continentur 12 Zodiaci Signa versibus horizontalibus ratione Quadrangulorum, verticalibus Triangulorum modo composita. Area VII, inter reliquas omnes media, Horoscopum indicat.

2) Lateribus S-Y; A-F. eadem sunt Signa Zodiaci 12 secundum Hexagona ordinata (♈ ♊ ♌ ♎ ♐ ♒ cet.).

3) Latera G—I, K—R continent 12 Signa ratione Trigonali coniuncta (♈ ♐ ♌ cet.)

4) Quouis in Signo discernuntur Oecodespota, quippe loco medio constitutus, hinc Trigonodespota et Tetragonodespota vtrinque. Oecodespotam praecedit Trigonodespota, sequitur Tetragonodespota, exceptis iis locis in margine, quibus planetae longitudo accuratius definitur, aut symmetria obseruatur.

5) Vbi non nisi duae personae in vno Signo apparent, scilicet in lateribus, ex Signis appositis, proximum numen auxiliare petendum est. Quod breuitatis causa accidit.

6) Vbi plura numina in vno Signo quam tria cernuntur in fundo posita, planeta constitutus est, cuius locus aliis numinibus Decano, Horiocratore, Dodecatemorio et Moera accuratius definitur, cum quibus planeta coniunctus sit; vt reliquis in omnibus tabulis (IV. V. VI. VII.) vidimus.

7) Planetae exprimuntur personis pusillis mediis tabulae in partibus (I—XIII.), atque in lateribus indicantur symbolis sacris Oecodespota inferioribus dignitate, inter medios Signorum patronos positis. Quae Signa (I—XIII.) continent symbola planetarum nobiliora, ea ipsa sunt proprie a planetis occupata.

8) Quo loco planetarum adspectus △ et □ indicatur, ibi planetarum symbola inferioris dignitatis repetita cernuntur.

9) Iisdem in locis Oecodespotae et Trigonodespotae, cum quibus planetae proprie coniuncti sunt, aliis symbolis sacris inferioris dignitatis exprimuntur ad nouos Oecodespotas et Trigonodespotas applicatis, proprie cum planeta coniunctos.

10) Quum locus planetae accuratius describitur; Oecodespota, Trigonodespota et Tetragonodespota adhibentur etiam ad Decuriam, Horion, Dodecatemorion et Moeram indicandas, in quibus planeta constitutus sit. Hinc symbolum post planetam positum indicat Moeram cum planeta coniunctam. Alias vltima figura post personas ad idem Signum pertinentes significat Moeram cum planeta coniunctam.

11) Ceterum eaedem leges, ad quas reliquas inscriptiones Aegyptiorum astronomicas explicuimus, etiam de hac tabula valent.

12) Planetae pariter atque numina Zodiacalia iis personis rebusque sacris exprimuntur, quibus reliquis in scriptis astronomicis eadem vidimus significata.

Iam non arduum erit, de singulis Tabulae Isiacae partibus iudicare. Itaque agamus primum de 12 Signis eorumque praepositis, bis repetitis, qui numerus est 36 Decuriarum.

♏ *(Dom.* ♂, △ ☿ (♀) ☽ ♂, □ ♀ ☽ ♂*) X. M. E.*

Facillime omnium dignoscitur ♂ domus. Apparet enim Phtha (X. b.), vt constanter (Tab. VI. A.), pedibus manibusque iunctis et quidem, vt in Monolitho Amosis Parisino (Tab. VII. B. 3.), intra parietes positus. Trigonodespota ex lege IV. est ☿ (X. c.), accipitre insignis, Hebe Aegyptiaca seruiens; Tetragonodespota, corona nota (Tab. II. no. II. ♎), aut iterum ♀, aut ☽ natura similis, cum Meisi (☽ ♀). Eandem ♂ domum habes M. cum Oecodespota, vasculo ♂ (Tab. VII. A. 3.) et olea (p. 195.) expresso, Trigonodespota ♂ Phtha caluus, eodem vasculo ♂ insigni (M. c.), et Tetragonodespota ☽, Apide, Meisi in cornibus et vulturis pelle expresso (M. a.). Huc facit forte, quod testatur Herodotus, Apidem aquilae, hoc est vulturis, maculam in tergo habuisse. Denique ♏ repraesentatur Lin. E. per Oecodespotam arietem ♂ (c.), Trigonodespotam ♂ (Tab. VII. D. 2.), Pyramidophorum (a), cui ΠΤΑ adscriptum est, atque Tetragonodespotam ♂, item vasculum ♂ (d.). Altera ♂ Domus (♈) alios habet Trigonodespotas et Tetragonodespotas.

♌ *(Dom.* ☉, △ ☉ ♃ (♂) ♄, □ ☽ ♂ ♀*) XIII. A. G.*

Non minus, quam ♂ (♏), domus ☉ clara est, quippe item aediculi specie distincta. Notissimum est ☉ Oecodespotae symbolum Leontocephale (Tab. V. T. 20.). Trigonodespota ex lege IV. est persona Oecodespotam praecedens, quippe ♄, pennis struthionis (Tab. VII. B. 2.) insignis (b), Tetragonodespota ♂, vt hamus (Tab. VI. J. 10.) testatur (b). De reliquis personis, quippe planetis infra. Iisdem personis Signum ♌ exprimitur A. per Oecodespotam ☉ Leonem (e), Trigonodespotam (Tab. V. Q. 11.) ☉ oculum (g.) et Tetragonodespotam ♃ ♂ Phtha caluum cornibus hircinis (g. h.). Denique G. eadem tradit, nempe Oecodespotam ☉ per leonem hieracocephalum (a), Trigonodespotam ☉ Leonem (a), vt supra, atque Tetragonodespotam ♂ oleam, pyramidion et hamos (c.), vel Phtha caluum (c.). De reliquis Lin. A et G. personis, quae significant Decuriam, Horion, Dodecatemorion et Moeram, in quibus planeta (XIII. a.) versatur, infra accuratius. Iam vides, media inscriptionis nostrae in parte linea vltima (X. XI. XII. XIII.) contineri Signa eiusdem Tetragoni. Nam ♏ et ♌ sunt □ adspectu.

♉ *(Dom.* ♀, △ ♀ ♂ ☽, □ ♀ ♂ ☽*) XII. O. C.*

Oecodespota ♉ quippe ♀ apparet in Area XII. c. solemni suo habitu, Hieracocephalus (Tab. VII. C. 2. e.). Tetragonodespota, ex lege IV. sequens Oecodespotam, Isis ♀ (XII. d.) cognoscitur e cornibus bubulis (Tab. IV. B. 36.) atque vulturis pelle (Tab. VII. D. 3. g.) in capite, symbolis Isidis Oecodespotae ♎ (VII.). Trigonodespota est Isis ♀, caput Veneris (V. b.) et sacellum ferens, cum pelle pantherae (p. 195). Eandem Domum ♀ describit nauis Lin. O. per Oecodespotam ♀ (a), caput accipitris, et Trigonodespotam ♀ (a), Meisi serpentem et Tetragonodespotam ♂ (a) pileum Martialem (Tab. VII. D. 1.). Denique C. similiter ♉ indicat Oecodespotam ♀ (a), capite accipitris, Trigonodespotam ♀ (a), Meisi; atque Tetragonodespotam ♂ (b. d.) lanceis (Tab. VI. E. 7.). Ceterum his nauiculis vehuntur duo planetae, de quibus infra. Itaque iam habemus Signum ♉, quum altera ♀ Domus alios contineat Trigonodespotas et Tetragonodespotas, quod a ♌ et ♏ ratione □ adspicitur.

♒ *(Dom.* ♄, △ ♄ ♃ ☿, □ ☽ ♀ ♂,*) XI. R. B 2.*

Quum de Tetragono hac in linea descripto (♉ ♌ ♏ ♒) supersit solus ♒; sequitur, huius Signi praepositos area XI. exponi. Sane Oecodespota ♄ cognoscitur pennis struthionis (Tab. VII. B. 2.) et veste stellata, Veneri Vraniae, Nephthi propria (b.). Trigonodespota, quippe Oecodespotam ex lege IV. praecedens, est ♃ (c.), Rex Pschento insignis (Tab. VII. B. 1. D. 2.), atque Tetragonodespota ♂ (a), caluo capite, vt X. b., atque lerica insignis Zom Hercules (Tab. VII. D. 2.). Idem signum exprimitur B. 2. per sphingem (d.) Oecodespotam (Tab. IV. F.), ranam (c.) Trigonodespotam (Tab. II. 2.), et Phtha caluum ♂ falcesque ☽ (f.) Tetragonodespotas (Tab. IV. G.). Ibidem penna struthionis (f.) Trigonodespotam ♄ significat. Denique Lin. R. idem signum habes, Oecodespotam ♄ (b.) scarabaeum anthropocephalum, ceu leonem anthropocephalum, aut tabulam libatoriam; Trigonodespotam ☿ (d.) vertagum (Tab. IV. B.), Tetragonodespotam ♂ Phtha caluum (a) atque Hexagonodespotam ☉ (e) oculum (Tab. V. Q. 11.). Itaque habemus Quadrangulum Zodiaci, nimirum Signa ♉ ♌ ♏ ♒.

♈ *(Dom.* ♂, △ ♂ ♄ ♃ ☉, □ ☉ ♃ ♂*) IX. J. X.*

Quum ergo constet de primo Tetragono (♉ ♌ ♏ ♒), quumque Signa his Signis superiora quaterna ad idem ipsa Trigonum pertinere debeant; facile erit, praefinire reliquarum arearum significatum. Itaque videamus primum de Trigonis, quae a Tetragono inuento dependent. Quum XIII. contineat ♌; sequitur, proximum eiusdem Trigoni (XIII. IX. IV.) aream (IX.) valere aut ♈, aut ♓. Vtique Oecodespota (IX. c.) exprimitur duobus hamis, ♂ symbolis, vt J. g. G. b. M. b. et alias. Trigonodespota et Tetragonodespota ♂ sunt Neithae simulacra, hamum ♂ manibus, oleam (p. 196. col. G. b; A. f; M. b.) et duas pennas ♂ in capite gestantis. De reliquis figuris, quippe planetis, infra. Idem Signum habes in latere (X) cum Oecodespota ♂, scorpione (p. 197.) anthropocephalo (d), cum Trigonodespota ♄ (e), sphinge (Tab. IV. G.) et Tetragonodespota ♂ (e), hasta (Tab. VI. E. 7.). De reliquis infra. Memorandum vero, Signa ♈ et ♏ in lateribus transposita esse planetarum gratia. Nam Lin. X. per scorpionem proprie significat Signum ♏, improprie ♈. Contra Lin. E. per arietem proprie significat Signum ♈, improprie ♏. Quod infra

illustrabitur. Denique iidem ♈ patroni exprimuntur Lin. J. h. vulture (Tab. IV. D.) Trigonodespota ♄, hamis (g.) vti IX: c, Oecodespota ♂, vasculo ♂ (g.) Tetragonodespota (Tab. VII. A. 3.). Reliquae imagines significant planetas partesque ∨ minores cum planetis coniunctas.

♃ (*Dom.* ♃, △ ☉ ♄ ♃, □ ♄ ♂ ☿) *IV. H. B.* 1.

Quum restet tertium Signum huius Trigoni (♌ ∨ ♃), clarum est, Area IV. exprimi tria ♃ nomina principalia. Reuera ♃ Oecodespota ♃, pileo singulari, vt III. b., cornibusque ♃ hircinis insignitus, Trigonodespota ♃ ♄ (a), et Tetragonodespota ♄ (c.) facile cognoscuntur e pileis pinnatis cornibusque hircinis. Eosdem praepositos ♃ habes H, Oecodespotam (c) ♃ ranam (B. c.), Trigonodespotam ♃ ♂ Phtha cornibus hircinis (g.), Tetragonodespotam ♄ ☿, accipitrem anthropocephalum (e.) cum ♄ alis (Tab. VI. X.). Denique huc spectat Lin B. 1. cum ♃ Oecodespota ♃ rana (B. 2. c.), Trigonodespota ♂ capite tauri (b.) et Tetragonodespota ♄ ☿, accipitre et alis (a). Licet tamen et vraeum ♃ pro Oecodespota sumere.

Hactenus omnia bene inter se quadrant et concinna sunt; in reliquis autem locis Signa praeter ordinem paululum disposita apparent, quod accidit planetarum caussa, ratione Trigonorum, Tetragonorum et Oppositionum disponendorum, vt in Monolitho Amosis (Tab. VII.). Itaque opus est, priusquam ad reliqua pergamus, de locis planetarum disquirere in vniuersum.

Facillime omnium ex lege VII. dignoscitur ♂ planeta, quippe, vt supra (X b.) et alias permultis in locis (Tab. VII. D. 1.), distinctus capite caluo, insignibus manuum, ornamento collari, scala pedibus manibusque adunitis. Ceterum vidimus, in Monolitho Parisino (Tab. VII. C. 2. b.) planetas corpore pusillo inter Signorum praepositos disponi. Quum vero ♂ positus sit inter dua Signa, vt Tab. VII. C. 2. b; clarum est, eum duobus in Signis sibi confinibus apparuisse, altero stationalem et regressiuum, altero progressiuum ac proprie obseruatum. Consistit vero ♂ sub initium ♌, quippe ad Leontocephalam (XIII. d.) conuersus, ex quo sequitur, ♂ versatum esse antea initio ♌, postea in fine ♋. Et hinc sane figurae ♂ (XIII. a.) superscriptum est Signum ♋ (XIII. f.) cum ☽ Oecodespota (fele) et ♂ Trigonodespota (instrumento ♂, vt A. c.). Idem ♂ locus exprimitur G. Quum enim in G. quinque vel quatuor personae coniungantur; sequitur ex lege VI., ibi, quippe in ♌, vt vidimus, planetam versari. Iam quamuis finis sit Signi, vbi duae figurae terga sibi opposita habent, tamen leo (H. a.) proprie ad G, siue ♌ pertinet. Scilicet leo cum lunae falcibus Oecodespotam ♋, praecedens spina Trigonodespotam indicant, quo in Signo ♂ versatur proprie. Itaque et hic, vt infra (XIII. a.), ♂ collocatur duobus in Signis, stationalis in ♌, directus in ♋. Quum igitur redeas ad huius Signi (♌) dominos; apparet, symbola ♂ (G. b.), pyramidem cum olea significare ♂ planetam in ♌. Iam eundem locum ♂ in ♌ et ♋ tribuit A. Quum enim hoc Signum ♌ significet, vt vidimus, atque pluribus imaginibus constet; colligitur, in eo ♂ versari. Reapse item tertio loco (A. f.) idem ♂ planetae symbolum, quippe olea reperitur. Quemadmodum vero infra (XIII. f.), ita et hic (A. b.) felis cum ♂ instrumento Signum ♋ indicant, in quod ♂ ex ♌ recedendo ingressus sit. Quas quidem ob caussas dubitari non poterit de loco ♂ antea in ♌, postea vero et proprie in ♋.

Non magis obscura est ♃ planetae collocatio. Apparet enim ♃ symbolum solemne in ♈ (IX. a.) et quidem, vti ♂, ipsius initio Signi. Idem ♃ planeta apparet in ♈ (J. h.) sub initium

Signi, Discus a serpente Kneph circumdatus (p. 198.). Denique eodem spectat Pschent, ♃ symbolum, inter ♈ praepositos (E. a.), item initio Signi. Quum enim in Signis vacuis nonnisi tres personae afferantur; hoc loco ♃ symbolum redundaret. Ceterum quum deus ille (E. a.) Phtha appelletur; absonum esset ♃ symbolum in eius capite. Itaque ♃ versatur in ♈.

Ibidem vero in ♈ cernitur ☿ (IX. e.), specie Cynocephali discophori solemni (Tab. IV. A. 1.), et quidem in fine Signi. Idem locus ☿ assignatur Lat. Lin. X. Videbimus enim, ☿ per transpositionem venisse in alteram ♂ domum, quoniam figuris ♈ proprie exprimentibus Lin. E. iam ♃ longitudo accuratius indicanda erat. Sane ex eo, quod plures quam tria hic (X.) sunt numina, patet, ibi planetam accessisse. Qui planeta, quum dei vertagocipitis specie discoque distinguatur, sane est ☿. Etenim neque in ♏ ♄ (X. e.) neque in ♈ aliquis ☿ dominus est. Denique eundem ☿ in ♍ clare prodit Ibidis imago J. c. In ♍ enim non est ☿ Oecodespota neque dominus △ aut □. Ergo ☿ versatur in ♍.

Iam eodem in Signo apparet ♄ (IX. c.) specie laruae Typhonis terribilis, etiam ornamento capitis singulari Typhonico insignitus. Quem ♄ locum in ♍ etiam J indicat. Cernitur enim ibi (f.) solemne ♄ symbolum, penna struthionis duplex (Tab. VII. B. 2. e.). Denique eodem spectat haud dubie lotus pendulus E. b. (col. V. b.) inter praepositos ♍. Alioquin hoc numinis astronomici symbolum, quippe quartum, redundaret. Itaque ♄ versatur cum ♃ et ☿ in ♍.

Quum vero ☿, constans ☉ comes, sit in ♍, vt vidimus; hoc etiam perspicuum, ☉ aut eodem in Signo, aut proximis ab vtraque parte versari. Reapse eminet in ♍ (IX. g.) imago Tauri Heliopolitani, seu Mneuis, ☉ consecrati, imago (p. 191.). Item Lin. J. a., vbi multa sunt ♍ numina, leo hieracocephalus ☉ in ♍ significat, atque Lin. O. d. exprimit ☉ plane eodem modo, quo Zodiacus Tentyriticus (Tab. IV. A. 4.), Sarcophagi Sethi et Ramsis et alia ☉ in ♍ repraesentant, nimirum ariete plus vno capite, media in naui constitutum. Ceterum hicce ☉ locus in ♍ confirmatur Horoscopo. Quum enim, vti videbimus, Horoscopus sit ♎ (Ar. VII.) atque Aegyptii occidente ☉ astra obseruare consueuerint; perspicuum est, ☉ versari debuisse in Signo ♎ opposito, hoc est in ♍. Itaque ☉ cum ☿, ♃, ♄ versatur in ♍.

Deinde, quum ☉ sit in ♍, quumque ♀ non multum a ☉ recedat; etiam hoc certum, ♀ in proximis a ☉ Signis hac nostra in tabula quaerendam esse. Vtique ♀ symbolum, caput accipitris cum disco discum cornutum continente, apparet in Signo ♓ (III.). Huius enim Signi Dominus est ♃, pileo suo palmifero solemni insignis (III. b.), Trigonodespota ♂ hamus (a) et ♀ discus cornutus (d.); Tetragonodespotae sunt ♄ et ☿ (a. d.) pennae struthionis et caput accipitris. Altera ♃ Domus (♐) exstat IV, vt vidimus, suis cum Oecodespota, Trigonodespotis et Tetragonodespotis. Eundem ♀ locum (♓) describunt Linn. L. S. Apparet enim ♀ planeta L. a. accipitris capite falcato in medio Canopo expressus, vbi habes Oecodespotam ♃ ranam (b.), Trigonodespotam ♂ (c.) deum caluum pyramidophoron; Tetragonodespotas ♄ (a.) triclinium funerale cum sphinge, ☿ (a.) Canopica vasa. Item Lin. S. exprimi videtur ♀ planeta Meisi serpente (b.) cum Oecodespota ♃ (a. et c.) cornibus hircinis, Trigonodespota ♂ Phtha caluo (a.) atque ♀ Meisi (b.), Tetragonodespotae ☿ et ♄ (c.) accipitre hieracocephalo alato. Itaque ♀ est in ♓, quod conuenit ☉ loco in ♍.

Denique et ☽ planetae simulacra clarissime apparent in Area V et C., quippe taurus lunaris (Tab. IV. A. 5.) Apis. Et hic memorare iuuat, quotquot Tabulae Isiacae interpretationem susceperunt, in eo omnes consentire, quod taurus hicce significet Apidem (☽), alter (IX.) Mneuin (☉). Ipse Apis facile eo cognoscitur, quod ornamentum ☽ et ♀, caput Veneris in collo habet (XII. a.) maculisque a Mneui differt. Itaque ☽ versatur in Signo, ♈ opposito. Signi enim, ☽ tenentis, Oecodespota (V. h.) est ♀, solemni suo symbolo (XII. a.), capite ornato naophoro expressa, cum Trigonodespota ♄ (V. a. c.), anibus et floribus loti; Tetragonodespota ♂ (V. b.), laqueo (p. 181.) significatis. Et hinc symbola ☉ et ☽ in locis Tabulae sibi oppositis (IX. et V, O et C.) posita fuerunt. Eundem ☽ locum describunt latera. Habes enim Lin. C. Apidem (☽) in domo ♀, (capite accipitris), Trigono ♄ (penna struthionis). Porro eadem Signa a ☽ (P. 2. d. et F. a.) occupata habes: Oecodespotam ♀ (P. 2. e.), discum cornutum, et (F. f.) discum cornutum in capite accipitris, Trigonodespotas ☿ (P. 2. d.) gruem, atque (F. e.) vas Canopicum, ♄ (P. 2.) pennas struthionis, ♃ (P. 2. c.) sacerdotem cornibus hircinis; Tetragonodespotas ♂ (P. 2. c.) pyramidem, atque (F. c.) vas Martiale. His quidem in locis figura lunae falcatae adiecta, vt diximus, planetam valet. Denique non minus clara est Isis ☽ in Horoscopo (VII. a.), cornibus bubulis, scarabaeo et pelle vulturis insignita. Hic Oecodespotam vides denuo ♀ (b. c.) felem et discum cornutum in capite accipitris, Trigonodespotam ☿ (d.) vas Canopicum, vt supra (F. f.) atque Tetragonodespotam ♂ (VII. e.) spinam, vt alias (H. b.), quae numina solummodo ♎ Signum indicant. Itaque ☽ versatur in ♎.

Iam haec habemus Signa cum septem planetis, scilicet:

♈ cum ☉ (IX. J. E. O)	♈ cum ♄ (IX. J. E.)	♎ cum ☽ (V. F. P. 2. C. VII.)
♈ cum ☿ (IX. J. X.) (fine)	♋ cum ♂ (XIII. A. G.) (fine)	♓ cum ♀ (III. S. L.)
♈ cum ♃ (IX. J. E.) (initio)	♌ cum ♂ (XIII. A. G.) (initio)	

Quum vero planetae, quemadmodum in Monolitho Amosis, ita disponendi essent, vt apparerent eorum adspectus △, □, et Oppositio; videbimus, quomodo ordo Signorum genuinus secundum Trigona et Tetragona in Tabula Isiaca, non quidem in lateribus (A—Y.), sed in media parte (I—XIII.) passim mutari debuerit. Scilicet vidimus, infra expressa esse in Tabula Isiaca haec vnius Tetragoni Signa: ♏ (X.), ♒ (XI.), ♉ (XII.) ♌ (XIII.); in parte dextra vero haec vnius Trigoni Signa: ♌ (XIII.), ♈ (IX.), ♐ (IV.). Quare Signa reliqua secundum Trigona et Tetragona reliqua sic disponi debuissent:

I. ♓ (♍)	II. ♊ (♑)	III. ♍ (♓)	IV. ♐
V. ♋ (♎)	VI. ♎ (♊)	VIII. ♑ (♋)	IX. ♈
X. ♏	XI. ♒	XII. ♉	XIII. ♌

Qui ordo gratia planetarum mutatus est ita, vt Signa vncinis inclusa substituerentur. Nimirum datis planetarum locis dictis, inuicem sese adspiciunt ratione

△ — 1) ☉ ♈, ♂ ♌ 2) ☿ ♈, ♂ ♌ 3) ♃ ♈, ♂ ♌ 4) ♄ ♈, ♂ ♌ 5) ♂ ♋, ♀ ♓.
□ — 1) ☉ ♈, ☽ ♎, ♂ ♋ 2) ☿ ♈, ☽ ♎, ♂ ♋ 3) ♃ ♈, ☽ ♎, ♂ ♋ 4) ♄ ♈, ☽ ♎, ♂ ♋.
☌ — ☉ ♈, ☽ ♎.

Hinc ergo primum ☽ ita collocari debuit, vt oppositio ☉ clare appareret. Quare ☽ atque ♎ non in area VI, sed area V, quippe ☉ opposita, collocatae sunt. Vidimus autem, personas huius areae V. significare ♎. Eandem ob causam nanes cum ☉ (O.) et ☽ (C.) sibi e diametro opposita sunt.

Porro, quum ♀ (in ♓) et ♂ (in ♋) essent in eodem Trigono, vterque planeta in tribus Signis, eadem linea verticali comprehensis, collocandus fuit. Hinc ♀ et ♓ non area I. poterant poni; alioquin, quum ☽ depicta esset in area V., lector putasset, ♀ esse △ adspectu ☽. Itaque ♀ et ♓, vt vidimus, aream III. lineae verticalis secundae occupant, quo in Trigono et ♂ (XII. b.) apparet, quippe in ♋ versans. Nimirum vas illud (col. E. d.; J. g.) ♂ planetam significat ex lege VII., in Domo ☽ scarabaei (XII. e.), Trigono ♂ vulturis (XII. g.), Tetragono ☉ ♃ disci (XII. g.), ex lege VIII.

Itaque loco ♍ poni debuit ♓, loco ♋ vero ♎, quae quidem Signa hinc venerunt ♍ in aream I., quoniam ♍ est in eodem Trigono atque ♎ (V.), sub ♍ (I.) posita; ♋ vero in aream VIII., quoniam ♋ ad ♓ Trigonum pertinet, quod ♓ Signum, vt vidimus, ♀ planetae caussa ex area I. in aream III. transponi debuit. Reuera area VIII. continet Oecodespotam ☽, scarabaeum in corona ♄ (VIII. c.), cum ♂ Trigonodespota (VIII. b.) et Tetragonodespota ♃ (VIII. e.) palmis. Areae I. vero Oecodespota (b.) ☿ cognoscitur ex habitu corporis inclinato (Tab. II. 1. ♍), Trigonodespota ♂ (d.) Neitha ex pileo, Tetragonodespota (a) ♃ ♄ ex corona et cornibus hircinis (col. IV. b.).

Iam vero ♎ etiam pulsus a ♋ alio loco ponendus erat, qui venit in aream II., loco ♊; et hinc denique Signum ♊ locum adhuc vacuum aream VI. occupare debuit. Reuera Oecodespota Signi ♎ (II. c.) est ♄, eodem habitu atque ♄ (Vrania) Oecodespota ♒ (XI. b.) cum Trigonodespota ☉ ♂ (II. a.), Somo Hercule currente, et Tetragonodespota ♄ (II. d.) pennis struthionis insignito. Oecodespota ♊ (VI. c.) est ☿, notissimus ille Ibicephalus, cum Trigonodespota (II. d.) ♄ et Tetragonodespota ♄ (II. a.), vt pennae struthionis testantur. Quod vero in aream II. venit ♎, in aream VI. vero ♊, huius rei caussa est, quod ♒ et ♊, quippe eiusdem Trigoni Signa, inter se coniungenda erant.

Habes itaque sex Zodiaci Signa (I. II. III. V. VI. VIII.) planetarum gratia transposita, reliqua autem vere Trigonorum et Tetragonorum ordine disposita. Praeterea, qui numinum Zodiacalium nostrorum insignia acrius persequi voluerit, inueniet, per totam Tabulam Bembinam genuinum ordinem Trigonorum et Tetragonorum seruatum, eumque certis symbolis licet *obscurius* indicatum esse. Grauius est, reliqua loca Signorum zodiacalium hac nostra tabula indicata demonstrare et reliquas planetarum inter se rationes eruere. Itaque superest, de reliquis planetarum locis primum, hinc de reliquorum Signorum praepositis in lateribus disserere. Dictum autem est de symbolo ☉ Mneui (IX. g.), ☿ (IX. e.), ♃ (IX. a.), ♄ (IX. c.), ♂ (XIII. a.), ♀ (III. c.), ☽ (V. f.). Quaeritur quid reliqua planetarum symbola sibi velint (XIII. c, XII. b, VIII. d, VI. b, V. d, II. b, I. c.), quippe inter Signorum praesides disposita ex lege VI. Nimirum vidimus, ♂ in ♋ fuisse in adspectu □ ☉ ♄ ♃ ☿ (V), ♂ vero in ♌ in adspectu △ eorundem planetarum, ♂ denique in ♋ in adspectu △ ♀ (♓). Ratio quidem □ significatur, vt vidimus, Areis horizontalibus; △ vero areis inter se verticalibus. Et primo quidem vidimus, ♀ (III. c.)

totumque ♓ Signum positum esse area III., vt appareret, ♂ (XII. b.) in ♋, quum vterque planeta iam insit in areis inter se verticalibus, adspicere ♀ ratione △. Hinc, ne putes ♂ esse in ♉, iuxta praepositos ♉ expressi sunt supra praepositi ♋, vt vidimus. Porro area VIII. c., quae propria est ☽ domus, continet ♂ symbolum vasculum (col. VI. b, E. d.), quod, quum eodem in versu cum ☿ (IX. e.) sit, ad ☿ spectat a ♂ in ♋ ratione □ adspectum. Item area VI. b. vasculum ♂ notum significat adspectum □ ♂ in ♋ et ♃ in ♈ (IX. a.). Deinde picus (V. d. p. 196), eodem versu horizontali positus, indicat ♂ (in ♋) et ☉ (in ♈) adspectum □. Oecodespota enim et reliqui praepositi areae V. etiam ♋, ☽ Domum exprimunt. Sic et area VI, ne putes ♂ in ♊ positum, habes Oecodespotam ♋ ☽, caput Isidis cum Meisi ☽ serpente. Denique et ♄ adspicitur a ♂ ratione □. Hinc ♄ symbolum, penna struthionis, repetitum est XIII. e, quo in versu ♂ (XII. b.) exstat. Neue putes, ♄ versari non in ♈, vt supra (IX. c.), sed in ♌ (XIII. d.); adest scarabaeus ♂ cum reliquis ♈ praepositis. Porro ♂ in ♌ atque ☿ ☉ ♃ et ♄ in ♈ sunt adspectu △. Hinc primo habes ♄ (I. c.) orygem (p. 199.) eodem in versu verticali atque ♂ (V. d.). Neue putes ♄ versari in ♍, accesserunt hic symbola praepositorum ♈, vt Oecodespotae ♂ ensis, seu culter. Porro symbolis ♂ (VI. b.) et ☿ (II. b.) indicatur vtriusque adspectus △. Neue putes, ☿ esse in ♑, adest Oecodespota ♂ (II. e.) cum Trigonodespota ♄ loto. Sic et VI. continet praepositos ♌, in quo ♂ versetur. Deinde symbolis ☉ leone (III. c.) et ♂ (VIII. d.) indicatur vtriusque adspectus △. Denique legitima ratione apparent ♃ (IX. a.) et ♂ (XIII. a.) in eodem Trigono. Simillimam planetarum dispositionem et repetitionem nouimus in Monolitho Amosis.

Iam satis de planetarum locis et adspectu in vniuersum. Hoc vnum tenendum, ne falsa planetarum loca inuenias, quum plura habeas planetae cuiusdam symbola pluraque Signa eundem planetam continentia, primarium ac nobilius et insignius planetae symbolum verum eius locum indicare. Sic et Signorum praepositi figuris humanis vera Signorum loca indicant, eorum vero symbola inferioris conditionis innuunt Signa suppositia et planetarum causa transposita. Superest, demonstrare accuratius reliqua Zodiaci Signa, (♓ ♎ ♊ ♋ ♍ ♑) eorumque dominos cum in parte Tabulae Isiacae interiori, tum in exterioribus potissimum. Supra enim satis dictum de ♈ ♉ ♌ ♏ ♐ ♒.

♓ *Dom.* ♃, △ ♂ ☽ (♀) ☿, □ ☿ ♃ ♄; *IV*, *L*, *S*.

De huius Signi dominis, Oecodespota ♃, Trigonodespota ♃, Tetragonodespota ♄, supra iam dictum.

♎ *Dom.* ♀, △ ♄ ♃ ☿, □ ♃ ♂ ☉; *V*, *P* 2, *F*, *VII*.

Vt vidimus, Oecodespota ♀ est V. b, P. 2. e, F. f, VII. b. cum Trigonodespotis ♄ et ☿, Tetragonodespota ♂.

♊ *Dom.* ☿, △ ♄ ♃ ☿, □ ♄ ♃ ☿; *VI*, *Q*, *D*.

Oecodespota facile discernitur capite Ibidis (VI. c.). Trigonodespota ♄ (VI. d.) insigne habet pennas struthionis et ornamentum capitale ♄ planetae (col. IX. c.), Tetragonodespota ♄ item

distinctus (VI. a.). Conueniunt cum his (D. c.) accipiter ☿ Oecodespota, hircus Mendesius ☿ (p. 194.) Trigonodespota (d) et Pterophorus ♄ (a) Tetragonodespota. Altero in margine (Q.) Oecodespota ☿ cynocephalus (b.), Trigonodespota ☿ Anubis (a) et Tetragonodespota ♄ lotus (c) facile distinguuntur.

♋ *Dom.* ☽, △ ♂ ☽ (♀) ☿, □ ♃ (♂) ♄ ☉; *VIII, K, T.*

Oecodespota ☽, vt vidimus, solemni suo symbolo, scarabaeo, exprimitur (VIII. c.). Reliqua insignia spectant ad Oecodespotam genuinum huius loci (♒). Trigonodespota ♂ (VIII. b.) ex hasta, Tetragonodespota ♃ (VIII. e.) e foliis palmae oculoque cognoscuntur. Iisdem personis Signum ♋ exprimitur T per ☽ Oecodespotam, discum cornutum (b.), Trigonodespotam ♀ hieracocephalum (a) atque Tetragonodespotam ☉, taurum Mneuin (d.). Denique K. eosdem ♋ praepositos continet, Oecodespotam (c.) Meisin serpentem, Trigonodespotam ♂ hamum (a), Tetragonodespotam ♃ regulum coronatum (a.). De ♂ planetae symbolo olea (d. col. p. 197.) diximus.

♍ *Dom.* ☿, △ ☽ ♂ ♀, □ ♄ ♃ ♀. *I. N. Y.*

Oecodespota (I. b.) cognoscitur ex inclinatione seruili (Tab. II. No. 1. ♍ ♊). Trigonodespota ♂ Bellona insignita est noto ♂ pileo. Tetragonodespota ♄ ♃ cognoscitur ex pileo pinnato cornibusque hircinis (col. IV. b. III. b.). Exprimit Y. eiusdem Signi Oecodespotam ☿ per deum (Tab. VII. D. 3. a.) sceptrum vel caduceum gestantem (a.), vel solum sceptrum; Trigonodespotam ♂ Hippopotamo (Tab. VII. D. 3. e.), Trigonodespotam ♄ per lotum (col. Ar. V.), aut arborem hiberno ac Typhonico frigore defoliatum. Denique easdem personas habes N Oecodespotam ☿ accipitrem anthropocephalum, Tetragonodespotam ♄ sphingem (Tab. IV. E. 32.) atque Trigonodespotam ♂ caluum cum vasculo Martiali (M. d. col. Tab. VII. A. 3.), e Signo praecedente petendum (lege V.).

♎ *Dom.* ♄, △ ☽ ♂ ♀, □ ☉ ♄ ♃ *II. Lat. V. P.* 1.

Oecodespota, vt vidimus, ♄ (II. c.) Vrania plane eodem modo exprimitur infra (XI. b.), excepto pelle. Trigonodespota ♂ est Som Hercules nudus (II. a. col. Tab. VII. D. 2. f.). Tetragonodespota ♄ facile cognoscitur e penna struthionis. Idem Signum habes cum Oecodespota suo ♄ (V. b.) loto, et Trigonodespota ♂ (a.) caluo Phtha et Tetragonodespota ♄ (c.) vulture (Tab. II. 1. ♎). Denique P. 1. exprimitur ♎ Oecodespota ♄ sphinge (a.), Trigonodespota ♀ hirco Chemmisensi (b. col. p. 195.), Tetragonodespota ♃ sacerdote cornuto (P. c.).

Quod denique Horoscopum attinet, vidimus, Domus Dominam esse ♀ disco cornuto, hieracocephalo et fele expressam (VII. a. b.), Trigonodespotam ☿ symbolo vasis canopici (VII. e.), Tetragonodespotam ♂ (VII. e.) spina. Eodem plane modo in latere (F) ♎ exprimitur. Ergo et hoc loco obseruatio planetarum locum habuit occidente Sole.

Quum tabula Isiaca permultis sane Deorum Dearumque figuris, animalibus aliisque planetarum et diuisionum Zodiacalium symbolis constet, opus est ante omnia totius Tabulae conspectum exhibere. Est autem haec Signorum series et indoles:

Signa	*Loca inscriptionis*	*Oecodespotae*	*Trigonodespotae*	*Tetragonodespotae*	*Planetae*
♈	IX.	♂ b. d.	♂ a.	♂ e.	♄ c; ♃ a; ☿ e; ☉ g.
	J.	♂ h.	♂ i.	♂ g.	☉ a; ☿ c; ♃ h; ♄ f.
	E.	♂ c.	♂ a.	♂ d.	☉ c; ♃ a; ♄ b.
	O.	♂ b.	♂ a.	♂ d.	☉ d.
♉	XII.	♀ c.	♀ a.	♀ d.	
	O.	♀ a.	♀ aa.	♂ e. a.	
	C.	♀ a.	♀ aa.	♂ d.	
♊	VI.	☿ c.	☿ ♄ d.	♄ a.	
	Q.	☿ b.	☿ a.	♄ c.	
	D.	☿ c.	☿ d.	♄ a.	
♋	VIII.	☽ c.	♂ b.	♃ e.	☊ d.
	K.	☽ c.	♂ d.	♃ a.	☊ a.
	T.	☽ c.	♀ a.	☉ d.	☊ b.
♌	XIII.	☉ d.	♄ b.	♂ e.	☊ a.
	A.	☉ e.	☉ g.	♂ h.	☊ f.
	G.	☉ a.	☉ a. H.	♂ c.	☊ b.
♍	I.	☿ b.	♂ d.	♄ ♃ a.	
	Y.	☿ a.	♂ c.	♄ d.	
	N.	☿ a.	♂ d. (M)	♄ c.	
♎	V.	♀ h.	♄ a. c.	♂ b.	☽ f.
	F.	♀ f.	☿ e.	♂ d.	☽ a.
	P. 2.	♀ e.	♄ ☿ e. d.	♂ c.	☽ d.
	C.	♀ a.	♄ ☿ a. d.	♂ cc.	☽ c.
	VII.	♀ b.	♄ ☿ c. d.	♂ e.	☽ a.
♏	X.	♂ b.	☿ c.	☽ a.	
	X. Lat.	♂ d.	☿ a.	☽ c.	
	M.	♂ b.	(☿) ♂ d.	☽ a.	
♐	IV.	♃ b.	♃ ♄ a.	♄ c.	
	B. 1.	♃ a. c.	(♃) ♂ b.	♄ ☿ a.	
	H.	♃ c.	♃ ♂ g.	♄ ☿ e.	
♑	II.	♄ c.	♂ a.	♄ d.	
	V. Lat.	♄ b.	♂ a.	♄ c.	
	P. 1.	♄ a.	♀ b.	♃ c. P. 2.	
♒	XI.	♄ b.	♃ ♄ c. g.	♂ a.	
	B. 2.	♄ d.	♃ ♄ c. e. f.	♂ f.	
	R.	♄ c. b.	♃ ☿ d. e.	♂ a.	
♓	III.	♃ b.	♂ ♀ a. d.	☿ et ♄ a. d.	♀ c.
	S.	♃ a.	♂ ♀ a. b.	☿ et ♄ c.	♀ b.
	L.	♃ b.	♂ c.	☿ et ♄ a.	♀ a.

ASHMOLEAN OXFORD MUSEUM

Itaque ex his clarum est, quod praemonuimus, lateribus S Y, A T Signa 12 Zodiaci ordinata esse et coniuncta secundum Hexagona vel Triangula dimidiata; lateribus vero G I, K R ad rationem Triangulorum. Prior ordo enim hic est:

I.) B. 1. ♐ B. 2. ♒ C. (♉) ♌ D. ♊ E. ♈ F. ♎
(♈ ♊ ♌ ♎ ♐ ♒)

II.) S. ♓ T. ♋ V. ♑ X. ♏ Y. ♍ A. (♌) ♉
(♉ ♋ ♍ ♏ ♑ ♓)

Latera in partibus his quidem oppositis hunc ordinem sequuntur Trigonorum:

I. △ G. ♌ H. ♐ I. ♈	IV. △ K. ♋ L. ♓ M. ♏	II. △ N. ♍ O. ♉ P. 1. ♑	III. △ P. 2. ♎ Q. ♊ R. ♒
(I. ♈ ♌ ♐	II. ♉ ♍ ♑	III. ♊ ♎ ♒	IV. ♋ ♏ ♓)

Priori in tabula sola Signa ♌ et ♉, ordinem Signorum secundum Hexagona turbant, cuius rei ratio latet in ☉ (Lin. O.). Nimirum ☽, quum opposita esset ☉, idque indicari deberet etiam in lateribus tabulae, ponenda erat in loco ☉ opposito (C., col. O.). Quum vero ☽ versaretur in ♎, hoc vero Signum alias exponendum esset (F.) ad locum ☽ accuratius definiendum; auctor alteram ♀ Domum adhibuit, quo ☽ poneret, scilicet ♉ (Lin. C.). Itaque astronomus loco ♌, qui in area C. poni debuisset, posuit ♉ et vice versa. Praeterea in Signo ♌ accuratius ♂ locus indicandus erat, qua de re alia symbola sacra praeter Dominos Domus, Trigoni et Tetragoni adscribi debebant. Hinc astronomus noster intactum relinquere debebat Signum ♌, atque vacuum Signum eligere, quo ☽, oppositam ☉, poneret.

Nunc restat, vt accuratius de singulorum planetarum locis videamus. Nouimus enim, Aegyptios non solum Signa, in quibus planetae versarentur, indicasse, sed etiam minora Signorum segmenta, scilicet Decuriam, Horion, Dodecatemorion et Moeram. Qua in re non opus est in memoriam reuocare, Aegyptios personas astronomicas iam alio sensu adhibitas in certo quodam Signo denuo adhibere ad indicanda Decurias, Horia, Dodecatemoria et Moeras, quibuscum planetae coniuncti cernerentur. Ceterum tenendum, vt reliquis in scriptis astronomicis ex hoc genere, ita et hic singulis in locis longitudinem planetarum ita describi, vt partes maiores Signi praecedant minores (Dec. Hor. Dod. Moera), quatenus liceat per ordinem praefectorum Signi maximorum, atque ita vt vltima Signi figura Moeram cum planeta coniunctam denotet. Excipe Lin. J., vbi propter frequentiam planetarum in ♈, Moera sequitur planetam, atque planetae eo sese ordine excipiunt, quo ab initio Signi inde apparuerunt (v. leg. X.).

☉ *in* ♈ *IX*; *J*; *E*.

De ☉ hoc ♈ in Signo tribus illis locis constituto satis dictum. Ingeniose vero locus ☉ ibidem accuratius definitur. Nimirum ☉ simulacrum taurus Mneuis (IX. g.) non inter reliquos ♈ dominos positus cernitur, vt, excepta ☽, in reliquis planetis collocandis obseruatum est, sed in alto ac summo huius Signi. Altitudo vero, siue Hypsoma ♈ est gradus 19°. Sane Aegyptii, vt in Zodiaco Tentyritico vidimus, obseruationes astronomicas instituerunt, quum ☉ esset vicinus suo

Hypsomati. Iam Moera ♈ 19ua est ☽, quare in disco solari (IX. g.) cernitur ☽ serpens Meisi (col. V. f., J. a.). Quum vero ☉ est in ♈ 19°; versatur in Decuria ☉, ☿ Horio, ♂ Dodecatemorio. Quae personae profecto Lin. J. figuris proximis ibi ☉ symbolo (J. a.) indicantur. Habes enim viperam (b.) pro ♂ Dodecatemorio. Ibidem (c.) pro ☿ Horio, Meisi (e) pro ☽ Moera (col. K. c.), denique leonem (a.) ex lege X. pro ☉ Decuria.

♃ *in* ♈. *IX. a; J. h; E. a.*

Vidimus iamiam, ♃ dictis in locis de consilio sub initium ♈ esse positum. Iam post ♃ symbolum (J. h.) discum cum Kneph (col. XII. g. Tab. IV. Lin. F. 3.) apparet ♂ vasculum vel hamus (col. M. b.), quippe (ex lege X.) Moera ♂ sub ♈ initium (1°). Hinc ♃ versatur in Decuria ♂ (0° — 10°), Horio ♃ (0° — 6°), Dodecatemorio ♂ (0° — 2° 30′). Quae numina iisdem symbolis circa ♃ symbolum (h.) exprimuntur, scilicet ♂ Decanus et Dodecatemorion vulture aut vasculo cum hamis, ♃ Horiocrator disco et Kneph (J. h.). Idem locus ♃ tribuitur Lin. E. Vltimo enim in loco (a.) ex lege X. coniunctum cernitur Pschent ♃ (Tab. IV. F. 34.) cum deo Phtha ♂, vt nomen adscriptum docet. Ibidem pyramis (a) Decuriam et Dodecatemorion ♂, aries Horion ♃ significant. Ergo longitudo ♃ est = ♈ 0° 30′.

♄ *in* ♈. *IX. c; J. f; XIII. c.*

Quum ♄ symbola larua Typhonica Lin. IX. c. inter ♃ (1°) et ☿ (e.), atque Lin. J. f. pennae struthionis inter ♃ (h.) et ☉ (19°) posita sint; quumque post ♄ appareat ♀ Moera (J. e.) Meisi serpens (Tab. VI. E. 10.): sequitur, ♄ aut in 3°, aut 10°, aut 17°, quae sunt ♀ Moerae, versari. Eadem ♀ Moera indicatur IX. c. et XIII. c. spatha (col. Ar. V. b. Tab. VII. D. 2. a.). Iam vero XIII. c, vbi pennam struthionis notare vidimus ♄, cum ♄ coniunctae sunt partes ♃ (disci cum Kneph, col. J. h.) et ♂ (corporis Phtha capite lupino). Ergo ♄ versatur in Moera ♀ prima (3°). Nam reliquae ♀ Moerae dictae non insunt simul ♃ et ♂ partibus in ♈. Hinc itaque ♄ versatur in Decuria ♂ (0° — 10.) Phtha, Horio ♃ (0° — 6°) disci cum Kneph, Dodecatemorio ♂ (0° — 2° 30′) capite lupino, Moera ♀ (3°). Reapse eaedem deinceps persona Lin. J. exprimuntur, scilicet Decanus ♂ (i) vulture, Horiocrator ♃ (h.) disco cum Kneph, Dodecatemorion ♂ (g.) vasculo Martiali, Moera ♀ (e) Meisi serpente. Ergo longitudo ♄ est = ♈ 2° 30′.

☿ *in* ♈ *IX. e; J. c; Lat. X. a.*

Quum ☿ in fine Signi positus sit (IX. e.), sed iuxta ☉ (J. c.); quumque coniungatur cum Moera ♄ loti (J. d., col. Lat. V. b., Y. d.) atque sphingis (Lat. X. e; col. N. c; P. a.): statim sequitur, ☿ esse in Moera ♄ tertia (20°). Quae Moera inest in Dodecatemorio ♂, Horio ☿, Decuria ☉. Vtique haec numina iuxta ☿ prostant l. l., ☉ (Lat. X. a.) discus et (J. a.) leo, ☿ (J. b. aut c.) caput accipitris aut Ibis, (Lat. X. a.) vertagociput; ♂ (J. b.) vipera et (Lat. X. c., col. G. c. b.) spina. Ergo longitudo ☿ est = ♈ 19° 30′.

♂ *in* ♋ *retrogradus XII. b; G. b; A. c. f.*

Quum ♂ ex ♌, vt vidimus, recesserit in finem ♋, Sole in ♈ 19° versante; quumque coniunctus appareat cum Moera ☉ leonis (G. a.) et oculi (A. a.); claret, eum versari in 26° ♋.

Quae Moera est in Dodecatemorio ♀, Horio ♃, Decuria ☽. Vtique ☽ valet (A. b. col. XIII. f.) felis, ♃ oculus (A. a. col. IV. b. Tab. IV. Lin. E. 4.), ♀ felis (A. b. col. VII. b). Ergo longitudo ♂ est = ♋ 25° 30′.

♀ *in* ♓ *III. c; L. a; S. b.*

Quum in L. et S. post ♀ discum in capite accipitris et Meisi serpentem vltimo loco collocata sint ☿ symbola vertagociput (L. a.) et accipiter anthropocephalus (S. c. col. Tab. IV. A. 6.); apparet, ♀ versari in ☿ Moera (v. lex X.). Iam vero cum ☿ symbolis coniuncta sunt ♄ (L. a.) sphingis effigies et (S. c.) alae. Quare, quum nulla ♓ Moera, ♀ addicta, contineatur a segmento huius Signi proprio ♄, praeter gradum 5tum, in oculos incurrit, ♀ tum temporis hoc in gradu ♓ apparuisse astronomo nostro. Hinc ♀ fuit in Dodecatemorio ♂ et Horio ♀. Profecto haec numina exprimuntur ♀ capite accipitris et Meisi serpente (L. a; S. b.), vt ipse planeta; ♂ vero vtroque in loco (L. c; S. a.) Phtha caluo. Ergo longitudo ♀ fuit = ♓ 4° 30′.

☽ *in* ♎ *V. f; VII. a; P. 2. d; F. a.*

His omnibus ex locis, quum vltimo loco sint ♀ symbola discus cornutus (col. III. c.) et cornua bubula, patet, ☽ coniunctam fuisse cum ♀ Moera. Qua cum Moera arctissime cohaerent (VII. d; F. f.) symbola ☿ (vas Canopicum), ♃ (cornua hircina), ♂ (duae pennae Ibidis). Iam nulla est Moera ♀ praeter gradum 29num ♎ cum numinibus dictis coniuncta, quippe quae pertinet ad Dodecatemorion ☿, Horion ♂, Decuriam ♃. Easdem personas habes deinceps Lin. P. 2, nimirum Decuriam ♃ (c.) cornua hircina, Horion ♂ (c.) pyramidion, Dodecatemorion ☿ (d.) gruem, Moeram ♀ (e.) cornua bubula. Ergo longitudo ☽ tum temporis fuit = ♎ 28° 30′.

III. *Computatio temporis.*

Iuuabit ante omnia, quo tutius pergamus, varia inscriptionis nostrae testimonia de 7 planetarum locis colligere.

☉ *(IX g; J a; E c; O. d.) longitudo* = ♈ *gradus* 19nus (0s 18° 30′)

Zodiaci partes.	*Loci inscriptionis.*
Domus ♂ (♈ ♏)	IX. b. d. Hami.
Trigonum ♂ (♈ ♌ ♐)	IX. b. Bellona Neitha.
Tetragonum ♂ (♈ ♋ ♎ ♑)	IX. d. it.
Domus ♂ (♉ ♏)	J. g. Vas Martiale.
Trigonum ♄ ♂ (♉ ♌ ♐)	J. h. Vultur.
Tetragonum ♄ (♉ ♋ ♎ ♑)	J. f. Pennae struthionis.
Domus ♂ (♉ ♏)	E. c. Aries.
Trigonum ♄ (♉ ♌ ♐)	E. b. Lotus.
[♂ ♃ (♉ ♌ ♐)?]	[E. a. Phtha Jupiter.]
Tetragonum ♂ (♉ ♋ ♎ ♑)	E. d. Vas Martiale.
Adspectu △ ♂ (♌)	IX. g. Mneuis col. XIII. a. Phtha.
	III. c. Leo. col. XII. b. Vasculo ♂.
	J. a. Leo col. G. b. olea.

Zodiaci partes.	*Loci inscriptionis.*
Adspectu □ ♂ (♋)	IX. g. Mneuis col. VIII. d. Vas ♂.
□ ☽ (♎)	IX. g. Mneuis col. V. f. Apis.
Oppositio ☽ (♎)	IX. g. col. V. f. Apis.
	O. d. Aries col. C. c. Apis.
Decuria ☉ (♈ 10°—20°)	J. b. Caput accipitris aut leo.
Horion ☿ (♈ 13°—20°)	J. c. Ibis.
Dodecatemorion ♂ (17° 30′—20°)	J. b. Vipera.
Moera ☽ (♈ 19°)	J. e. Meisi serpens.
	IX. g. Meisi in disco solari.
Hypsoma ☉ (♈ 19°, seu 0ˢ 18° 30′)	IX. g. Mneuis in alto.

☽ *(V. f; C. c; F. a; P. 2. d.) longitudo* = ♎ *gradus* 29ᵐᵘˢ (6ˢ 28° 30′)

Domus ♀ (♎ ♉)	V. b. Caput ♀ Naophorae.
Trigonum ♄ (♎ ♒ ♊)	V. a. c. Rhea anus, laqueus.
Tetragonum ♂ (♎ ♑ ♈ ♋)	V. b. Laquei.
Domus ♀ (♎ ♉)	P. 2. d. Discus cornutus.
Trigonum ♄ ☿ (♎ ♒ ♊)	P. 2. e. d. Pennae struthionis et Grus.
Tetragonum ♂ (♎ ♑ ♈ ♋)	P. 2. c. Phtha, pyramis.
Domus ♀ (♎ ♉)	F. f. Accipiter.
	C. a. Item caput accipitris.
Trigonum ♄ ☿ (♎ ♒ ♊)	F. a. Cynocephalus.
	C. a. d. Penna struthionis, Harpocrates.
Tetragonum ♂ et ☉ (♎ ♑ ♈ ♋).	F. c. Phtha, f. leo.
	C. c. Lanceae.
Adspectu □ ☉ (♈)	V. f. Apis col. IX. g. Mneuis.
□ ♂ (♋)	VI. b. VIII. d. Vas ♂.
□ ☿ (♈)	IX. e. Cynocephalus.
□ ♃ (♈)	IX. a. Rana.
□ ♄ (♈)	IX. c. Larua Typhonis.
Opposit. ☉ (♈)	IX. g. Mneuis.
	C. c. Apis; col. O. d. Aries.
Decuria ♃ (♎ 20°—30°)	VII. e. Cornua arietina.
	F. e. Cornua eadem P. 2. c. it.
Horion ♂ (♎ 28°—30°)	VII. e., F. e. pennae duae. C. c. Hastae.
Dodecatemorion ☿ (27° 30′—30°)	F. e. Vas canopicum, it. VII. e.
	P. 2. d. Grus. C. d. Iao.
	F. a. Cynocephalus.
Moera ♀ (♎ 29° seu 28° 30′)	P. 2. e. Discus cornutus.
	VII. e. F. e. Accipiter vel discus cornutus.

☿ *(IX. e; J. c; II. b; Lat. X. a.) longitudo* = ♈ *gradus* 20ᵐᵘˢ (0ˢ 19° 30′)

Domus ♂ (♈ ♏)	IX. b. d. Hami.
Trigonum ♂ (♈ ♌ ♐)	IX. b. Bellona Neitha.
Tetragonum ♂ (vid. ☉)	IX. (vid. ☉).

Zodiaci partes.	*Loci inscriptionis.*
Domus ♂ (vid. ☉)	J. (vid. ☉) Lat. X. d. Scorpio, II. e. Aries.
Trigonum ♄ ♂ (vid. ☉)	J. (vid. ☉) Lat. X. e. Sphinx, II. e. Lotus.
Tetragonum ♂ (vid. ☉) et ☉ ♃	J. (vid. ☉) Lat. X. c. Planta, II. f. Phoenix.
Adspectus △ ♂ (♌)	II. b. Cynocephalus col. VI. b. Vas ♂.
□ ♂ (♋)	IX. e. Cynocephalus col. V. d. Apis ♂.
□ ☽ (♎)	It. col. V. f. Apis.
Oppositio ☽ (♎)	IX. e. Cynocephalus col. V. f. Apis.
Finis ♁ (15°—30°)	IX. e; J. c; col. IX. a; J. h. f.
Decuria ☉ (♁ 10°—20°)	J. a. Leo, Lat. X. a. Discus.
Horion ☿ (♁ 13°—21°)	J. b. Accipiter Lat. X. a. Vertagociput.
Dodecatemorion ♂ (♁ 17° 30′—20)	J. b. Vipera Lat. X. c. Planta ♂.
Moera ♄ (♈ 20°)	J. d. Lotus. Lat. X. e. Sphinx.

♀ *(III. c; S. b; L. a.;) longitudo* = ♓ *gradus* 5tus (11s 4° 30′)

Domus ♃ (♓ ♐)	III. b. Ammon rex.
Trigonum ♂ (♓ ♋ ♏)	III. e. d. Hamus Martialis, Spina.
et ♀	Isis cornibus bubulis, Meisi.
Tetragonum ☿ ♄ ♀ (♓ ♊ ♍ ♐)	III. a. Hebe cum Meisi, pennae struthionis.
Domus ♃ (♓ ♐)	L. b. Rana.
Trigonum ♂ (♓ ♋ ♏)	L. c. Phtha caluus cum vase ♂.
Tetragonum ♄ ☿ (♓ ♊ ♍ ♐)	L. a. Vasa Canopica; Triclinium.
Domus ♃ (♓ ♐)	S. a. c. Cornua hircina.
Trigonum ♂ ♀ (♓ ♋ ♏)	S. b. a. Phtha, Meisi serpens.
Tetragonum ☿ (♓ ♊ ♍ ♐)	S. c. Accipiter hieracocephalus.
Adspectu △ ♂ (♋)	III. c. discus cornutus in disco col. XII. b. Vase ♂.
Decuria ♄ (♓ 0°—10°)	L. a. Sphinx.
	S. c.; III. c. alae ♄.
Horion ♀ (♓ 0°—12°)	L. a. Caput accipitris.
	S. b. Meisi.
Dodecatemorion ♂ (♓ 2° 30′—5°)	L. c. Pyramis vel Phtha caluus.
	S. c. a. Spina vel Phtha.
Moera ☿ (♓ 5°)	S. c. III. c. Accipiter hieracocephalus.
	L. a. Vasa Canopica.

♂ *(Stationalis XIII. a; V. d; G. b; A. f; Proprie XII. b; VI. b; VIII. d; K. d; T. b.) longitudo* = ♋ *gradus* 26tus (3s 25° 30′)

(Directus) Domo ☽ (♋)	VIII. c. Scarabaeus It. XII. e.
Trigono ♀ ☽ (♋ ♓ ♏)	VIII. e. Isis cornibus bubulis.
	XII. c. Horus hieracocephalus. XII. a. Isis.
Tetragono ♂ (♋ ♈ ♑ ♎)	VIII. b. Insignia ♂ et vultur. It. XII.
Domus ☽ (♋)	K. c. Meisi.
	T. c. Bubula cornua cum disco.
	XIII. f. Felis.
	A. b. Felis.
Trigonum ♂ atque ☿ et ♀ (♋ ♓ ♏)	XIII. f. Instrumentum ♂.

Zodiaci partes.		*Loci inscriptionis.*
(Directus)	Trigonum ♂ atque ☿ et ♀ (♋ ♓ ♏)	A. b. Item; K. a. Hamus.
		A. d. Accipiter anthropocephalus.
		G. a. Hieracocephalus.
	Tetragonum ☉ ♃ (♋ ♈ ♑ ♎)	T. d. Mneuis; A. a. Oculus.
		K. a. Regulus.
	Adspectu △ ♀ (♓)	VIII. d. XII. b. Vas ♂ col. III. c. discus ♀.
	Adspectu □ ☉ (♈)	VIII. d. col. IX. g. Mneuis.
	☿ (♈)	col. IX. e. Cynocephalus.
	♃ (♈)	col. IX. a. Rana.
	♄ (♈)	col. IX. c. Larua Typhonis et
		XII. b. col. XIII. c. Penna struthionis.
	☽ (♎)	VIII. d. col. V. f. Apis.
(Stationalis)	Domo ☉ (♌)	XIII. d. Leontocephala.
et	Trigono ♄ (♌ ♐ ♈)	XIII. b. Insignia ♄. Pennae struthionis.
(retrogradus)	Tetragono ♂ (♌ ♏ ♒ ♉)	XIII. e. Insignia ♂. Hamus.
	Domo ☉ (♌)	A. e. Leo.
	Trigono ☉ (♌ ♐ ♈)	A. g. Oculus ☉.
	Tetragono ♂ (♌ ♏ ♒ ♉)	A. h. Phtha caluus.
	Domo ☉ (♌)	G. a. Leo hieracocephalus.
	Trigono ☉ (♌ ♐ ♈)	G. (H. a.) Leo.
	Tetragono ♂ (♌ ♏ ♒ ♉)	G. b. Hami ♂.
		aut Phtha cum spinis G. c.
	Adspectu △ ☉ (♈)	XIII. a. Phtha col. IX. g. Mneui.
	☿ (♈)	VI. b. Vas Mart. col. II. b. Cynocephalus.
	♃ (♈)	XIII. a. Phtha col. IX. a. Rana.
	♄ (♈)	V. d. Auis Mart. col. I. c. Typhon. Oryx.
(Proprie in ♋)	Decuria ☽ (20°—30°)	A. b. Felis.
		T. c. Corniger discus.
		K. c. Meisi serp.
	Horion ♃ (20°—26°)	A. a. Oculus; K. a. Regulus.
	Dodecatemor. ♀ (25°—27° 30′)	A. b. Felis.
		K. c. Meisi.
	Moera ☉ (♋ 26°)	A. a. Oculus; G. a. Leo; T. d. Mneuis; K. a. Rex.

♃ *(IX. a; I. h.; E. a.) longitudo* = ♈ *gradus* 1mus (0s 0° 30′)

Domus ♂ (♈ ♏)	IX. b. d. Hami ♂.
Trigonum ♂ (♈ ♌ ♐)	(Cet. vide s. ☉).
Tetragonum ♂ (♈ ♋ ♎ ♑)	
Domus ♂ (♈ ♏)	J. g. Olea cum hamis.
Trigonum ♄ ♂ (♈ ♌ ♐)	(Cet. vide s. ☉).
Tetragonum ♂ (♈ ♋ ♎ ♑)	
Domus ♂ (♈ ♏)	E. c. Aries.
Trigonum ♂ (♈ ♌ ♐)	(Cet. vide s. ☉).
Tetragonum ♂ (♈ ♋ ♎ ♑)	

Zodiaci partes.	*Loci inscriptionis.*
Adspectu △ ♂ (♌)	IX. a. Rana col. XIII. a. Phtha.
Adspectu □ ♂ (♋)	IX. a. Rana col. V. d. auis ♂.
Oppositio ☽ (♎)	col. V. f. Apis.
Initio ♈ (0° — 10°)	col. IX. c. e.
Decuria ♂ (0° — 10°)	E. a. Phtha; J. g. Vasa Mart.
Horion ♃ (0° — 6°)	E. a. Pschent in capite Phtha, aut aries ♃.
	J. h. Discus cum serpente Kneph.
Dodecatemorion ♂ (0° — 2° 30′)	E. a. Pyramidion, aut E. d. Vas Mart.
Moera ♂ (1°)	E. d. Vasculum ♂, aut E. a. Pyramidion.
	J. g. Hami Mart.

♄ (IX. c; XIII. c; J. f; E. b; I. c.) longitudo = ♈ gradus 3us (0° 2° 30′).

Domus ♂ (♈ ♏)	IX. b. d. Hami XIII. d. Scarabaeus.
Trigonum ♂ (♈ ♌ ♐) et ♃ ♄)	(Cet. vid. s. ☉) XIII. d. Discus cum Kneph; b. Struthionis pennae.
Tetragonum ♂ (♈ ♋ ♎ ♑)	XIII. e. Phtha aut hamus Mart.
Domus ♂ (♈ ♏)	J. g. Hami et vas Mart.; I. b. Mactator.
Trigonum ♂ (♈ ♌ ♐) et ♃ ♄	(Cet. vid. s. ☉) I. a; Ammon Typhon.
Tetragonum ♂ (♈ ♋ ♎ ♑)	I. d; Neitha cum pileo.
Adspectus △ ♂ (♌)	I. c. Oryx, vel gazella ♄, col. V. d. auis ♂.
Adspectu □ ♂ (♋)	XIII. c. Penna struthionis col. XII. b. vas. ♂.
Adspectu □ ☽ (♎)	IX. c. Larua Typhon. col. V. f. Apide.
Oppositio ☾ (♎)	IX. c. Larua Typh. col. V. h. caput Veneris cum templo.
Decuria ♂ (0° — 10°)	E. d. Vasculum Mart.
	XIII. c. Corpus Phtha. IX. c. Funis.
	J. g. Vas ♂. Hami.
Horion ♃ (0° — 6°)	XIII. c; IX. c; J. h. Disculi et Discus cum Kneph; E. c. Aries vel Pschent.
Dodecatemorion ♂ (0° — 2° 30′)	XIII. c. Caput lupi. J. g; XIII. c; Hami ♂; E. a. Phtha.
Moera ♀ (∨ 6°).	XIII. c; IX. c. Instrumentum ♀.
	J. e. Meisi serpens.

Horoscopus = ♎ 20°.

Domus ♀ (♎ ♉)	VII. a. b. Isis et felis.
Trigonum ☿ (♎ ♒ ♊)	VII. e. Vas Canopicum.
Tetragonum ☉ (♎ ♑ ♈ ♋)	VII. d. Leo.
Decuria ♃ (20° — 30°)	VII. e. Cornua hircina.
Horion ♂ (28° — 30°)	VII. e. Duae pennae Martiales.
Dodecatemorion ☿ (27° 30′ — 30°)	VII. e. Vas Canopicum.
Moera ♀ (28° 30′)	VII. d. Discus corniger aut Hieracocephalus (col. III. c.).

Iam vero haec talis, vel, si malueris, simillima constellatio locum habuit solummodo:

anno 54 post Ch. n., Mense Aprili, die 11, *hora diei astronomici* 6, *siue* 6 *post meridiem*, vt sequens computatio licet perfunctoria clare docet:

Annus 54. p. Ch.	☉			☽			☿			♀			♂			♃			♄		
Anno 0	9s	7°	55′	11s	21°	47′	8s	23°	59′	5s	28°	28′	6s	28°	12′	4s	29°	32′	2s	0°	0′
40	0	0	19	8	27	10	0	29	37	0	7	41	3	6	40	4	14	31	4	9	24
14	11	29	36	1	20	54	1	14	19	9	1	53	5	9	34	2	5	2	5	21	16
Aprilis																0	7	28	0	3	0
dies 11	3	9	34	8	10	49	1	23	19	5	11	49	1	22	55	0	0	54	0	0	22
horae 6	0	0	14	0	3	18	0	1	1	0	0	24	0	0	6	0	0	1	0	0	½
Helioc.	0s	17°	38′	6s	23°	58′	1s	2°	17′	8s	20°	16′	5s	7°	28′	11s	27°	30′	0s	5°	5′
Geocent.	♈	17°	38′	♎	23°	58′	♈	24°	5′	♐	4°	20′	♌	1°	55′	♈	1°	35′	♈	6°	30′
Aeg. obseru.	♈	18°	30′	♎	28°	30′	♈	19°	30′	♐	4°	30′	♋	25°	30′	♈	0°	30′	♈	2°	30′*)

IV. *Conclusio.*

Haec talis itaque antiquae obseruationis cum computatione nostra conuenientia clare docet Tabulam Isiacam non spectare ad tempora Mosis, neque ad aetatem Caracallae (220. p. Ch.), neque ad aetatem Iulii Caesaris; imo potius ad annum 54 post Christum natum. Caeterum nunc in oculos incurrit, Mensam Bembinam continere neque theosophiam gentilem, vt Kircherus voluit, neque mysteria Isidis, quod Pignorio placuit, neque Legislationem secundum Guilandinum, neque Calendarium vel Fastos Aegyptiaco-Romanos, neque Cultum Aegyptiacum, vt Caylus coniecit, neque doctrinam de acu magnetica; imo potius meras ac puras planetarum obseruationes, siue, quam nos dicimus, constellationem. Tradit haec enim inscriptio, quomodo 7 planetae certo quodam tempore inter stellas reliquas apparuerint.

Iam quaeritur, cuius rei caussa tam subtile et difficile, tamque artificiosum et pretiosum opus susceptum sit. Scilicet, quum Tabula Isiaca eam aetatem redoleat, qua cultus Aegyptiacus in Italia et ipsa imperatorum in palatia propagari coepit; quumque personarum summarum et principum gratia planetae sub initium anni astronomici obseruari consueuerint; quum denique Tabula nostra, vt monumenta Aegyptiaca Pompeiis et Herculani reperta testantur, ipsum stylum *Italianum* prodat: sua sponte quasi in animum irruit coniicere, Mensam Isiacam, quae dicitur, natiuitatem cuiusdam imperatoris Romani continere. Reapse anno 54 post Ch. natus est Romanorum imperator M. *Vlpius Nerua Traianus* cognomine Optimus, scilicet die 18 Septembris anni vrbis conditae 806, hoc est anni p. Ch. n. 54., Italicae in Hispania. Sic enim scriptores fide dignissimi tradunt. Quum Traianus anno v. c. 850. a. M. Cocceio Nerua adoptatus esset, post eius mortem 28 Ianuarii anno 851. V. C., hoc est anno 98 p. Ch. n. imperium suscepit cum vxore Plotina, cum qua regnauit 20 annos 11 menses vsque ad annum p. Ch. n. 118, diem Iulii 10 aut 12, quippe supremum, natus annos 62, menses 5, dies 17 aut 19. Regnauit autem Nerua II. siue Traianus tam bene et feliciter, vt viuus adhuc diuino honore haberetur cum vxore Plotina. In Neruae II. honorem, viuente eo, monumenta non pauca erecta esse vi-

*) Quum locus ♄ tabula nostra descriptus conueniat potius ♃ loco a nobis computato et vice versa; credo vtrosque planetas, aut fortuito, quum in radiis ☉ fere versarentur sibi vicini, aut de consilio inter se commutatos fuisse. Ceterum eo nihil mutatur tempus, quod Tabulae Isiacae adscripsimus.

dentur. Beneuenti prope Neapolin etiamnum exstat arcus Triumphalis Neruae II. erectus. Huc spectat Columna Traiana. In insula Philarum, vrbe Ombi, Denderae aliisque in locis exstant monumenta cum Nomine Neruae Traiani [30]). Quas quidem ob caussas vix negabitur, Tabulam Bembinam continere natiuitatem imperatoris Neruae Traiani, vel potius, obseruationes astronomicas de septem planetis institutas sub initium anni astronomici, quo currente Nerua natus erat. Vidimus enim, etiam Zodiacum Tentyriticum continere constellationem Neronis sub anni eius initium obseruatam, quo currente Nero natus sit. Quae coniectura egregie confirmatur ipsis Tabulae Bembinae inscriptionibus. In vulgus enim constat, regum et imperatorum nomina ab Aegyptiis hieroglyphice scripta inclusa esse annulis sacris. Huius generis annulum habes in Area III. f. (Tab. VIII.) iuxta regis imaginem, quo hae literae continentur AVTKRTR NRVA, *Autocrator Nerua.* Significant enim A penna Ibidis, coturnix V, semicirculus orbis terrarum imago T, quadrans K, oculi caeci circuitus R, perdix T, Circellus solaris R. Sequuntur hinc lineola N, oculus caecus R, duo loti folia vel claustrum V atque orbis dimidiatus A. Quin imo, nomen Traiani infra sub brachio regis exprimi videtur vltimis signis: manu T, oculo caeco R, rota J, lineola N, area caua S. Sed haec minus clara sunt. Iam vero et imperatricis Plotinae nomen tabula Bembina continetur. Etenim annulum, vt supra, habes in Area L a. iuxta Neithae simulacrum, cum literis PLATNA h. e. *Plotina.* Significant enim Quadratum P, oculus caecus L, penna Ibidis A, orbis dimidiatus T, vasculum rotundum N, atque orbis dimidiatus A. Sequentes literae, licet ⲥϩⲙⲓ *vxor* pronunciari possint, nimis obscurae sunt. Denique tertius annulus est in Area X. d., de quo praesente tabula iudicandum, vtrum Iuliae Sabinae neptis sororis Traiani, quippe sequenti imperatori maritatae viuente adhuc Traiano, an Marcianae, sororis Traiani, aut filiae imperatoris nomina contineat. Saltem rota S, serpens B, monile A, vasculum N, oculus A valent, quibus imaginibus nomen SBANA (Sabina) exprimi videtur. Quas quidem ob causas non improbabile est, asseclas cultus Aegyptiaci Romanos hanc nostram Tabulam Traiano, quippe natiuitatem ipsius, dono dedisse, qua imperatorem propter regnum suum vere iustum et propitium cum Ioue Osiride, vel ♃ planeta, vxorem Plotinam cum Minerua Neitha, vel ♂ feminino, denique Sabinam affinem Traiani cum Ganimeda vel Hebe Aegyptiaca Iside, seu ☿ feminino compararent. Ceterum monere iuuat, non vnicam hanc esse imperatorum Romanorum natiuitatem, quae ad nostra tempora peruenerit. Sic exempli gratia exstat numus ex aetate Antonini, quo constellatio huius imperatoris excusa cernitur [31]). De ipso imperatore Augusto constat, vt veteres narrant, eum natiuitatem suam, quum nouisset propitiam, numis excudere et edere curasse.

Superest demonstrare, Tabulam Bembinam numina astronomina eodem modo exprimere ac reliqua, quae vidimus, monumenta. Symbola astronomica noua notata sunt *.

---

30) Vid. *Champollion* Précis ed. II. Tab. No. 148. a. b. Lettre à Dacier no. 55. *Salt* Essay Tab. II. no. 13. Prokesch's Erinnerungen Vol. III. Tab. V. Nomina Traiani et Neruae numerosissima.

31) Dupuis Origine de tous les cultes Tab. II. no. 11. Kreuzer Symbolik. Tab. V. n. 12.

Numina	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Relationes*
Symbola ☉	Leo	VIII. c.	Hemisphaerii superioris praeses
		A. e.	Oecodespota ♌
		H. a.	Trigonodespota ♐
	* Leo hieracocephalus	J. a.	Planeta in ♈
		G. a.	Oecodespota ♌
		VII. c; F. f.	Tetragonodespota ♎
	Leontocephale	XIII. d.	Oecodespota ♌
	Mneuis Taurus	IX. g.	Planeta in ♈
		T. d.	Tetragonodespota ♋
	Oculus cum partibus suis	A. g.	Trigonodespota ♌
		A. a.	Moera ♋
		R. e.	Hexagonodespota ♒
	Aries vno duobusque capitibus	E. c.	Planeta in ♈
		O. d.	Item in ♈
	Discus solaris	Lat. X. a; XIII. d.	Decuria ♈ et Oecodespota ♌
	Accipitris caput in Vraeo	B. 1. a.	Trigonodespota ♐
	* Phoenix	II. f.	Tetragonodespota ♈ et ♑
Symbola ♊	Cornua Lunaria seu falces	F. a.	Planeta in ♎
		P. 2. d.	It. in ♎
		B. 2. f.	Tetragonodespota ♒
	Discus inter cornua bubula	T. c; VII. a.	Oecodespota ♋ Planeta in ♎
		VIII. e.	Trigonodespota ♋
		XII. d.	It. vel ♀ in ♉
		VI. a.	It. in ♑
		III. d.	It. in ♓
	Deus Lunus cum Scarabaeo	VIII. c.	Oecodespota ♋
	Apis Taurus	V. f.	Planeta in ♎
		C. o.	It. in ♎
		M. a.	Tetragonodespota ♏
	Meisi serpens	K. c; M. a.	Oecodespota ♋ Tetragonod. ♏
		IX. g; X. a.	Moera ♈ Tetragon. ♏
	Scarabaeus	VIII. c.	Oecodespota ♋
		XII. e; XIII. d.	It. in ♋ Tetragonodespota ♌
		VII. a.	Planeta in ♎
	Isis cum pelle vulturis	VII. a.	Item in ♎
	Isis pileata	X. a.	Tetragonodespota ♏
	Felis	A. b.	Oecodespota ♋
		XIII. f.	It. cum ♂ planeta
	Pellis vulturis in Iside	VII. a; M. a.	Planeta in ♎ Tetragonodesp. ♏
Symbola ☿	Hebe Aeg., Sabina,	X. c.	Trigonodespota ♏
	Ganimeda	III. a.	Tetragonodespota ♓

Numina	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Relationes*
Symbola ☿	Cynocephalus	IX. e.	Planeta in ♈
		Q. b.	Oecodespota ♊
		II. b.	Planeta in ♈
		F. a.	Trigonodespota et Moera ♎
	Accipiter	D. c.	Oecodespota ♊
		B. 1. a.	Tetragonodespota ♐
	Accipiter anthropocephalus	A. d.	Trigonodespota ♋
		H. e.	Tetragonodespota ♐
		S. c.	Item et Moera ♐
	Vertagus	R. d.	Trigonodespota ♒
	Vertagi caput	Q. a.	Trigonodespota ♊
		Lat. X. a.	Planeta in ♈ (per transpositionem in ♏)
	Ibis	J. c.	Planeta et Horiocrator ♉
	Ibicephalus	VI. c.	Oecodespota ♊
	Puer Iao	C. d.	Dodecatemor. et Trigonod. ♎
	Persona seruiens inclinata	I. b.	Oecodespota ♍
	Virga vel caduceus	VI. c.	Trigonodespota ♊
		Y. a.	Item vel Oecodespota ♍
	Vasa Canopica	L. a.	Tetragonodespota et Moera ♓
		VII. d.	Trigonodespota et Dodecat. ♎
		F. e.	Item et Dodecatemorion ♎
*	Hirci Mendesii caput	D. d.	Tetragonodespota ♊
*	Grus vel auis alia	P. 2. d.	Trigonodespota ♎
*	Auis (accipiter) anthrop. sedens	N. a.	Oecodespota ♍
*	Scarabaeus anthropocephalus	R. b.	Trigonod. ♒ (aut ♄ Oecod. ♒)
Symbola ♀	Accipiter eiusque caput solum	X. c; III. c.	Trigonodesp. ♏; Planeta in ♓
		L. a.	Planeta et Horion in ♓
		C. a; O. a.	Oecodespota ♎
	(Leo hieracoceph. cum disco ♀)	F. f; VII. d.	Item ♎
	Hieracocephalus	XII. c.	Item ♉
		T. a.	Trigonodespota ♋
	Meisi serpens	S. b; X. a; J. e.	Planeta in ♓ Trigon. ♏ Moera ♈
	Caput ferens templum	XII. a.	Trigonodespota ♉
		V. b.	Oecodespota ♎
	Pellis Pantherae	XII. a.	Trigonodespota ♉
	Spatha	XIII. c; V. b.	Moera ♈; Oecodespota ♎
		XII. c; IX. c.	Oecodespota ♉; Tetragon. ♒
	Felis	VII. b.	Oecodespota ♎
	Discus cornibus bubulis	P. 2. e; XII. d.	Oec. ♎; Trigon. ♓; Tetrag. ♉
	Discus falcatus	VII. d.; L. a; F. f; III. c.	Oecodespota ♎ et planeta in ♓
*	Hirci Chemmisensis caput	P. 1. b.	Trigonodespota ♑

Numina	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Relationes*
Symbola ♂	Phtha pedibus manibusque iunctis	XIII. a.	Planeta in ♌ stationalis.
		X. b.	Oecodespota ♏
	Phtha caluus	L. c; E. a.	Trigonodespota ♓ ♍
		A. h; F. c.	Tetragonodespota ♌ ♎
		R. a; P. 2. c.	It. ♒ et Trigonodespota ♎
		M. d; Lat. V. a.	Trigonodespota ♏ Trig. ♑
		S. a.	It. et Dodecatemorion ♓
	Hercules bellator et cursor	XI. a; II. a.	Tetragonodespota ♑ ♒
	Neitha (Plotina imperatrix)	I. d; IX. b.	Trigonod. et Tetragonod. ♍ et ♍
	Hami	J. g; M. b.	Oecodespota ♍ ♏
		IX. b; XII. c; XIII. e.	Trigonod. et Oec. ♍ ♉ Tetrag. ♌
		Lat. V. b; III. a; K. a.	Item ♑ ♓ ♋
	Vascula Martialia	J. g; M. b.	Oecodesp. ♍ ♏
		F. d; M. c; E. d.	Trigonodesp. ♏ Tetrag. ♎ ♍
		XII. b; VI. b; VIII. d.	Planeta in ♋
	* Olea	IX. a. d; M. b.	Trigoni et Tetragoni dom. ♍ Oecod. ♏
		K. d; G. b; A. f.	Planeta in ♋ et ♌
	Pyramis	E. a; G. b; L. c.	Trigonodesp. ♍ ♓ Planeta in ♌
		P. 2. c.	Tetragonodespota ♎
	* Tauri caput	B. 1. b.	Trigonodespota ♑
	* Lupi caput	XIII. c.	Dodecatemorion ♍
	Aries	E. c; II. e; O. d.	Oecodespota ♍
	Binae Ibidis pennae	IX. d; F. e; VII. e.	Trigonodespota ♍ Horion ♎
	Laqueus	V. b; IX. c.	Tetragonodespota ♎ Dodec. ♍
	Pileus, etiam cornutus	O. a; I. d.	Trigonodesp. ♍ et ♉
	* Instrumentum bellat.	XIII. f; A. b.	Item ♋
	Vipera	J. b. XIII. h.	Dodecat. ♍; Trigonod. ♌
	Gladius aut culter	I. c.	Oecodespota ♍
	Hasta	C. c; Lat. X. d; O. e.	Tetrag. ♎ ♏ ♍ et Trigon. ib.
	Scorpio	Lat. X. d.	Oecodespota ♏
	* Spina	Lat. X. c; G. c; H. b; III. a; S. c.	Dodecat. ♍; Tetragon. ♌; Trigonod. et Dodecat. ♓ ♋
	Hippopotamus	Y. c.	Trigonodespota ♍
	* Auis quaedam, picus	V. d.	Planeta in ♋
	Vultur	J. h; XII. g.	Trigonodespota ♈ et ♋
Symbola ♃	Ammon Caesar Autocrator	III. b.	Oecodespota ♐
	Vraeus	XIII. h; B. 1. a; S. b; C. a; III. a.	Tetragonodespota ♌, Oecodesp. ♐. Trigonodespota ♌
	Rana	IX. a; H. c; L. b; B. c	Planeta in ♍; Oecodesp. ♑ ♐
	* Aquila, vel Phoenix	II. a.	Trigonodespota ♍
	Pschent	XI. c; E. a; XII. c.	Trigonod. ♒ ♋; Planeta in ♍

Numina	*Imagines*	*Loca inscriptionis*	*Relationes*
Symbola ♃ *	Folia palmae	III. b; II. a; VIII. e.	Oecod. ♓; Trigon. ♈; Tetrag. ♋
	Oculus cum partibus	IV. b; R. e.	Oecodespota ♐; Trigonod. ♒
	Discus cum Kneph	J. h; XIII. c.	Planeta et Horion in ♈
	Cornua hircina	IV. b; I. a; S. a; H. g; F. e; VII. e; P. 2. c.	Oecodespota ♐ ♓; Tetragonodespota ♐ ♍; Decuria ♎
Symbola ♄	Pennae struthionis, passim cum pileo	XIII. c; J. f; D. a; VI. a. d; VIII. b; I. a. IV. a. c. II. d. c; III. d; VIII. c.	Planeta in ♈; Trigonod. ♉; Tetragonodesp. ♊; Oecodespota ♑ ♒
	Sphinx	N. c; Lat. X. e; P. 1. a; B. 2. d; L. a.	Tetragon. ♍; Moera ♈; Trigonodespota ♈; Domus dominus ♑ ♒; Decuria ♓
	Lotus	J. d; Q. c; Y. c. V. a. c; Lat. V. b; E. b; II. e.	Moera ♈; Tetrag. ♊ ♍; Trigonodespota ♎ et ♈ Oecodespota ♑, Planeta in ♈
	Vultur	J. i; Lat. V. c; XI. g.	Trigon. ♈; Tetrag. ♑; Trig. ♒
	* Larua Typhonis	IX. c. et marg.	Planeta in ♈
	* Tabula funeralis, triclinium	L. a.	Tetragonodespota ♒ et Decuria
	* Scarabaeus anthropocephalus, aut tabula libatoria	R. b. c.	Oecodespota ♒ forte simul ☽ Tetragonodespota
	Rhea anus, vel Athor	V. a. c.	Trigonodespota ♎
	Laqueus	V. b.	Item ♎ (!)
	* Oryx s. gazella	I. b.	Planeta in ♈
	* Vestis stellata	XI. b; II. e.	Oecodespota ♒ ♑
	Crocodilus	VII. c.	Hemisphaerii inferioris Dominus
	Alae (vid. Sphinx)	H. e; S. c; B. 1. a.	Tetragonodesp. ♐; Decuria ♓

Hae duae inscriptiones sufficiant ad demonstrandam rationem, qua scripta Aegyptiorum astronomica secundi ordinis differant a primo. Est autem hoc monumentorum genus multo frequentius illo. Nam eodem plane modo obseruationes planetarum describuntur hieroglyphice omnibus fere in templis Aegyptiacis, palatiis, propylaeis atque aedificiis maioribus quadrilateralibus. Eiusdem generis sunt antra et sacella subterranea circa Thebas frequentissima, camerae Catacombarum et alia. De monumentis minoribus huc spectant Monolithi, quippe templa parua ex vno lapide constantia, templorum, propylaeorum, aliorumque aedificiorum typi et protypi lignei. Rarissimae sunt stelae atque papyri, quae ad hanc scriptorum astronomicorum classem pertineant. Inter monolithos huc spectat Monolithus graniteus, vel Syenites rutilus ex aetate Lagidarum in Museo Aegyptiaco Caroli X. Parisiis asseruatus. Iam pergamus ad aliud monumentorum astronomiae Aegyptiacae genus.

§. 9.

Ordo III. obseruationum astronomicarum a veteribus Aegyptiis descriptarum.

Papyrus funeralis in Museo d'Hermandi asseruata.

Description de l'Egypte Vol. V. Pl. 44. Fig. 7. Vid. Tab. IX. Litt. A. B. C. huius voluminis.

I. *Introductio.*

Hoc monumentorum astronomicorum genus eo praecipue differt a superioribus, quod breuiu Zodiaci Signa partesque minores describit, in quibus septem planetae versati sint. Hinc paucis versibus omnium planetarum loca indicantur. Hinc eaedem figurae ad varias Zodiaci partes, quippe variis in Signis iisdem Dominis adscriptas, exprimendas adhibentur. Hinc naues astronomicae aut nuspiam, aut rarissime exponuntur. Hinc nomina numinum hieroglyphica omittuntur. Eo autem differt hoc genus a proxima scriptorum astronomicorum classe, quod planetas et numina Zodiacalia, non literis meris hieroglyphicis, sed numinum Aegyptiorum simulacris exprimit. Huius generis sunt papyri funerales pleraeque, vulgo liturgicae dictae. Quo ex ordine est etiam papyrus *d'Hermandi*, vt statim videbimus. Longitudo papyri est $= 1^m\ 20$ ($3^{ds}\ 8^\circ\ 5'$), altitudo $= 0^m\ 24.$ ($8^\circ\ 10'$); vnde clarum, nostrum exemplum ter circiter minorem esse autographo. Literae, quae in autographo rubramento scriptae apparent, nostra in Tabula expressae sunt punctis. Teste *Jomardo*, V. C., papyrus *d'Hermandi*, quam *de Revil* cum editoribus Operis Francogallici communicauit, accuratissime descripta fuit in Tabula dicta. Ceterum Thebarum regio eius patria esse videtur. De reliquis non constat.

II. *Explicatio papyri.*

Iuuabit ante omnia regulas praefinire, ad quas haec inscriptio astronomica sit explicanda. Quamuis papyrus nostra differre videatur a superioribus monumentis astronomicis; apparebit tamen, fere nihil eam ab illis differre indole sua.

I. Figurae per totam papyrum expositae non sunt nisi 7 planetae atque Zodiaci partes cum planetis ratione quadam coniunctae, quae vim apotelesmaticam haberent in genitura sacerdotis cuiusdam Aegyptii in margine nominati.

II. Planetae exprimuntur figuris maxime insignibus (Lin. A. 8. b. c; 7. b; 6. b; 5. c; B. 4. e. c. b; 1; 5; C. 7; 1.), vt reliquis in Tabulis.

III. Tribus in versibus (A. B. C.) continentur Domini Domuum, Trigonorum, Decuriarum, Horiorum, Dodecatemoriorum et Moerarum cum 7 planetis coniunctarum, vt reliquis in Tabulis.

IV. Horoscopus, siue Signum oriens, quum ☉ occideret, singulari loco indicatur (B. 1.), vt reliquis in Tabulis.

V. Planetae, qui ab alio adspiciuntur ratione △ et □, ponuntur cum eo ipso eadem in *linea*, ita vt coniungantur suis cum Oecodespotis et Trigonodespotis (A. 8. 7. 6. 5.), vt reliquis in Tabulis.

VI. Quum septem planetarum loca tribus in versibus describenda essent; curauit auctor, vt singulis in versibus bini planetae accuratius definirentur (Lin. C. ♂ ♄, B. ☉ ☿), excepto versu primo, vbi trium planetarum longitudo indicatur (A. ♃ ☽ ♀).

VII. Singulis in versibus alterius planetae locus a principio versus, alterius a fine inde indicatur, quare ordo Trigonodespotarum, Oecodespotarum, Decuriarum, Horiorum, Dodecatemoriorum et Moerarum singulis in versibus duplex est. Quum Lin. A. tres planetae definiantur; partes Zodiaci cum tertio planeta coniunctae medio in versu indicantur, quo loco symbolum planetae exstat.

VIII. Initio singulorum versuum eorumque in fine, veluti altero initio, exstant Trigonodespotae, quos deinceps sequuntur Oecodespotae, Decuriae, Horia, Dodecatemoria et Moerae cum singulis planetis coniunctae, vt reliquis in Tabulis.

IX. Figurae pluries deinceps repetitae eandem personam apotelesmaticam exprimunt, vt reliquis in Tabulis. Quum vero per easdem figuras gradus exprimuntur, quibus planeta certus ab initio Signi distet, singulae figurae numerandae sunt.

X. Quum accidit, vt planeta insit in parte quadam Signi propria sibi ipsi et dicata; quumque duae ternaeue eiusdem Signi partes cum planeta coniunctae eundem dominum habent: istae partes, quasi consubstantiales, vna tantum persona exprimuntur, quod sequitur ex lege I. Hinc fit, vt naturalis segmentorum Zodiacalium ordo, quippe quo maiores Signi partes praecedunt minores, passim turbatus appareat, vt reliquis in Tabulis. Hinc e. g. Horion antecedit Decuriam atque idem Oecodespota ipso exprimitur, quum Oecodespota et Horion eundem dominum habent. Quam ad turbationem indicandam passim diuersis personis eadem symbola adiunguntur (col. A. 3. 4; B. 6. 7. 8.), quae quum sequaris, venies ad partem Signi a parte modo indicata proximam legitimam.

XI. Sol planeta eiusque possessiones iis symbolis exprimuntur passim, quae conueniunt Signi Domino cum ☉ coniuncto, vt reliquis in Tabulis. Quod sequitur ex disertis veterum testimoniis (p. 96.).

XII. Omnes ac singulae papyri nostrae figurae ad eos planetas eorumque possessiones Zodiacales referendae sunt, ad quos prioribus in Tabulis atque ab ipsis veteribus scriptoribus, vt in Pantheo demonstrauimus supra, referuntur.

Cognita superiorum monumentorum astronomicorum indole, facile intelligitur, personas huius papyri primarias esse: Crocodilocephalum in naue (Lin. B.); quinque symbola sacra a binis et quaternis vtrinque personis cincta et adorata (Lin. A; 5. 6. 7. 8.), vt supra (Tab. VI. Lin. B. D.); Hieracocephalum disco et sceptro insignem (B. 5.); Boam serpentem alatam (C. 7.); Phtha vinctum (C. 1.) atque Scarabaeum (B. 1.). Quae figurae, quum maxime omnium sint distinctae, planetas significant ex lege II. Profecto Crocodilocephalus (B. 4), quippe solus naui vectus, planetam primarium, ☉ designat; Mumia (C. 1.) vel Phtha vinctus ♂ (col. Tab. VII. C. 3.); Boa (C. 7.) ♄ (Tab. VI. F. 11.), quo spectant etiam porcus (p. 198.) et capita detruncata (A. 8.), ♄ et ♂ symbola (Tab. V. C. 3.); discus lunaris cum cornuum specie (A. 7.) ☽; securis vel clauus (A. 6. col. Tab. V. H. 1. 8.), ♃; instrumentum Veneris et ornamenta (A. 5. Tab. V. Lin. V. 3.) ♀; Hieracocephalus (B. 5.) ☿; denique Scarabaeus (B. 1.) ☽ Oecodespotam. Personae Lin. A.

5. 6. 7. 8. et B. 1., ab vtraque parte planetarum positae, vt Tab. VIII., significant Oecodespotas et Trigonodespotas Signorum, in quibus planetae versentur. Reliquae personae, vt ex inscriptionibus superioribus constat, inseruiunt, quippe Moerae, Dodecatemoria, Horia, Decani, Oecodespotae, Trigonodespotae, ad loca planetarum accuratius definienda. Iam videamus de singulis.

☉ (B. 4. e.) in ♑

Quum ☉ singulis in Signis, vt vidimus (p. 96.), Oecodespotarum imagines assumat, atque hoc loco ☉ repraesentatus sit disco in Crocodilocephalo, ♄ symbolo (Tab. VII. C. 2.); clarum est, ☉ versari in ♄ domo aut ♑, aut ♒. Idem sibi vult Boa ♄, Crocodilocephalum obrepens (col. B. 9; C. 7.). Quum vero in eadem naui sint proxime ante ☉ solemnes ♀ Isidis figurae, hinc circulus ☉ et sacerdos ♃; sequitur, cogitandum esse de ♄ domo in Trigono ♀, Tetragono ☉ ♃. Ergo ☉ est in ♑. Quod quidem confirmatur horoscopo (B. 1.). Vidimus enim, omnes nostras obseruationes institutas fuisse, planeta primario occidente, vel Signo huic opposito oriente. Iam Signum Signo ♑ cum ☉ planeta primario oppositum ♋ est, et sane scarabaeus significat ☽ dominam ♋, caput ♂ (B. 1.) Trigonodespotam in ♋. Praeterea, quum ex lege VIII. ab initio versuum exstent Trigonodespota et Oecodespota, hic (B. 2.) ♀ ♄, vt supra (Tab. VI. B. 5. 6.), valent Domum ♄ in ♀ Trigono, h. e. ♑. Denique Isis et sacerdos in naue ☉ (B. 4. b. g.) sunt stellae ♑ (p. 33.), vt reliquis in Tabulis vidimus. Itaque hoc primum perspicitur, ☉ versari in ♑. Quum vero huius Signi numina primaria indicentur Lin. B. 2.; clarum est, sequentes inde personas eiusdem Signi significare minora numina, vt in Tabulis superioribus vidimus. Etiam nouimus, quaternas personas pares, vno communi symbolo inclusas, vt B. 9, vnam Signi cuiusdam personam significare. Itaque habemus ♃ (B. 3.) Sacerdotem (Tab. VII. B. 2.) Decanum (♑ 0°—10°); hinc, omisso ☿ planeta (B. 5.), ♃ Horion (B. 6.); hinc ♂ (B. 6. 7. 8.) Dodecatemorion, remis expressum (Tab. V. H. 6.); hinc ex lege X. ♄ (B. 9.) draconem Moeram (♑ 8°) in ♂ Dodecatemorio (7° 30′—10°), ♃ Horio (7°—14°), Decuria ♃ (0°—10°). Eandem ☉ longitudinem habes, quum numeres deinceps personas vsque ad ☉ quippe octo (B. 2. a. b. c. d. cum sequentibus, nimirum non retrospicientibus 3. c. g: 4. b. c.). Sin malueris personas post ☉ numerare, quippe 22. (4 f. g. 5—10. d.); habebis gradus 22, quibus ☉ a fine ♑ distet.

☽ (A. 7. b; B. 4. b.) in ♌

Signum ☽ continens exprimitur (A. 7.) Oecodespota et Trigonodespota Leone. Ergo ☽ versatur in ♌, cui solo haec numina conueniunt. Quum Lin. C. accuratius loci ♂ et ♄, Lin. B. ☉ et ☿ (5), Lin. A. ♀ (5.) describantur; optime agi poterat propter ☽ et ♀ affinitatem (p. 68.) in Lin. A. Itaque hic (A. 8. d.) habemus ex lege VIII. primum ♂ Trigonodespotam cum pharetra; hinc in sequenti complexu (A. 7.) leonem ☉ Oecodespotam, hinc item deinceps (A. 6. b.) Decanum ♃ clauum (♌ 10°—20°), hinc (A. 5. c.) Horion ♀ (7°—11°), hinc (A. 4. 3.) vraeum Dodecatemorion ♃ (10°—12° 30′), hinc ex lege X, vt infra (B. 6. 7. 8.), denique Moeram ☽ (11°) Isidis Thermuthis (col. B. 10.). Eandem longitudinem ☽ habes, si numeres 20 personas a fine versus vsque ad ☽ (A. 1. a—h. 2. a—d. 3. a. b. 4. a—d. 5. 6.), quot gradibus ☽ a fine ♌ distat. Iam cum Lin. C. 4. b. ☽ imago repetita sit, numeres Moeras ab initio versus vsque ad ☽, quippe 10

(B. 1. a — d. cum figuris retrospicientibus B. 2. a. b. d. e. f, g.), quo facto habebis gradus, quos ☽ in ♌ excessit. Hinc ante ☽ positus est discus ☉ (B. 4. a.), vt scires, ☽ esse in ♌ atque Moeras dictas spectare ad ♌ initium. Itaque longitudo ☽ est = ♌ 10° 30′. Ceterum Lin. A. ☽ (♌) ideo cum symbolis ♂ et ♄ (in ♏) et ♀ (in ♒) composita est, quod planetae hi ineraut in eodem □ cum ☽, de quo infra.

☿ (B. 5.) in ♎

Quum breuitatis caussa ☿ longitudo singulari in versu describi non posset, quumque ☿ constans ☉ sit comes; non mirum, Lin. B. partim de ☉, partim de ☿ agere, nimirum ab altero versus initio. Itaque incipit versum ex lege VII. Trigonodespota (B. 10.) Thermuthis (p. 139.), siue Isis (☽ ♀), mulier (Tab. VI. F. 1.) cum thermuthi ♂ serpente (Tab. V. Lin. T. 19.), sequente Oecodespota (B. 9.), quippe ♄ cum dracone (col. B. 4. d; C. 7. a; Tab. IV. F. g; VI. F.). Ergo ☿ in Domo ♄, Trigono ☽ ♀ ♂, siue in ♎ constitutus, versatur in Signo a ☉ occupato. Iam Oecodespotam (B. 9.) sequuntur ex lege VIII. Decuria (B. 8.), quippe ♂ (♎ 10° — 20°) Crocodilocephali et remi (Tab. VI. G. 1; V. H.); hinc ex lege X. Horion (B. 5.), quippe ♀ (14° — 20°) Hieracocephalus; hinc Dodecatemorion (B. 7.), quippe ☉ (17° 30′ — 20°) Discociput (col. B. 4. a.); denique Moera (B. 5.) ☿ (20°) Hieracocephalus sceptrophorus (Tab. VII. D. 3. a.). Eadem ☿ longitudo indicatur 19 figuris ante ☿ imaginem positis (B. 6 – 10.), quot gradus ♎ excesserit ☿. Sin numeres figuras ante ☿ positas (B; a. b. c. d.) cum reliquis ad ☿ retrospicientibus (B; 2. a. b. d. e. f. h.); habes 11 gradus, quibus ☿ distet a fine ♎. Ergo longitudo ☿ = ♎ 19°.

♃ (A. 6. b.) in ♋

Quum Lin. B. agat de ☉ et ☿, Lin. C. de ♂ et ♄; necesse est, vt Lin. A. etiam ♃ locum accuratius describat. Securis quidem (A. 6. b.) ♃ alias designat (Tab. V. H. 1. 2. 8.) atque constat ex inscriptione Rosettana, Deum exprimi constanter clauo vel securi. Deus vero est ϭιος, *Ζευς*, siue Iupiter, planeta ♃ (p. 12.). Iam ♃ (A. 6.) cingitur duabus Isidis ☽ simulacris (Tab. VII. B. 2.); ergo versatur in Domo ☽, Trigono ☽, siue in ♋. Quum Lin. A. inde a fine (10.) describat locum ☽; sequitur, ibidem ab initio indicari ♃ longitudinem. Itaque habemus ex lege VII. Trigonodespotam (A. 1) ♂ caluum (col. C. 2; VII. C. 3.), Oecodespotam (A. 2.) Isidem Thermuthin (col. B. 10.); hinc ex lege VIII. et X. Decuriam (A. 2.) ☽ in ♋ (20°—30°); hinc Horion (A. 3. 4.), quippe ♃ (19° – 26°) Vraei (Tab. IV. C. 19.); hinc Dodecatemorion (A. 5.) ex lege X, quippe ♀ (25° — 27° 30′) ornamenta; denique Moeram (A. 6. b.) ☉ (26°) discum solarem. Quum vero numerantur figurae eaedem iam dictae vsque ad ♃ simulacrum (A. 6.), quippe 25 (A; 1 a — h. 2 a — d. 3 a. b. 4 a. b. c. d. 5 a. b. c. 5 d. e. 6 a = A; 1 a — h. 2 a — d. 3 a. aa. b. bb. 4 a. aa. b. bb. c. cc. d. dd. 5.); cognoscuntur 25°, quos ♃ in ♋ reliquit. Hinc figurae post ♃ (A. 6.), quippe 5 prospicientes ad ♃ (8 b. c. d. 7 a. 6. c.) valent 5°, quibus ♃ a fine ♋ distet. Ceterum ♃ simulacrum pictum est ordine contrario, siue retrogradum, quo ☉ (♎) et ♃ (♋) loca denuo confirmantur. Nam ♃ in ♋ retrocedit, quum ☉ in ♎ versatur. Denique ☉ in ♎ et ♃ in ♋ adspiciunt se inuicem □. Hinc disci ☉ (5. c; 6. b.) cum ♃, vt reliqui planetae (7. 8.), ratione □ compositi sunt.

♂ *(C. 1; C. 6. b; A. 8. b.) in* ♏

Capita calua ♂ (A. 8. b. col. Tab. VI. G. 1. a.) pariter, atque aper ♄ (A. 8. c.) includuntur a ♂ figuris pharetrophoris (p. 196.); quare ♂ versatur in Domo ♂ Trigoni ♂. Eadem numina habes (C. 2.) Trigonodespotam ♂ caluum (col. A. 1.) atque Oecodespotam (C. 3. 4. 5.) ♂ vndulationem (Tab. II. 1. ♏). Huc accedit (C. 3 b. 4 b.) puer, tener Iao (p. 194.), ♂ in Domo, quippe ☿ Trigonodespota ♏. Ergo ♂ cum ♄ versatur in ♏, Domo ♂, Trigono ☿ et ♂. Oecodespotam (C. 3. a; 4. a.) vndulationem sequuntur ex lege VIII. quaedam ♏ Decuria (aut ♂, aut ☉, aut ♀), hinc Horion, Dodecatemorion, Moera. Iam cum ☉ iis simulacris exprimatur, quae Signis cum ☉ coniunctis conueniunt (Tab. VIII. O; VI. J. al.); quumque ☉ in ♑ habeat ♄ proprietates et symbola (B. 4. e.): non mirum, hic (C. 3. 4.) Decuriam ☉ puero tenero Iao exprimi, vt supra ♄ (Tab. IV. A. 7. a.). Ceterum veteres ipsi ☉ post Solstitium hibernum (♑ 0°) quasi renatum et iuuenilem appellant tenerum Iao (p. 108.). Itaque ♂ est in ☉ Decuria (♏ 10°—20°). Iam post Decuriam habemus (C. 6.) Horion ☿ (12°—20°) Anubidem vertagocipitem, hinc Dodecatemorion ☿ (17° 30′—20°) ibidem ex lege X, denique Moeram ♄ (20°) draconem (C. 7.). Eandem ♂ longitudinem in ♏ indicant 19 figurae ab initio Signi (C. 7.) vsque ad ♂ (C. 1.) enumeratae (C; 7. 6 q. o. m. k. h. f. d. b. 4. 3. 2 a. b. c. d. e. f. g. h.). Totidem personae numerantur ex alia ratione ab initio versus (C. 1.) vsque ad ♂ nomen (C. 6.) CIOY *stella* (C; 1. 2 a—h. 3. 4. 6 b. d. f. h.), quod sequuntur 10° ♏ reliqui; totidem denique ab initio vsque ad aliud ♂ symbolum (C. 6. p.), caput caluum (C; 1. 2 a—h. 3 a. 4 a. 5. 6 a. c. e. g. i. l. n.). Ceterum ♂ in ♏ adspicit △ ♃ in ♋, quare sacerdos ♃ (C. 7.) appictus est. Itaque longitudo ♂ est = ♏ 19° 30′.

♄ *(A. 8. c; C. 7.) in* ♏

Quum porcus et leonis posteriora ♄ sacra fuerint (p. 198.); non mirum, leone syocephalo planetam exprimi (A. 8. c.), quippe cum ♂ in ♏ coniunctum, vt vidimus. Aliter ♄ exprimitur (C. 7.) dracone, vt alias (B. 9. 4. Tab. IV. F. 9; VI. F. 11.) atque alis (p. 198. Tab. VIII. S. c.). Ibidem ex lege VII. apparet (C. q.) Trigonodespota, ☿ Anubis vertagociput (Tab. VII. A. 1.) cum ♂ Oecodespota ensi (Tab. VI. F.). Ergo ♄, vt supra (A. 8.), versatur in ♏. Iam sequuntur Decuria (C 6. p. n. l. i.) ♀ (20°—30°) Isidis Trichophorae (Tab. VI. B. 6.); hinc Horion (C. 6. a. c. d. g.) ♄ (24°—30°) Trichophori (Tab. VI. B. 6.); hinc Dodecatemorion (C. 4.) ☉ (22° 30′—25°) teneri Iao, vt supra vidimus; denique Moera (C. 3.) ☿ (♏ 25°) teneri Iao (Tab. V. R. 1; Tab. IV. A. 2.), nisi malueris ex lege X. Anubidem (C. 6.) pro ☿ Moera accipere. Eandem ♄ longitudinem habes, quum numeres ab initio vsque ad ♄ (C. 7.) figuras proprie ad ♄ spectantes, quippe 24 (C; 1. 2. 3. 4. 6 a. aa. c. cc. e. ee. g. gg. i. ii. iii. l. ll. lll. llll. n. nn. nnn. nnnn. p. pp.). Ergo longitudo ♄ est = ♏ 24° 30′.

♀ *(A. 5.) in* ♒

De symbolis ♀ instrumento et ornamentis constat (Tab. V. Lin. V. 3., col. p. 195.). Iam cum ♀ imago insideat in annulo ♄ (Vid. Lexic. ♄), Trigonodespotae et Tetragonodespotae ♃ sacerdotis (B. 4. 6.) et ♂ viperae (Tab. IV. B. 23.) figuris cincta; sequitur ♀ versari in ♒. Hinc ♀ adspicit □ ♂ et ♄ in ♏ atque ☽ in ♌, quam ob causam eadem linea (A.) posuit astronomus

symbola ♂ ♄ ☽ cum Oecodespotis suis (A. 7. 8.). Ibidem vero et ♃ planetae simulacrum (A. 6.) exstat, ex quo colligitur, ♀ paullo antea fuisse in ♑, ita vt cum ♃ in ♋ idem Tetragonum occuparet. Ergo ♀ versatur sub ♒ initium. Iam sequuntur ex lege VII. post Oecodespotam et Trigonodespotam (A. 5. a. b.) Decuria ♒ (♀ ☿ ☽) aut Horion. Quum vero ♀ initio ♒ h. e. in ♀ Decuria (0°—10°) versetur; non mirum vno eodemque symbolo et ♀ planetam et Decuriam exprimi ex lege X. Iam habemus (A. 4.) Horion ☿ (0°—7°) Hebon pileatam (Tab. II. 1. ♍), hinc proxime (A. 4. 3.) Dodecatemorion ♃ (2° 30′—5°) Vraeum, vt supra vidimus; denique Moeram (A. 3. a. b.) ♂ (3°) pileo piroformi insignis (Tab. VII. D. 1.). Eadem ♀ longitudo collocatione ♀ (A. 5. c.) indicatur. Quum enim ♀ cum Trigonodespota, omissis accessoriis (A. 6. 7. 8.), quasi incipiat hunc versum; vtique ♀ occupat tertium locum, seu tertium ♒ gradum. Ergo longitudo ♀ est = ♒ 2° 30′.

Horoscopus (B. 1.) in ♋.

Supra dictum de scarabaeo Oecodespota (♋) et Marte mensuratore, Trigonodespota ♋. Accuratius vero, vt reliquis in Tabulis, Horoscopus fuit stella ☉ opposita, h. e. ♋ 7° 30′.

II. *Computatio temporis.*

Varia planetarum loca, quo facilius obspici possint, apponamus ante omnia in ordinem redacta:

☉ *(B. 4. e.) longitudo* = ♑ *gradus* 8^{uus} (9^{s} 7° 30′)

Zodiaci partes.	*Papyri loca.*
Domus ♄ (♑ ♒)	B. 4. d. Boa draco; e. Crocodilus.
	B. 2. a. b. c. d. Isis Athor Trichophora.
Trigonum ♀ (♑ ♉ ♍)	B. 4. b. Isis bubulis cornibus discoque.
	B. 2. a. b. c. d. Isis Trichophora.
Tetragonum ☉ (♑ ♈ ♋ ♎)	B. 4. d. Discus solaris.
Stellae ♑ (♀ atque ♃)	B. 4. c. f. Isis naophora atque sacerdos.
Decuria ♃ (♑ 0° — 10°)	B. 3. Sacerdotes.
Horion ♃ (7° — 14°)	B. 6. a. b; B. 4. f. g. Sacerdotes.
Dodecatemorion ♂ (7° 30° — 10°)	B. 6—8. Remi soli.
Moera ♄ (8° ♑)	B. 9. a. b. c. d. e. Boa draco.
Post gradum ♑ 8^{uum} ab initio	B; 2 a. b. c. d. B; 3 c. g. 4 b. c.
Ante gradum ♐ 22^{dum} a fine (♐ 8° 0′)	B. 10—5. (= 20.), 4 g. f. (= 2.) = 22°.

☽ *(A. 7; B. 4. b.) longitudo* = ♌ *gradus* 11^{mus} (4^{s} 10° 30′)

Domus ☉ (♌)	A. 7. a. Leo.
Trigonum ☉ (♌ ♐ ♈)	A. 7. c. Leo.
Adspectus □ ♀ (in ♒)	A. 7. col. A. 5. Ornamenta ♀.
□ ♂ et ♄ (in ♏)	A. 7. col. A. 8. Sus; Capita ♂.
Decuria ♃ (♌ 10°—20°)	A. 6. b. Clauus seu securis ♃.
Horion ♀ (7° — 11°)	A. 5. c. Ornamenta ♀.
Dodecatemorion ♃ (10°—12° 30′)	A. 4. 3. Vraeus.

Zodiaci partes.	*Papyri loca.*
Moera ☽ (11°)	A. 2. Isis Thermuthis
Post 10 primos gradus (♌ 10° 30′)	A. 8 d. c. b; 7 b. a; 6 c. b; 5 e. d. c: aut B. 1 a—d; 2 a. b. d. e. f. h.

☿ *(B. 5.) longitudo* = ♑ *gradus* 20mus (9s 19° 30′)

Domus ♄ (♑ ♒)	B. 9. Serpens giganteus, Boa.
Trigonum ♀ ☽ (♑ ♉ ♍)	B. 10. Isis Thermuthis.
Decuria ♂ (♑ 10°—20°)	B. 8. Crocodilocephalus et remi.
Horion ♀ (14°—22°)	B. 5. Horus Hieracocephalus.
Dodecatemorion ☉ (17° 30′—20°)	B. 7. Discus in corpore humano.
Moera ☿ (20°)	B. 5. Horus Hieracocephalus.
Post gradum 19. (♑ 19° 30′)	B. 10. vsque ad 6 a. (☿) = 19. figurae.
Ante gradum 11. (♑ 19° 0′)	B; 2 a, b, c, d; 3 a, b, d, e, f, h; 4 g = 11. figurae retrospicientes.

♀ *(A. 5.) longitudo* = ♒ *gradus* 3tus (10s 2° 30′)

Domus ♄ (♒ ♑)	A. 5. c. Annulus.
Trigonum ♃ (♒ ♊ ♎)	A. 5. a. e. Sacerdotes.
Tetragonum ♂ (♒ ♉ ♌ ♏)	A. 5. b. d. Viperae erectae.
Adspectu □ ♃ (in ♋), quum ♀ esset in fine ♑	A 5. col. A. 6. Securis ♃.
□ ☽ (in ♌)	A. 5. col. A. 7. Orbis lunaris.
□ ♂ et ♄ (in ♏)	A. 5. col. A. 8. Sus; Capita calua.
Decuria ♀ (♒ 0°—10°)	A. 5. c. Insignia ♀ planetae.
Horion ☿ (0°—7°)	A. 4. Hebe pileata.
Dodecatemorion ♃ (2° 30′—3°)	A. 3. 4. Vraeus.
Moera ♂ (3°)	A. 3 Phtha cum pileo piroformi.
Ante gradum 27 a fine (2° 30′)	A. 1. a. vsque ad 5. c. Ornamentum ♂.
Post gradum 2 (♒ 2° 30′)	A. 5. d; e., sequente symbolo ♀.

♂ *(A. 8; C. 1.; 6. p.) longitudo* = ♏ *gradus* 20mus (7s 19° 30′).

Domus ♂ (♏ ♈)	A. 8. a. Mars pharetrophorus.
	C. 3. 4. 5. Vndulatio marina.
Trigonum ♂ (♏ ♐ ♋)	A. 8. d. Mars cum pharetra.
	C. 2. a. ss. Phtha caluus.
Trigonum ☿ (♏ ♐ ♋)	C. 3. 4. Puer, tener Jao, iacens.
Adspectu □ ☽ (in ♌)	A. 8. b; col. A. 7. b. Symbol. ☽.
□ ♀ (in ♒)	A. 8. b; col. A. 5. c. Symbol. ♀.
△ ♃ (in ♋)	A. 8. b; col. A. 6. b. Securis.
Coniunctione ♄ (in ♏)	A. 8. b; col. A. 8. c. Sus.
Decuria ☉ (♏ 20°—30°)	C. 3. 4. Harpocrates, ☉ renatus.
Horion ☿ (12°—20°)	C. 6. b—q. Anubis vertagociput.
Dodecatemorion ☿ (17° 30′—20°)	C. 7. b—q. Item seruiens.
Moera ♄ (20°)	C. 7. a. Serpens Boa, vel alae.

Zodiaci partes.	*Papyri loca.*
Post gradum 19 ab initio (♏ 19° 30′)	C. 7, 6 q, o, m, k, h, f, d, b, 4, 3, 2 a, b, c, d, e, f, g, h, = 19; vel: C. 1, 2 a, b, c, d, e, f, g, h, 3, 4, 6 a, b, c, d, e, f, g, h.

♃ *retrogradus (A. 6.) longitudo* = ♋ *gradus* 26tus (3s 25° 30′)

Domus ☽ (♋)	A. 6. a. Isis cum sedili in capite.
	A. 2. Isis Thermuthis.
Trigonum ☽ (♋ ♓ ♏)	A. 6. c. Isis cum sacello in capite.
♂ (♋ ♓ ♏)	A. 1. Phtha caluus
Adspectu □ ♀ (in ♐ fine)	A. 6. b. col. A. 5. c. Ornamenta ♀.
□ ☉ (in ♐)	A. 6. b. col. A. 5. c. Discus ☉.
△ ♂ et ♄ (in ♏)	A. 6. b. col. A. 8. b. c. Sus; capita.
Decuria ☽ (♋ 20° — 30°)	A. 4. a — d. Isis pileata.
Horion ♃ (19° — 26°)	A. 3. 4. Vraeus.
Dodecatemorion ♀ (25° — 27° 30′)	A. 5. Ornamenta ♀.
Moera ☉ (♋ 26°)	A. 6. Discus solaris.
Post gradum 25 ab initio ♋ (25° 30′)	A. 1 a, b, c, d, e, f, g, h, 2 a, b, c, d, 3 a, b, 4 a, b, c, d, 5 a, b, c, d, e, 6 a, 6 b = 25 = A. 1 a, b — h, 2 a — d, 3 a, aa, b, bb, 4 a, aa, b, bb, c, cc, d, dd, 5 = 25.
Ante gradum 4 a fine ♋ (25° 30′)	A. 8 d, c, 7 a, 6 c = 4. (prospicientes).

♄ *(A. 8. c, C. 7. a.) longitudo* = ♏ *gradus* 25tus (7s 24° 30′)

Domus ♂ (♏ ♈)	A. 8. a. Bellator; C. 6. Cultri seu enses.
Trigonum ♂ (♏ ♐ ♋)	A. 8. d. Bellator cum pharetra.
☿ (♏ ♐ ♋)	C. 6. Anubis vertagociput.
Adspectu □ ☽ (in ♌)	A. 8. c. col. A. 7. b. Discus lunaris.
□ ♀ (in ♒)	A. 8. c. col. A. 5. c. Ornamenta.
△ ♃ (in ♋)	A. 8. c. col. A. 6. Securis.
Coniunctione ♂ (in ♏)	A. 8. c. et b. col. C. 7. et 1.
Decuria tertia ♏ ♀ (20° — 30°)	C. 6. Isis Trichophora.
Horion ♄ (24° — 30°)	C. 6. Eadem, vel C. 7. a. Alae.
Dodecatemorion ☉ (22° 30′ — 25°)	C. 4. b. Iao tener, ☉ renatus.
Moera ☿ (25°)	C. 3. b. Iao tener, veris dominus.
Post gradum 24 (♏ 24° 30′)	C. 1, 2 a, b, c, d, e, f, g, h, 3 a, b, 4 a, b, 5, 6 a, c, e, g, i, l, n, p, 7 a, b = 24; aut C. 1, 2, (3 — 5), 6 a, aa, c, cc, e, ee, g, gg, i, ii, iii, l, ll, lll, llll, n, nn, nnn, nnnn, p, pp.

Horoscopus (A. B. C. o.) longitudo = ♋ (3s 7° 30′)

Domus ☽ (♋)	B. 1. Scarabaeus.
Trigonum ♂ (♋ ♏ ♐)	B. 1. o. Mars mensurator.

Sequens computatio docet, papyrum d'Hermandi pertinere ad *annum* 1104. *ante Ch. n.*, *mensem Januarium*, *diem* 8, *horam* 6 *astronomicam*, *vel* 6 *post meridiem*.

	☉			☽			☿			♀			♂			♃			♄		
1200	8s	28°	43′	8s	19°	25′	3s	5°	7′	10s	7°	42′	6s	7°	46′	2s	14°	2′	4s	17°	41′
80	0	0	36	5	24	18	1	29	15	0	15	22	6	13	21	8	29	2	8	18	49
16	0	0	7	10	22	51	5	5	51	0	3	4	6	2	40	4	5	48	6	15	45
Januarii																0	0	0	0	0	0
d. 8	0	6	53	3	2	14	0	28	38	0	11	12	0	3	49	0	0	34	0	0	14
horae 6	0	0	14	0	3	17	0	1	1	0	0	24	0	0	6	0	0	1	0	0	½
Helioc.	9s	6°	36′	4s	12°	7′	11s	9°	53′	11s	7°	46′	6s	27°	34′	3s	19°	28′	7s	22°	30′
Geocent.	♑	6°	36′	♌	12°	7′	♑	21°	15′	♒	1°	50′	♏	22°	30′	♋	22°	50′	♏	24°	30′
Aegypt.	♑	8°	0′	♌	10°	30′	♑	19°	0′	♒	2°	30′	♏	19°	30′	♋	25°	30′	♏	24°	30′

IV. *Conclusio.*

Tanta est inter computationem nostram atque antiquam planetarum obseruationem conuenientia, vt papyrus Hermandi neque ad posterius, neque ad prius temporis spatium referri possit. Habemus itaque perantiquum scripturae Aegyptiacae monumentum, quod iam per 2935 annos perdurauit, quodque regnante dynastia Aegyptiorum XX conscriptum fuit. Ceterum quum artes Aegyptiacae, praesertim scriptura, per nullum saeculum sibi constiterint, imo quouis saeculo antiqua ratio vel paululum mutata fuerit, quod non aliter se habet in aliis palaeographiis; secundum nostrum papyrum admodum ruditer et fortiter scriptum, si autographum adeas, aliorum papyrorum aut elegantiorum, aut rudiorum aetas circiter definiri poterit.

Quod symbola huius monumenti astronomica attinet; omnia, paucis exceptis, in superioribus habuimus, vt sequens tabula docet. Noua symbola * notata sunt.

Numina	*Imagines*	*Loca papyri*	*Relationes*
Symbola ☉	Discus	B. 4. e.	Planeta in ♑
		B. 4. a. d.	Trigonodespota et Tetragon. ♑
		A. 5. 6.	Moera ♋
	* Diseociput	B. 7.	Decuria ♑
	Leo	A. 7. a. c.	Trigoni et Domus dominus ♌
	* Crocodilocephalus	B. 4. e.	Planeta in ♑ constitutus
	Jao, tener puer	C. 4.	Decuria ♏
Symbola ☽	Isis discophora cornibus bubulis	B. 4. b.	Planeta, simul Trigonodesp. ♑
	Isis Hedriophora	A. 6. a.	Oecodespota ♋
	Isis Naophora	A. 6. c; B. 4. e.	Trigonodespota ♋ et stella ♑
	* Discus in concauo	A. 7. b.	Planeta in ♌
	Scarabaeus	B. 1. a.	Oecodespota ♋
	* Isis cum Thermuthi serpente	A. 2; B. 10.	Decuria et Dom. Domus ♋ Trigonodespota ♑
	Isis precans inclinata	B. 2.	Trigonodesp. ♑, simul ♄ Oecod.

Numina	*Imagines*	*Loca papyri*	*Relationes*
Symbola ☿	Hieracocephalus cum baculo	B. 5.	Planeta in ♑, Horiocrator et Moera ♑
	Seruus capite vertagi, inclinatus	C. 6.	Trigonodespota, Horion, Dodec. et Moera ♏
	Hebe pileo hamato insig.	A. 4.	Horion ♒
	Puer, tener Jao	C. 3.	Trigonod. et Moera ♏ (Praepos. Quadr. verni post solstit.)
Symbola ♀	Instrumentum cum ornamentis	A. 5. c.	Planeta in ♒
	Isis naophora	A. 6. c; B. 4. c.	Trigonodespota ♋ Stella ♑
	Isis cum Thermuthi	B. 10.	Trigonodespota ♑
	Isis adorans inclinata	B. 2.	Trigonodespota ib. ♑
	Isis inclinata capillum tenens	C. 6.	Decuria ♏, simul ♄ Horiocrator
Symbola ♂	Capita detruncata	A. 8. b.	Planeta in ♏
	Crocodilocephalus	C. 6. p.	Item in ♏
		B. 8.	Decanus ♑
	Vipera	A. 5. b. d.	Tetragonodespota ♒
	Phtha Mamia	C. 1.	Planeta in ♏
	Calui Dii	C. 2; A. 1.	Trigonodespota ♏ et ♋
	Pharetrophorus	A. 8. a. d.	Oecodesp. Trigonodespota ♏
	Tectum seu carcer	A. 8. b; C. 6.	Oecodespota ♏
	Triplex vndulatio	C. 3. 4. 5.	Oecodespota ♏
*	Phtha mensurator	B. 1. a.	Trigonodespota ♋
	Pileus piroformis	A. 3.	Decuria ♋, Moera ♒
	Remi	B. 6. 7. 8.	Dodecatemorion ♑
	Cultri	C. 6.	Oecodespota ♏
*	Stella marina cum oculo et naui	C. 6. i; A. 1. a.	Planeta in ♏ et Trigonod. ♋
Symbola ♃	Securis	A. 6. b.	Planeta in ♋
	Sacerdos	A. 5. a. e.	Trigonodespota ♒
		B. 3. 4. f. g; B. 6. a. b.	Decuria et Horion ♑
	Vraeus	A. 4.	Horiocrator ♋, Dodecat. ♒
Symbola ♄	Crocodilocephalus	B. 4. e.	Oecodespota ♑ et ☉ in ♑
	Boa, seu serpens giganteus	C. 7.	Planeta in ♏
		B. 4. d.	Oecodespota ♑
		B. 9.	Moera et Oecodespota ♑
*	Porcus cum posterioribus leonis	A. 8. c.	Planeta in ♏
	Alae vespertilionis	C. 7.	It. et Moera ♏
	Rhea inclinata vomens venenum	B. 2. a — d.	Oecodesp. ♑, simul ♀ ☽ Trigon.
	Malier inclinata capillum tenens	C. 6.	Horion ♏
	Annulus	A. 5. 6.	Oecodespota ♒

Haec classis scriptorum astronomicorum est vtique vberrima. Ad eam enim pertinent innumerae fere papyri, quae dicuntur, funerales, stelae, cistae sepulcrales, sculpturae sacellorum subterraneorum, aliaque multa monumenta minora et spatio non satis amplo. Ceterum exstant inscriptiones astronomicae, omnibus fere vocabulis hieroglyphicis destitutae, quae itidem ad hoc observationum genus pertinent.

---

§. 10.

Ordo IV. scriptorum astronomicorum.

Specimen papyri d'Hermandi. Tabula IX. Tituli hieroglyphice scripti.

Sunt scripta veterum Aegyptiorum astronomica, quae habitu suo externo differant a generibus supra descriptis. Scilicet multis in monumentis planetarum loca non figuris, sed solis literis hieroglyphicis, aut literis saltem cum paucissimis planetarum imaginibus exprimuntur. Quae quidem classis omnium est vberrima et frequentissima. Ad hanc enim pertinent maxima papyrorum funeralium pars, omnes fere stelae funerales, potissimum minores, praeterea multa monumenta viliora, vt pyramidia, typi templorum et aedificiorum, instrumenta, vtensilia, cistae mumiarum, statuae, sculpturae petrarum eiusque generis alia. Etiam his in monumentis Aegyptii planetarum loca simili quidem ratione descripserunt, sed tamen diuersa. Quamuis enim his in scriptis pariter atque in Tabulis explicitis easdem ad leges deinceps indicentur Planetae eorumque rationes, Oecodespotae, Trigonodespotae, Tetragonodespotae, Hexagonodespotae, Decani, Horiocratores, Dodecatemoria, Moerae eiusque generis alia; id tamen non fit nisi nominibus et cognominibus numinum, animalium, plantarum aliarumque rerum singulis planetis sacrarum. Cuius generis inscriptiones profecto difficilius nunc quidem explicantur. Subinde vero, quum lexicon astronomico-hieroglyphicum magis magisque facilioribus inscriptionibus explicandis adauctum fuerit; succedet, et huius generis scripta astronomica facile et certa ratione explicare. Difficultas potissimum in eo consistit, quod non solum planetae, sed etiam numina Zodiacalia plura nomina, imo partim permulta, atque cognomina habuerunt. Sic vidimus, vel Decanorum nomina a veteribus (p. 23.) allata inter se non consentire. Quo quidem in genere quomodo Aegyptii versati sint, sequens specimen papyri d'Hermandi iam dilucidati breuiter doceat.

Primum quidem apparet, singulos singulorum versuum (A B C) titulos simili ratione loca planetarum indicare. Nam singuli tituli tot vocabulis constant, quot personae singulis in versibus subiacentibus exstent, aut quot gradus planeta iisdem in versibus descriptus suo in Signo excesserit. Sic de planetis Lin. A. definitis ♃ excessit 24°, reliqui (☽ ♀) pauciores. Hinc titulus Lin. A. continet 26 vocabula. Item Lin. B., vbi ☿ et ☉, indicari vidimus, ☉ 7°, ☿ 19° emetitos esse. Hinc titulus constat 20 vocabulis. Denique Lin. C. positi sunt ♂ post 19°, ♄ post 24°. Hinc titulus hicce constat 25 vocabulis.

Porro inter haec vocabula iis in locis apparent singulorum planetarum nomina, quibus infra inde a fine principioue versus inter Moeras simulacra singulorum planetarum sunt posita ad longitudinem ipsorum indicandam. Sic vidimus, Linea C. poni ☉ post Moeram 7, atque ibidem loco

octano inter vocabula tituli apparet ☉ nomen ⲣⲁ (B. 4. a. supra). Item Lin. A. post vocabulum decimum exstat ☽ nomen, ante quintum a fine ♃, vt ratio Moerarum subscriptarum iubet. Item Lin. C. post vocabulum decimum reperitur ♂, ante quintum a fine ♄; vti conuenit subscriptioni. Pars quidem huius tituli rubramento scripta spectat ad ♂ rutilum (p. 12.), atramento altera ad ♄.

Deinde tituli incipiunt finiuntque, vt versus subscripti, a Trigonodespota et Oecodespota. Sic Lin. B. 5. g. significat ♄, χρονον, ⲥⲛⲟⲩ, Oecodespotam ♃.

Denique post planetam indicantur secundum leges praescriptas partes Signi cum planeta coniuncti, quod duobus verbis illustrare liceat. Vt vidimus, locus ♄ sic describitur (Lin. C.) ope personarum Zodiacalium: Decanus ♀, Horion ♄, Dodecatemorion ☉, Moera ☿. Idem literis hieroglyphicis exprimitur supra vocabulis quinque. Nam penna cum aue (C. a. med.) (ⲁⲥ) Asonem (p. 197.) ♄ planetam exprimere videtur. Sequens vocabulum ⲥⲑ significat ♀ Sothin (p. 195.), Decanum in ♏; sequens ⲥⲥ ♄ anserem Horiocratorem in ♏, sequens (c.) ⲕⲏ, caput (p. 192.) ☉ Dodecatemorion. Notissimum est sequens ☿ vocabulum ⲥϧⲁⲓ scripturam denotans (p. 194.), quare hoc Thoutho constanter adscribitur, quo quidem Moera ☿ in ♏ significatur. Denique vltimum vocabulum valet ⲡⲧ, quo Oecodespota ♂ exprimitur, scilicet, accedente ☿ (d.) Trigonodespota, Signi ♏, vt infra. Itaque haec est ratio, qua in huius classis monumentis loca planetarum literis hieroglyphicis exprimantur.

Sed haec omnia comparandis pluribus eius generis inscriptionibus magis magisque subinde illustrabuntur. Tenendum quidem est, genus scriptorum astronomicorum meris literis hieroglyphicis constans non indole, sed modo ac ratione tantum differre a reliquis supra illustratis generibus.

COROLLARIA.

I.

Summa legum ac regularum, quibus explicatio inscriptionum astronomicarum Tabb. II–IX. atque omnium his similium nitatur in vniuersum.

Quamuis explicatio inscriptionum hieroglyphicarum Tabb. II—IX. nostra multis videatur noua ac fere inaudita; concedere tamen oportet tria, scilicet 1) nos veterum scriptorum auctoritatem et exemplum constanter secutos esse; 2) inscriptiones dictas vna eademque ratione aequabili explicitas fuisse; 3) euentus explicationum nostrarum consentire cum astronomiae legibus, rerum natura et historiae praeceptis. Primum enim nihil temere, nihil absque ratione sumsimus; sed, quae veteres auctores Aegyptiorum de planetis, Zodiaci diuisionibus vsuque astronomico et astrologico clare diserteque tradiderint, ea obseruauimus et adhibuimus ad monumenta Aegyptiorum aperte astronomica explicanda. Deinde omnibus ac singulis in Tabulis constanter easdem figuras hieroglyphicas ad eosdem planetas retulimus, eadem symbola Oecodespotarum, Trigonodespotarum, Tetragonodespotarum, Decanorum, Horiocratorum, Dodecatemoriorum et Moerarum constituimus, easdem Signorum partes, vel dominos partium, deinceps longitudinem planetarum accuratius indicantes, nimirum Decurias, Horia, Dodecatemoria et Gradus admisimus; easdem ordinis eorum naturalis turbationes obseruauimus eiusque generis alia, in quibus consistit vnitas Hieroglyphices astronomicae. Denique monumentis Aegyptiorum astronomicis sicuti dictum explicandis talia inveniuntur, quae astronomiae et naturae legibus non contradicant, sed respondeant. Sic nunquam accidit, vt ☿ et ♀, quae nonnisi 29° et 48° a loco ☉ apparere possunt, longius a ☉ posita viderentur; nunquam, vt planetae retrogradi cernerentur, vbi directi esse deberent, aut contra. Imo cognouimus, ex interpretatione nostra talia euenisse, vt apparerent ☿ et ♀ in proximis a ☉ locis, ♂ ♃ ♄ vero retrogradi aut directi, vbi vere retrogradi directiue esse deberent ex legibus naturae. Ceterum constellationes ex legibus praefinitis a nobis inuentae non aliena in tempora incidisse vidimus, sed in ea constanter, quibus singulae inscriptiones astronomicae propter notas historicas, ibidem adiectas, ortae essent. Quas quidem ob causas haud facile negabitur, Hieroglyphicen astronomicam nostram esse veram et fide dignam. Quod quo facilius perspiciatur, iuuabit repetere nouisque argumentis confirmare principia et regulas, ad quae inscriptiones nostras explicuerimus.

1) *Inter innumera fere Aegyptiaca monumenta, quae ab antiquissimis inde temporibus ad nostram aetatem conseruata exstent, plurima sunt argumenti astronomici.* Diodorus aliique

permulti testantur, Aegyptios ab antiquissimis inde temporibus planetas obseruasse atque constellationes descripsisse, descripta conseruasse (p. 3.). Facillime inter stellas discernuntur ☉ ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄, natura inter se diuersi (p. 12; p. 58.); sponte sua diuiditur Zodiacus in 12 partes propter plenilunia, in 360 particulas propter anni dies (p. 16. 29.); stellae lucidiores loca planetarum accuratius indicant (p. 31.); astronomia, Naturalismi primaria pars, non iunior est prima gentium religione (p. 1. 74.): ergo Aegyptii obseruationes astronomicas instituere *potuerunt*. Porro credebant, planetas regnare mundum, decernere fata hominum (p. 57. 75.) atque videbant, chronologiam, praecipue anni magni epochas (p. 48.) constitui non posse absque planetarum cursu et constellationibus, quae, quatenus vera sunt, primos post diluuium homines non latuerunt; ergo veteres, maxime Aegyptii, astrorum motus obseruare et notare *debuerunt*. Ceterum reuera ex antiquitate Aegyptiaca ad posteros (p. 4.) atque ad nostram aetatem venerunt monumenta astronomica (p. 3.), ad antiquam rationem, imo ad ipsam primorum astronomorum mentem accommodata. Itaque miraculum esset, quum Aegyptii ab antiquissimis inde temporibus constellationes, astrologicas vero quouis fere die consignauerint, si inter tot antiquitatis monumenta nulla exstarent astronomica.

2) *Obseruationes astronomicas, vel constellationes continent Zodiacus Tentyriticus (Tab. IV.), Sarcophagus Sethi (Tab. V.), Sarcophagus Ramessis (Tab. VI.), Monolithus Amosis (Tab. VII.), Mensa Isiaca (Tab. VIII.), Papyrus d'Hermandi (Tab. IX.) atque omnia scripta his similia.* Haec monumenta enim constant figuris et nominibus, quibus veteres testantur exprimi planetas partesque Zodiaci (p. 74. 191.); continent alias notas astronomicas, vt Signa Zodiaci etiamnum vsitata (Zodiac. Tentyr.); stellulas earumque complexus (Tab. IV. VI. IX.); naues astronomicas (p. 222.); domusculas, Domus coelestes, seu Signa, significantes; coeli diuisiones Zodiaci duodenas amplectentis symbola (Tab. VII. 1. 2. 3. et Zod. Tent.), partitiones duodenarias secundum XII. Signa Zodiaci (Tab. IV. VII. VIII.) atque septenarias (Tab. IV. V. VI. VII. VIII. IX.), quae sunt septem Signa a septem planetis occupata. Huc accedunt partes inscriptionum 28, quae stationibus ☽ respondent (Tab. IV. H. col. pag. 20.); partes 36, quot sunt Decuriae (Mensa Isiac., Zodd. Tentt., Latopp. col. pag. 23.); partes 30 singulorum versuum, seu 30 Signi gradus (Tab. V. S; IX. B. al. col. p. 29.) similesque diuisiones (p. 28.). Signa Zodiaci partim Trigonorum et Tetragonorum ratione (Tab. VII. VIII.), partim Tempestatum modo (Tab. VII.) componuntur. Singula Zodiaci Signa exprimuntur duabus tribusue personis, Oecodespota, Trigonodespota atque Tetragonodespota, vt mos erat Aegyptiorum (p. 16. 18.). Post praepositos maxime excellunt in partitionibus septenariis quatuor figurae: Decanus, Horiocrator, Dodecatemorion, Moera, quippe quot personae sunt necessariae ad locum planetae accuratius definiendum (pag. 23. ss.). Planetae exprimuntur in Signis ab ipsis occupatis nunc in subselliis positi (Tab. IV. VII. VIII. VI. D; G; V. N; T; H.), nunc alia ratione maxime distincti, post tot figuras, quot gradus a principio, aut fine Signi distent (Tab. IV. V. VI. VII. VIII. IX.); coniunguntur et disponuntur secundum adspectus □ et △ (Tab. IV. B; C; E; V. O; V; VII. VIII. IX. A.); pinguntur retrospicientes, si retrogradi sunt: prospicientes directi. Praeterea indicatur Horoscopus, seu Signi orientis, occidente planeta primario, Oecodespota cum Trigonodespota (Tab. IV. D; VIII. V. Y; Z; VI. X; Y; VII. A; VIII. Ar. VII. IX. B. 1.), vt mos Aegyptiorum exigebat (p. 213.).

Quae omnia si comprehendantur, profecto probant, Tabulas nostras esse astronomicas. Ceterum quum ex legibus praescriptis ac naturalibus singulae singularum Tabularum figurae ad exemplum papyri astronomicae Aegyptiorum Graece scriptae explicantur (p. 212.); inde eueniunt constellationes non solum inter se congruae, sed etiam historiae et personis singulis in monumentis appellatis aptae. Quae obiter monuimus, nunc speciatim probare opus est.

3) *Planetae et Zodiaci segmenta Aegyptiace exprimuntur imaginibus rerum sacrarum earumque nominibus.* Diserte veteres testantur tum in genere, omnia ac singula Aegyptiorum numina esse astronomica (p. 74. 191.), tum speciatim certos quosdam Deos Deasque, hominum classes, animalia, arbores, plantas, artefacta eorumque partes et nomina (p. 73—200.) certos planetas atque certas Zodiaci partes significare. Neque hoc mirum. Nam ex sententia veterum vires coeli astrorumque omnia progenuerunt atque singulae quaeque res alicui numini astronomico conueniunt indole (p. 79. 69.). Hinc pro numinibus astronomicis Aegyptii colebant singulis in regionibus idola, animalia, vegetabilia et alia (p. 84. Tab. II. 2.).

4) *Quibus symbolis planeta quidam significatur, iisdem partes quoque Zodiaci exprimuntur eae, quibus idem planeta praeest* (Tab. I.). Vidimus, omnibus in Tabulis nostris Domus, Trigona, Tetragona, Decurias, Horia, Dodecatemoria, Gradus et alias Zodiaci partes iis symbolis significari, quae conueniunt planetae ipsorum praesidi. Sic leo exprimit ☉ (Tab. VI. D. 2. g.) et Domicilium ☉ siue ♌ (Tab. VIII. A. e.); simius valet et planetam et Domum ☿ (Tab. VIII. Q. Ar. V. b; IX. e.). Quod consentaneum est opinionibus mythologicis et astrologicis. Colebant enim Aegyptii idola, animalia et alia vt symbola Deorum tum maximorum (7 planetarum), tum minorum (12 Oecodespotarum, 36 Decanorum et reliquorum), vti constat (p. 191—200.); atque easdem vires et effectus adscribebant nunc planetis certis, nunc ipsorum dominiis in Zodiaco (p. 57.).

5) *Symbola planetaria et zodicalia maxime sunt varia et numerosa.* Quum enim totus terrarum orbis et omnia in sensus humanos cadentia inter septem planetas diuiderentur (p. 79. 191—200.); [illegible]uirum, singulos planetas variis rerum sibi sacrarum imaginibus exprimi. Ceterum astrologi veteres ipsi iisdem planetis adscribunt res maxime varias et diuersas (p. 58. ss.).

6) *Planetae singuli atque Zodiaci partes iisdem planetis subiectae talibus imaginibus exprimuntur, quales per indolem suam conueniant naturae planetae cuiusdam, aut verae, aut suppositiae; quae quidem planetarum symbola a veteribus ipsis indicantur et traduntur.* Primum enim astrologi multa symbola singulis planetis adscribunt (p. 58 - 67.). Hinc alii auctores varios homines, animalia, arbores, plantas, artefacta, particularia et alia clare ad certos planetas referunt (p. 97—200.). Quum variis Aegypti in partibus res sacrae haberentur vt imagines numinum; inde, cognita Aegypti geographia astronomica (Tab. II. 2.), apparet, quae symbola singulis numinibus conueniant. Ceterum, licet Tabulae nostrae permulta atque peruaria symbola astronomica contineant; ea omnia, paucissimis exceptis, a veteribus ipsis explicantur et ad certa numina astronomica referuntur, vt vidimus (Par. II.). Sin quaeras huius symbolices astronomicae principium; inuenies, totam rerum naturam ita inter planetas diuisam fuisse, vt res similes similibus planetis natura tribuerentur. Hinc animalia maiora planetis maioribus (☉ ☽), minora minoribus; noxia noxiis, bona bonis, lenta lentis, fortia fortibus conuenerunt et sic porro (p. 56. s.). Quod etiam valet de partibus rerum.

7) *Nonnulla symbola astronomica duobus planetis, paucissima tribus conuenisint.* Sic vidimus, accipitrem nunc ☉, nunc ♀, nunc ☿ significare (Tab. VII. D. 1. 2.); arietem nunc ♃, nunc ♂ (Tab. VI. J; V. H; IV. G. 27.); Isidem mulierem et discum cornigerum nunc ☽, nunc ♀ (Tab. VII. B. 3; D. 2. a; Tab. IV. B. 36; Tab. V. H. 3.); crocodilum nunc ♄, nunc ♂ (Tab. IV. A. 1. f; 12, e; Tab. VII. C. 2. a; Tab. V. Lin. V. 3; Tab. VI. G. 1.). Quae ambiguitas facillime tollitur et nihil impedit rectam monumentorum astronomicorum interpretationem. Primum enim sua cuique planetae constanter fere seruantur symbola, ita vt rarissime adhibeantur figurae binis ternisue planetis propriae, vt vidimus et infra ex lexico astronomico apparebit. Deinde non nisi paucissimi planetae iique certi admittunt symbola ambigua, quae veteres ipsi indicant (p. 68. 191. ss.). Porro vbi ambiguae figurae adhibentur, ibi astronomi alia symbola distinctiua adiiciunt. Sic ne crocodilus (Tab. VI. G. 1; Tab. V. Lin. V. 3.) pro ♄ haberetur, accessit caput detruncatum, soli ♂ proprium. Denique contextus vbique docet, quomodo figurae ambiguae accipiendae sint. Sic accipiter, licet ☉ ☿ et ♀ valeat, neque pro ☉ neque pro ♀ sumi potest (Tab. IV. G. 14.), quoniam alias ☉ solemni suo symbolo (disco alato) et ☿ iuxta Solem exprimantur (Tab. IV. D; E. 4. 9.). Sic Isis Trichophora (Tab. VI. B. 5.) et ♄, et ♀ Decuriam significare potest. Quum vero in ♓ nulla sit ♀ Decuria; statim sequitur, illam figuram pro ♄ sumendam esse. Sic Deus pileatus (Tab. IV. G. 29.) valet aut ♄, aut ♃ Horion per attributa sua. Quum vero praecedat Decuria ♀ eaque non contineat, nisi Horion ♄; facillime haec ambiguitas tollitur hic, vt reliquis in locis omnibus.

8) *Sol symbolis eorum Deorum quoque exprimitur, in quorum possessionibus versetur.* Quamquam ☉ aeque atque reliqui planetae singularibus suis symbolis exprimantur; vidimus tamen ☉ etiam significari in ♈ symbolis ♂ Oecodespotae, in ♑ Oecodespotae ♄, in verno Triente Domini ipsius ☿. Sic aries valet ☉ in ♈ (Tab. IV. A. 4; Tab. V; VI; VIII. O.), Crocodilocephalus ☉ in ♑ (Tab. IX. B.); atque ☉ vernus (♓ ♈ ♉ ♊) exprimitur tenero Iao puero (Tab. IX. C; IV. A. 7.) atque Hieracocephalo (Tab. V. O.). Quod consentaneum est di[illegible]eterum effatis (p. 96.). Tradunt enim, ☉ aliis in Signis aliam formam assumere. Neque hoc perperam. Quum enim Naturalistae viderent, Solem, licet vbique eundem, alias vires exserere aestate, alias hieme, autumno, vere; quin alias singulis in mensibus ac Signis: haud inepte sic, singula Signa vel Oecodespotas cum ☉ cooperari eiusque naturam mutare, innuerunt.

9) *Zodiacus Aegyptiace diuidebatur in XII. partes seu Domos, Stationes lunares XXVIII, Decurias XXXVI, Horia LX, Dodecatemoria CXLIV, Moeras seu Gradus CCCLX, ita vt Signum quodque constaret Decuriis III, Horiis V, Dodecatemoriis XII, Moeris XXX.* In his enim consentiunt astronomi et astrologi veteres omnes, vt docuimus in parte huius operis prima (p. 12—29. Conf. Tab. I.). Quae diuisiones reperiuntur in monumentis Aegyptiacis. Sic XII Zodiaci partes continent Zodiacus Tentyriticus (Tab. IV. Lin. A.), Monolithus Amosis (Tab. VII. A. B. C. D.), Mensa Isiaca (Tab. VIII. Litt. S Y A F; G J K R; I—XII.). Decuriae XXXVI. enumerantur in Zodiacis Tentyriticis et Latopolitanis (Desc. de l'Eg. Vol. IV. Tabb. 19. 22. Vol. I. Tabb. 79. 87.). Stationes lunares XXVIII. habuimus Tab. IV. H. Decanos a Graecis Latinisque recte indicatos esse, testatur solus Sarcophagus Ramsis (Tab. VI. E. 10. 11. 12.), vbi

in ♏ habes reapse ♀ ☉ ♂ Decurias. Signi XII. Dodecatemoria exhibent Sarcophagi (Tab. V. K. M; Tab. VI. H. K.).

10) *Zodiaci XII. Signa diuiduntur et disponuntur in monumentis secundum Trigona, Tetragona, Hexagona; nec non secundum Tempestates.* Sic vidimus in Monolitho Amosis (Tab. VII.) quaterna cuiusque Tempestatis Signa exstare in versibus horizontalibus, quod obseruatur quoque in Zodiaco Taurinensi (Tab. III.). Ordo Signorum secundum Triangula apparet in Tabula Isiaca (Tab. VIII. Ar. I—XIII. Latt. G I K R), Zodiaco Taurinensi (Tab. III.), Monolitho Amosis (Tab. VII.); vbi etiam Signa ad Tetragonetum rationem composita habes. Hexagonaliter (♈ ♊ ♌ ♎ ♐ ♒ et ♉ ♋ ♍ ♏ ♑ ♓) conscripta apparent XII. Signa in Zodiaco Taurinensi (Tab. IV. A.) et Mensa Isiaca (Tab. VIII. S Y A F). Quod consentaneum est placitis Astrologorum (p. 18. 14.). Aliae enim vires sunt vernis deinceps Signis, aliae hibernis, aliae reliquis, pariter atque Trigonis, Tetragonis, Hexagonisque singulis.

11) *Signa Zodiaci singula exprimuntur symbolis Oecodespotae et Trigonodespotae, passim etiam Tetragonodespotae atque Hexagonodespotae, nec non stellarum patronis, nunc in nauicula vectis, nunc in Domi specie inclusis, nunc alio modo comprehensis.* Quae ratio inprimis clare apparuit in Zodiaco Taurinensi (Tab. II.), Mensa Isiaca (Tab. VIII.) atque Zodiaco Tentyritico (Tab. IV. A.). Eandem vero rem reliquis in Tabulis omnibus passim habuimus. Scilicet quum duo Signa Zodiaci eundem Oecodespotam habeant (p. 16.); Trigonodespota, passim cum Tetragonodespota atque Hexagonodespota indicat, de quonam eiusdem planetae Domo cogitandum sit. Binis enim eiusdem planetae in Domibus diuersi sunt Trigonodespotae et Tetragonodespotae. Quod nauigia astronomica attinet, personas ad vnum idemque Signum pertinentes vehentia; a veteribus iamiam commemorantur (p. 222.) atque cum placitis Aegyptiorum cohaerent. Putabant enim coelum Nili ad instar circumfluere terrarum orbem, stellas vero et constellationes, ne mergerentur in aquis (vid. Tab. II. 3.), vna cum planetis nauibus insistere. Quod aediculas attinet, in quibus Oecodespotae passim apparent (Tabb. VIII. VII. VI. V.); spectant ad antiquum vsum, ex quo Signa Zodiaci appellantur Domus, Domicilia, Turres (p. 15.). Porro Signi cuiusdam personae vaco includuntur superne (Tab. VII.), quoniam hoc instrumento, alias stellulis distincto, coeli ambitus, vti constat, indicatur. Denique Signa Zodiaci terminantur singula lineis atque duabus figuris ad mediam prospicientibus (Tab. VIII. rell.). Ceterum cum praepositis Signorum expresserunt Aegyptii stellarum singularum dominos, simul cum Signis in conspectum venientium, vt plerisque in Tabulis vidimus (IV. V. VI. VII.), quoniam etiam stellis vis tribuebatur apotelesmatica (p. 30.).

12) *Monumenta Aegyptiorum astronomica omnium planetarum, nempe* ☉ ☽ ♄ ♃ ♂ ♀ ☿ *loca partis in Signis occupata accurate indicant.* Vidimus, omnibus in Tabulis nostris septem Signa exponi, quorum in partibus planeta versetur (Tab. IV. B, C, D, E, F, G, H; Tab. V. A B C, D E F, G H I, K L M, N O P, Q R S, T V X; VI. A, B, C D, E, F, G, H I K). Neque hoc mirum. Omnes enim ac singuli planetae alias quisque vires exserere putabantur in genituris (p. 56.) atque epochae anni Magni septem planetarum constellatione indicandae erant (p. 48 ss.).

13) *Longitudo planetarum ita exprimitur non solum, vt apponantur figurae Oecodespotae cum Trigonodespota, passim cum Tetragonodespota et Hexagonodespota, hinc symbola Decani,*

Horii, Dodecatemorii, Moerae, nec non stellarum simul orientium; sed etiam vt planetae post tot personas exponantur, quot gradus a fine Signi, aut ab initio distantes apparuerint. Quod omnibus et singulis in monumentis nostris obseruatum est; quare dicamus solummodo de huius vsus ratione. Quum XXX. Signi gradus inter septem planetas distribui debuerint (p. 29.); symbolum Moerae cum planeta coniunctae quadruplicem certe planetae locum indicabat. Ergo Signi spatium maiores in partes deinceps diuidi debebat, quarum singulae paucos gradus in se continerent. Sic quum indicaretur, cui Dodecatemorio, cui Horio, cui Decuriae inesset Moera, velvti ♂, cum ☉ coniuncta; statim cognoscebatur, quot Gradus Signi planeta excesserit. Ad omnem vero ambiguitatem, maxime ex symbolorum astronomicorum ambiguitate ortam, tollendam, planetae inter Signi cuiusdam personas ita quoque poni debebant, vt numerando personas gradum Signi planetam continentem inuenires. Quod iis tantum in monumentis omissum vidimus, quibus spatii augustia obesset.

14) *Planetae inter alias figuras zodiacales positi ex eo cognoscuntur, quod in basibus exstant aut alio modo inter reliqua astronomica symbola maxime omnium distincti sunt.* Sic bases continent planetas in Tabb. IV. VII. VI; D, E, G. Tab. V; H, N, T. Alias planetae exstant in navibus, quibus tamquam circumuehantur liberius in Oceano coelesti (Tab. IV. V. VI. VIII.); alias distinguuntur figuris pusillis (Tab. VIII.), circellis (Tab. IV. A. 4—9.) aliaue ratione maxime conspicua (Tab. IX.).

15) *Planetae retrogradi pinguntur retrospicientes, directi prospicientes. Nonnunquam planetarum motio positione eorum inter gradus indicatur.* Sic ♄ in ♓, Sole in ♌; ♂ in ♍, Sole in ♈; ♃ in ♋, Sole in ♑; ♃ in ♎, Sole in ♈, contra reliquarum cum ipsis coniunctarum personarum ordinem positos vidimus (Tab. VII. C. 2. b; VI. G. 1. a; IX. A. 6; IV. C. 36.). Eandem ob causam finis Signorum in versibus passim ponitur, vbi alias initium est (Tab. VI. E. F; V. D.). Est autem mos Aegyptiorum notandi planetarum recessus (p. 212.).

16) *Oecodespotae Signorum inter eiusdem Signi personas apotelesmaticas singulis in monumentorum versibus descriptas ex eo cognoscuntur, quod sub initium seriei positi sceptrum et crucem ansatam gestant, aut alia ratione prae ceteris figuris distincti sunt.* Quod quum omnibus in monumentis obseruatum sit, non opus est demonstrare (Vid. Tab. IV. A. cet; Tab. V. N. cet; VI. G. cet; VII. D. 1. cet; VIII. Ar. III. cet.). Hinc et Domus Dominus exprimitur in Domus quadam specie (Tab. IV. B. C. G; Tab. V. C. L; VI. D. J; VII. B. D; VIII. Ar. X. XIII.). Neque hoc perperam. Nam Oecodespotae, quippe XXX. graduum domini praepollent Decanis, Horiocratoribus, Dodecatemoriis et Moeris (p. 56.), atque Oecodespota est Domus, seu Signi, Dominus.

17) *Trigonodespotae et Tetragonodespotae ex eo cognoscuntur, quod non minus distincti sunt Oecodespotis, quodque Oecodespotam inter se habent vel proxime cum eo coniuncti exhibentur, ita vt Trigonodespota praecedat Oecodespotam.* Quae lex vniuersalis, constanter fere obseruata, non eget demonstratione (Tab. VI. A. B. C. D. Tab. VIII. cet.). Neque hoc absonum. Trigonodespotae enim et Tetragonodespotae pariter atque Oecodespotae integris Signis praesunt.

18) *Planetae, qui sese inuicem adspiciant ratione △ aut □, ita disponuntur et coniunguntur in monumentis, vt rationes dictae cernantur. Hinc et Oecodespotae, saltem Trigonodespotae et Tetragonodespotae, planetam in se continentes, cum planetis transponuntur aptis*

in locis. Grauissimum erat in astronomia Aegyptiaca indicare varios planetarum adspectus (p. 57.). Hinc certis in versibus naues planetas continentes cum Trigonodespotis atque Tetragonodespotis ter quaterue repetuntur (Tab. IV. B. C; V. O. V; IX. A.); hinc Signa cum praepositis suis ratione △ et □ disponuntur aut transponuntur (Tab. VII. VIII.).

19) *Personae Signi cuiusdam planetam continentis apotelesmaticae disponuntur singulis in versibus secundum dominorum potestatem, ita vt incipiat Trigonodespota aut Tetragonodespota, hinc sequatur Decanus, hinc Horiocrator, hinc Dodecatemorion, denique Moera cum planeta coniuncta.* Quae lex constanter obseruatur, vbi inscriptionum breuitas non obstet (Tab. VIII.), licet in his quoque Moera exstet vltimo in loco. Est autem haec ratio non solum naturalis, quoniam personae apotelesmaticae maiores praeualent minoribus, sed etiam antiquo Aegyptiorum vsui accommodata, vt ex papyro astronomica Graeca constat (p. 212.). Idem habes, quum planeta post Oecodespotam et Trigonodespotam exstet, praecedens minores Signi partes (Tab. VII. Tab. V. N.). Ceterum et Decanus, Horiocrator, Dodecatemorion et Moera itidem exprimuntur, veluti in minoribus nauiculis, basibus, aut cum sceptro (Tab. IV. C. F; V. T.), vt facilius ab aliis personis minoribus discerni possint iisque subsequentibus.

20) *Quum accidit, vt planeta duabus Signi in partibus insit eidem domino subiectis; earum praepositi vna tantum persona exprimuntur, cui, ne simplex esse putetur, sceptrum potentiae tribuitur* (Tab. IV. E. 34; G. 29; VI. F; cet.). Hinc passim ordo personarum illarum genuinus turbatur; quae ambiguitas eo tollitur, quod domini maioris symbolum repetitur vsque ad minorem, ita vt hoc sequendo venias a praecedente domino, veluti Decano, ad sequentem Horiocratorem, licet tertio, aut quarto loco positum (Tab. IV. C. 29; G. 29; Tab. IX. B.). Neque haec absona. Astrologi enim personas afferunt diuersa decernentes, quare e. g. ♃ Decanus et Horiocrator, vel Moera et Decanus, vna eademque persona comprehendi poterant.

21) *Quibus in versibus duorum planetarum loca indicantur, iis personae apotelesmaticae cum planetis coniunctae sumuntur deinceps pro altero planeta a fine, pro altero ab initio versus.* Quod quum breuitatis causa locum habeat, non eget explicatione. Exempla habuimus plura (Tab. IX. Tab. VI. B. Tab. VIII. J. E.). Etiam media versuum adhibentur ad locum planetae describendum, vbi tres in vno versu planetae comprehendantur (Tab. IX. A; VIII. J.).

22) *Quum planeta ipsis in finibus duorum Signorum apparuerit, eius simulacrum vtroque in Signo ponitur, omissis Decanorum, Horiocratorum, Dodecatemoriorum et Moerarum notis.* Quod per se clarum est. Exempla habuimus plura (Tab. VII. C. 2. B. 2; B. 3. D. 1.).

23) *Eadem persona apotelesmatica passim pluribus figuris eiusdem habitus exprimitur nunc ad loca inscriptionum vacua explenda, aliasue ob causas; nunc ideo, vt, quum numeres singulas figuras ab initio vsque ad planetae symbolum, habeas totidem gradus, quot planeta ab initio Signi distans apparuerit* (Tab. IX. VI. V. IV. varr. ll.). Excipiendae sunt eae inscriptiones eaeque ipsarum partes, quibus totidem personae exponi non possent. Passim Moerae ac gradus a fine numerantur, quum planeta potius versus finem Signi apparuerit (Tab. VI. E; VII. B. 1; Tab. V. H. cet.).

24) *Praeter septem Signa a septem planetis occupata omnibus in monumentis astronomicis indicatur Horoscopus, seu Signum oriens, planeta primario occidente.* Quod accommodatum

est Aegyptiorum vsui (p. 213.). Sic, occidente ☉ in ♈, Horoscopus erat ♎ (Tab. IV. Ar. VIII; Tab. V. Z; Tab. VI. Y; VIII. Ar. VII.). Monolithus Amosis, occidente ☽ in ♈, eundem Horoscopum affert (Tab. VII. A. o.); Papyrus vero d'Hermandi, occidente ☉ in ♑, habet ♋ Horoscopum (Tab. IX. B. 1.).

25) *Quum has ad leges Tabulae nostrae explicantur, tales planetarum constellationes reperiuntur, quae astronomiae legibus non contradicant, sed respondeant.* Primum enim ♀ et ☿ nuspiam longius a ☉ dissitos inuenimus, quam 48° et 29°, vt rei natura fert. Quod ♀ attinet, eam vidimus a ☉ distare 25° (Tab. VII.), 13° (Tab. VI.), 41° (Tab. V.), 24° (Tab. IX.), 5° (Tab. IV.), 45° (Tab. VIII.). Deinde ☿ inuenimus longum a ☉ 24° (Tab. VII.) 1° (Tab. VI.), 12° (Tab. V.), 12° (Tab. IX.), 1° (Tab. IV.), 1° (Tab. VIII.). Praeterea retrogradi apparent ♄ ♃ ♂, quum distant a ☉ 109°, 115°, 137°. Iam omnibus in Tabulis nostris tum demum ♄ ♃ ♂ retrogrados inuenimus, quum legitimo spatio a ☉ distarent. Vide supra leg. 15. Denique loca planetarum secundum leges praescriptas eruta ex monumentis Aegyptiorum astronomicis adeo cum computationibus accuratioribus consentiunt, vt fere nullum discrimen sit, de quo infra.

26) *Constellationes planetarum denique secundum regulas dictas inuentae ea tempora attinent, quibus haec monumenta sint oriunda necesse est.* Nolumus repetere, qualemcunque septem planetarum constellationem per totam historiam non nisi semel obtinuisse (p. 51.). Iam templum Tentyriticum cum Zodiacis suis, vt ex nominibus imperatorum Romanorum inscriptis et styli natura elucet, pertinet ad prima post Ch. saecula. Ergo constellatio inuenta historiae respondet. Item Mensa Isiaca seriora tempora redolet, nominatim ea, quibus cultus Aegyptius in Italiam propagari coeperit. Monumenta enim Aegyptiaca Pompeiis et Herculani inuenta, quae Neapoli vidi, plane eiusdem styli et indolis sunt. Reapse hanc aetatem constellatio Mensae Isiacae inscripta prodit. Porro Papyrus d'Hermandi, quum aetas papyrorum ex scripturae ratione circiter definiri possit, pertinet ad saeculum X. aut XI. a. Ch.; atque vidimus eadem ad tempora spectare constellationem in ea propositam. Quod Monolithum Amosis et Sarcophagos Ramsis et Sethi attinet, pertinent sane ad remotissima tempora, quo spectant constellationes a nobis repertae ibidem. Praeterea secundum historicos veteres inter tres illos reges tot fere anni elapsi fuerunt, quot inter obseruationes nostras intersunt, de quo infra accuratius.

Nunc satis de euentu studiorum nostrorum, natura astronomiae historiaque in vniuersum comprobato, atque de legibus, ad quas Tabulas nostras hieroglyphicas explicuimus. Quum haec monumenta, partim mille modis tentata nullum adhuc sensum probabilem exhibuerint, partim nondum explicari potuerint aliis rationibus; puto, quum vix concinnius quam astronomice illustrari posse videantur, ea ab aliis quoque pro astronomicis monumentis habitum et recognitum iri.

Iam ex his legibus omnia fere Aegyptiorum scripta astronomica, quotquot aetatem tulerunt, explicari atque in vitam et vsum reuocari possunt. Quamuis enim probabile sit, Aegyptios aliis quoque rationibus obseruationes astronomicas expressisse; tamen eae quoque ad leges astronomiae primarias atque communes sese accommodauerint necesse est. Etiam dubitari nequit, quin Aegyptii alia quoque symbola astronomica habuerint praeter ea, quae his in tabulis continentur; symbolice enim astronomica, vt vidimus, totum terrarum orbem amplectitur: sed symbola frequentissima ex sola Aegypto petita esse clarum est, atque, vbi noua astrorum symbola occur-

rant, ea aut contextu aut ab ipsis veteribus explicantur. Tradidimus enim catalogum symbolorum astronomicorum vberrimum a Graecis et Romanis astronomis desumtum (P. II. §. 15. vsque ad 22.). Praeterea, quum antiquissima Aegyptiorum et Graecorum mythologia astronomica, vt Herodotus aliique tradunt, eadem fuerit; saepenumero symbola Aegyptiorum astronomica ex mythologia Graeca, quippe symbolice numinum Graeca, cognoscuntur.

II.

Frequentia monumentorum astronomicorum Aegyptiace descriptorum maxima.

Quum iam constet de natura scriptorum astronomicorum; quumque veteres ipsi tradant, quibus monumentis Aegyptii astrorum, vt inquiunt, decreta inscripserint (P. I. §. 1.): facile erit indicare, quae monumenta antiquitatis Aegyptiacae literaria argumento sint astronomico, quotque in vniuersum etiamnum existant. Vtique innumerae fere Aegyptiorum obseruationes astronomicae partim in Aegypto, partim in variarum terrarum Museis ad nostram vsque aetatem conseruatae sunt. Quod enim Aegyptum ipsam attinet, monumenta vbique obuia magna ex parte descripta sunt variis viatorum operibus, de quibus nominare licet *Descriptionem Aegypti Parisinam*, *Burtonis et Wilkinsonis excerpta hieroglyphica*, *Youngii Hieroglyphica*, itineraria *Burckhardi*, *Niebuhrii*, *Pocockii*, *Caillaudi*, *Hamiltonis*, *Gauii*, *Belzonii*, *Minutolii*, aliorumque multorum. De reliquis monumentis astronomicis in variarum terrarum Museis conseruatis praesentibus iudicare licet. Iam de singulis.

Huc spectant ante omnia templa, palatia aliaque aedificia publica eorumque parietes per totam Aegyptum adhuc exstantia. Horum enim in aedificiorum parietibus descriptae sunt astrorum constellationes, nunc singulae, quae in minoribus aedibus locum habent; nunc plures, quae in maioribus eorumque partibus, pronais, sanctuariis, adstructionibus, aliisque cameris cernuntur. Qua ratione enim monolithi, qui sunt templorum protypi aut imitationes; eadem templa aliaque aedificia sacra inscripta sunt, vt delineationes eorum in dictis operibus exhibitae demonstrant. Dolendum sane, plurima veterum Aegyptiorum templa nunc adeo corruisse aut destructa esse, vt de parietibus nunc partes tantum inferiores, nunc fundamenta solummodo supersint. At haec quoque fragmenta saepe numero vtilissima sunt. Quum enim vel vnius planetae obseruatio conseruata sit, inde, suffragantibus aliis inscriptionibus et dynastiis Manethonianis, epocha auctoris monumenti erui potest. His aedificiis adnumeranda sunt sacella lignea in variis Museis asseruata, quippe imitationes templorum maiorum.

Eiusdem naturae sunt obelisci. Nam in quatuor lateribus obeliscorum, maxime partibus superioribus et inferioribus, planetarum loca certo quodam tempore obseruata exprimuntur. Constat vero non solum in Aegypto permultos obeliscos exstare, sed etiam haud paucos in Europa, scilicet Romae, Beneuenti prope Neapolin, Constantinopoli, Monachii, Parisiis, Londini. Huc spectant etiam varia pyramidia in variis Museis conseruata.

De monolithis supra dictum. Monolithi vero non solum in Aegypto adhuc reperiuntur, sed etiam in Museis, quorum grauissimus est Parisiis ex aetate Lagidarum. Huc pertinent sarcophagi

lapidei, quorum permulti ex Aegypto in Europam transportati sunt. Pretiosissimi sunt sarcophagi Vienensis ex aetate Memnonis, Londinensis in Museo Britannico, Parisinus porphyrites in Museo Saulnieri, maxime ille alabastrites in Museo Saonei Londinensi. Alii reperiuntur in Museis Neapolitano, Romanis, Florentino, Taurinensi, Vienensi, Monachico, Parisino, Londinensibus, Oxoniensi, Lugdunensi aliisque. Quemadmodum enim Sarcophagus Sethi atque Ramessis, quos iam explicuimus (Tab. V. et VI.), ita etiam illi obseruationes astronomicas continent, eadem ratione expressas.

Eiusdem indolis sunt cistae mumiarum. Quamquam enim in his planetarum loca minus prolixe indicantur, leges tamen, quibus exprimuntur, fere eaedem sunt. De cistis vero sepulcralibus fere innumerae ad nos peruenerunt. Nullum fere est Museum Aegyptiacum siue publicum siue privatum, quin mumiam vel cistam sepulcralem pluresue contineat. Sola Augusta Taurinorum 36 arcas sepulcrales conseruat.

Huc etiam spectant altaria, statuae variaque vtensilia cum inscriptionibus prolixioribus. Tradunt enim, quibus in coeli locis certo quodam tempore planetae versati fuerint. Quorum monumentorum tantus est numerus, vt vix dici possit.

Grauissimi vero momenti sunt stelae, tabulaeque ligneae sepulcrales, inscriptiones catacombarum atque petrarum per totam Aegyptum insculptae. His enim fere omnibus obseruationes astronomicae describuntur. Stelae quidem tabulaeque ligneae astronomicae fere millia numerari possunt conseruatae in Museis fere omnibus. Eiusdem generis sunt inscriptiones catacombarum, ab introitu per omnes cameras ad finem vsque currentes, vnde stelae nostrae excisae fuerunt. Quum veteres 36 catacombas Thebanas commemorent, nunc vero non nisi 16 repertae sint; probabile videtur, reliqua quoque hypogea cum tabulis suis sepulcralibus atque inscriptionibus fere innumeris aliquando repertum iri. Eiusdem indolis sunt maxima ex parte inscriptiones petrarum, quae inter Philarum insulam atque Thebas et vltra vno quasi tenore sese excipiunt, quaeque per totam fere Aegyptum petraeam inueniuntur. Permultae enim harum inscriptionum cura *Burtonii*, *Wilkinsonii*, aliorumque viatorum operibus in lucem prodierunt.

Denique commemorandae sunt papyri astronomicae. Quemadmodum enim in duabus papyris dictis (p. 212. Tab. IX.) sepulcralibus, ita in omnibus iis, quas liturgicas hactenus vocarunt, similibusque, in sepulcris et mumiarum arcis repertis, obseruationes astronomicae continentur. Huius vero generis papyri numerosissimae in omnibus fere Museis cum stelis astronomicis conseruantur, nominatim Berolinensi, Vienensi, Monachico, Pragensi, Francofurtano, Dresdensi, Cracouiensi, Petropolitano, Copenhagensi, Lugdunensi B., Amstelodamensi, Edinburgensi, Cantabrigiensi, Oxoniensi, Londinensibus, Parisinis, Lugdunensi, Massiliensi, Genuensi, Geneuensi, Taurinensibus, Mediolanensibus, Bononiensi, Florentino, Romanis, Neapolitano aliisque tum publicis, tum priuatis.

Ex his itaque clarum est, monumenta Aegyptiorum astronomica, quamuis diuersa, numerosissima esse, nec dubito, quin circiter *duo millia* monumentorum astronomicorum ab antiquissimis inde temporibus ad hunc vsque diem conseruatorum numerari possint. De his quidem non est exigua pars, quae, vt sarcophagi maiores, ad primum, quem constituimus, ordinem obseruationum spectat; maior, vt templorum et monolithorum inscriptiones, ad secundum; maxima vero ad tertium et quartum pertinet, quippe stelae atque papyri pleraeque.

III.

De grauitate et vsu astronomiae Aegyptiacae in vniuersum.

Si verum sine gloriatione et arrogantia dicere fas est, astronomiae Aegyptiacae clauis gravissimis huius decennii inuentis archaeologicis, vel literariis annumerari potest. Tanta est enim noui huius fontis vbertas, vt inde scientia nostra historica innumeris fere erroribus exemtum, innumeris fere partibus mire instructum iri videatur. Nemo enim nescit, quam imperfecta, quam mutila et manca sit omnis nostra antiquitatis cognitio, et neminem fugit, quam variae et repugnantes sint nostratium sententiae non solum de rebus leuibus, sed etiam de grauioribus ad cognitionem, quae sensu latissimo dicitur, historicam spectantibus. Quamquam enim veteres inprimis Graeci et Latini scriptores memoratu dignissima quaeque veluti sacram hereditatem nobis posteris tradiderunt; tamen multa scitu dignissima silentio praeterierunt, nec raro inconcinna et repugnantia vel subobscura docuerunt. Quae vero ad vniuersam antiquitatem historiamque instruendam faciunt, ea inde a bonarum literarum instauratione tanta arte studioque enucleata et collecta sunt, vt Graecorum Romanorumque literatura nunc paene pro iis exhausta et exantlata videatur. Qua de causa, nouo ex fonte aperto, quippe astronomia Aegyptiaca aliisque disciplinis cum ea cognatis, quid redundet nobis, iam breuiter exponatur. Est autem astronomia Aegyptiaca gravissimo momento ad Chronologiam, Historiam, Mythologiam, Theologiam exegeticam V. T., Philologiam praecipue Aegyptiacam, Astronomiam et Cosmologiam aliasque disciplinas corrigendas et instruendas.

IV.

Emendatio omnis Chronologiae antiquae, inprimis Aegyptiacae.

Nemo nescit, historiam sine Chronologia constare non posse. Cuiusque enim populi facta et fata arctissime inter se cohaerent, neque vllus est populus, quin cum aliis historiae partem communem habeat. Quum vero tempora, quo res gestae sunt, ignorantur aut perperam computantur; quomodo historiae euentus iusto et vero suo ordine enarrari, inter se comparari atque concinne alii aliis explicari possunt? Nonne clarum, sine chronologia summa imis misceri? Inter omnes autem constat, qualis sit chronologiae nostrae conditio. Non enim agitur de singulis annis, sed de decenniis, generationibus, saeculis, quid? quod mille annorum spatiis. Neque hoc mirum. Quippe chronologia nititur numeris, quibus veteres temporum spatia indicarunt. Nihil vero fragilius et incertius manuscriptorum numeris, quippe quibus describendis scriba quisque errare, criticus quisque suam opinionem supponere poterat. Et negari nequit, non duos exstare, quotquot supersunt, codices manuscriptos eiusdem auctoris, quibus numerorum sigla vbique consentiant. Hoc autem cadit non solum in Aegyptiorum, sed in omnium omnino populorum chronologiam. Quod enim primum chronologiam sacram attinet, negari quidem nequit, eam omnium esse et accuratissimam et fide dignissimam atque in vniuersum certam. At quum chronologia sacra nonnisi ad certum vsque tempus extendatur; quaestio est, quocum tempore historiae profanae finis chronologiae sacrae coniungendus ac copulandus sit. Scilicet chronologi tum veteres, vt V.

Patres, tum recentiores ita versati sunt, vt factum quoddam historiae sacrae ad catalogos aliarum gentium potissimum Aegyptiorum chronologicos referrent atque hinc retro ad tempora antiquiora chronologiam, tum sacram, tum profanam computarent. Si vero illud factum vel euentus historicus alius cuiusdam populi, quocum finis chronologiae sacrae comparatur, falsus sit vel incertus, quid tum? Annon hinc tota chronologia sacra, quamuis per se certa et definita, aut ad iusto posteriora, aut priora tempora trahetur? Quid dicam de eo, quod chronologia LXX. et Samaritana translatio V. T. nuspiam fere consentiunt cum Codice Hebraico ipso; quod, inquam, graeca versio 1000 annis discrepat ab exemplaribus Hebraicis? Quum vero ad chronologiam Aegyptiacam celebratissimam illam et decantatam accedimus, quis nescit, quam lubrica haec sit. Non loquamur de erroribus librariorum, sed de repugnantia autorum. Alia est historia Aegyptiaca Manethonis, alia ab Eratosthene descripta, alia tradunt Syncellus, alia Julius Africanus, alia Eusebius, alia Josephus, alia Herodotus, alia alii. Postquam vero cognoui, Manethonis celeberrimi dynastias constare planetis (p. 83.); chronologiae Manethonianae, quod libere profiteor, nullam prorsus fidem habeo, saltem parti ei, quae ad tempora antiquissima pertinet, nominatim quae XII. primis dynastiis constat, de quo infra. Porro chronologia Graeca, maxime antiquissima, scimus, nihil esse obscurius et incertius. Quum enim ne nunc quidem satis constet de anno, quo mortuus sit Alexander M., de aetate Herodoti, Aeschyli aliorumque; quid, quaeso, iudicandum de epochis antiquioribus, veluti ea, qua cecinerit Homerus, qua Troia expugnata fuerit, qua Cadmus *literas* docuerit, qua coloniae Aegyptiae in Graeciam venerint deosque suos et artes secum portauerint, qua innumera alia locum habuerint? Latinorum vero chronologia vix aetate consulem est certa et cum aliarum nationum historia compensata. Quid iam dicendum de chronologia Persarum, Chaldaeorum, Assyriorum, Indorum, Sinensium aliorumque, quorum reges veteres pariter atque recentiores aetatibus maxime diuersis adscripserunt? Iam quanto momento sit his in rebus Aegyptiorum astronomia, in oculos incurrit. Monumentis enim Aegyptiorum astronomicis varia chronologiae epochae non solum adeo accurate eruuntur, vt vix de vno anno vel mense dubium relinquatur, sed etiam adeo certo et clare, vt sane nemo vnquam contradicere possit. Quid enim certius, quam inuenire epochas, quae septem planetarum constellationibus indicantur? Exstant autem certe 2000 monumenta Aegyptiaca cum planetarum constellationibus descriptis, inde ab antiquissimis temporibus, scilicet a Josephi patriarchae aetate (I. §. 1.), vsque ad Constantinum M., vt inscriptiones docent, deinceps conseruatae. Ergo his monumentis totius fere chronologiae ambitus definitur. In hoc enim temporis spatium non solum Aegyptiorum, sed etiam omnium populorum historia vera incidit. Itaque obseruationibus dictis primum cuiusuis monumenti, quo constellationes tradantur, aetas accuratissime definitur, deinde vero etiam principum tum Aegyptiorum, tum reliquorum fere omnium populorum. Scilicet in monumentis astronomicis plerisque, vt iam vidimus, regum ibidem nominatorum continentur genituraе. Quum regum Aegyptiorum et dynastiae et nomina conseruata sint ab historicis; sequitur iam, his ex monumentis regum si non omnium, tamen plerorumque aetatem cognosci. Porro reges Aegyptii non panci commemorantur in Scriptura sacra atque cum Hebraicis comparantur. Hinc demonstrari poterit, quibus in epochis chronologia sacra cum Aegyptiaca conueniat et quonam a tempore retrocedendum sit in chronologia sacra ad tempora remotiora. E sola enim Scriptura sacra non constat, quo anno

ante Christum, verbi causa, Salomo, coaenus Pharaonis Sesak, vixerit, quoue Moses ex Aegypto egressus, Abraham ingressus fuerint. Porro eadem est ratio inter historiam Aegyptiacam atque Graecam; quare chronologiae Aegyptiacae est, emendare et stabilire Graecam. Idem denique valet de chronologia Persica, Assyria, Chaldaica aliisque, quarum, vt constat, eadem est cum Aegyptiaca coniunctio.

At ne in vanum disputasse videamur, id quod iam diximus exemplo demonstretur. Notum est, e sententia vulgari Mosen circiter 1500 annis ante Christum ex Aegypto egressum esse. Dissentiunt vero chronologi adeo, vt alii dicant, id accidisse a. Ch. anno 1487, alii 1491, alii 1571, alii 1731, alii 1821, alii 1835, vt Syncellus, alii 1854, alii aliis. Mira profecto discrepantia. Non magis conuenit de aetate belli Troiani, quod putant finitum ante Christum anno 854, vt fallax Josephus, alii 1181, vt Syncellus, alii 1184, alii 1209, alii 1270, alii anno mundi 2998, alii 3010, alii alio tempore. Quod denique dynastiam XIX. regum Aegyptiorum attinet, de eius initio chronologi itidem maxime diuersas in partes abierunt. Sethos enim, eius caput, siue Sethosis, Sesos, Sesostris, quem Thuorin vocare videtur Syncellus (p. 160. col. p. 69. P.), regnum suscepisse dicitur a. Ch. saeculo XVI. vt Marshamus, aut anno 1473, vt Champollion, aut 1366 vel 1317, vt Syncellus, aliisque. Itaque in tanta chronologiae fluctuatione, quid obseruationes astronomicae nostrae valeant, breuiter videamus. Primum quidem nouimus, regem Amosin natum esse anno 1832 a. Ch. Quum plures eiusdem nominis Pharaones fuerint, quaeritur, quis ille fuerit. Tabula Bankesia [1]), qua 51 reges inde a primo vsque ad Ramessen Meiamun, penvltimum dynastiae XVIII regem, quippe quos nominant Eratosthenes et Manetho, deinceps enumerantur, hunc exhibet vltimorum regum ordinem:

Ordo	*Nomina*	*Regnum*	*Ordo*	*Nomina*	*Regnum*
40	Amosis I. (Thuthmosis I.)	30 a. 7 m.	47	Amenophis IV.	30 a. 5 m.
			48	Horus	38 — 7 —
41	Amenophis I. (Chebron)	13 — - —	a	.....	12 — 1 —
			b	.....	9 — - —
42	Amenophis II.	20 — 7 —	49	Acencheres, Ramsis	12 — 5 —
43	Amenemes (Amenses)	21 — 9 —	c	.....	12 — 3 —
			d	.....	4 — 1 —
44	Mephres (Moeris)	12 — 9 —	50	Osimanthyas (Armais Danaus)	1 — 4 —
45	Amenophis III. (Misphres)	25 — 10 —	51	Ramses Meiamun (Aegyptus)	66 — 2 —
46	Amosis II. (Thuthmosis II.)	9 — 8 —			

1) Vide *Burton et Wilkinson Excerpta Hieroglyphica* Cairae edita Vol. II. Tab. I., vbi est optimum huius inscriptionis grauissimae exemplum; *Young Hieroglyphics* Vol. II. Tab. 47. *Salt Essay* London 1825. *Champollion Lettre* II. Tab. III. Col. *Marshami Chronol.* p. 97.

Primum quidem obseruandum, in Tabula Bankesia 4 vel 5 reges negligi, quos Graeci habent. Quum vero hoc in catalogo neque Josephus, qui 17 reges nominat, cum Eusebio, neque Eusebius vel Manetho cum Syncello consentiant, neque numero, neque ordine regum; quum porro eadem nomina passim bis deinceps scripta reperiantur; quum denique Tabula Bankesia, quippe fere 1700 annis a. Ch. scripta, nulli corruptelae obnoxia fuerit atque fide multo quidem Manethone, ex quo reliqui hauserunt, dignior sit: certum est, huncce regum catalogum Bankesianum, quippe ipsa horum regum aetate confectum, verum esse. Sin quatuor illi principes, quas Tabula Bankesia omittit (a. b. c. d.), vere regnarunt, vt Manetho tradere videtur; haud dubie vna cum reliquis, vt Achencheres femina, regnum habuerunt. Iam de his rex 46, pariter atque in templo Amadae aliisque permultis in monumentis, sic scribitur [2]). Annulus prior continet deinceps has figuras: circellum, muri speciem, scarabaeum, tria puncta vel pinnas. Annulus posterior exhibet deinceps: Ibidem, alias lunam falcatam; plantam tribus radicibus longis, atque hamum; quae sonant: AMS (Amos et Thuth[illegible]) Quae literae plane conueniunt cum iis, quibus rex Amosis, vel Thuthmosis in monolitho Parisino significatur, tum in priori annulo, tum in posteriori (Tab. VII. marg.). Primum enim circellus solaris vtroque in loco idem est. Vasculum cum habena (Tab. VIII. Ar. VI. b. VIII. d.) pariter atque murus ♂ sunt symbola (I. §. 49. No. 3. p. 197.). Praeterea vasculum ansatum vere *m* sonare, ideoque muro ♂ respondere, cognoscitur ex Saltie (Essay cet. Tab. IV. No. 39. col. 40.). Item conueniunt ☾ noctua et scarabaeus (II. §. 10. p. 197.); tria vero puncta atque vasculum cum duabus ansis *i* sonant, quippe (Tab. VIII. Ar. XII. b.) eidem ♂ sacra, de quo infra. Porro nomina Thuthmosis et Amosis, vt statim primus huius dynastiae rex demonstrat, eadem sunt. Nam ☽ et ☿ vt vidimus, multa symbola habent communia (I. §. 54. p. 68.) atque figura lunae pariter atque Ibis (Thoth) *a* pronunciantur. Denique anser et hamus, ♄ symbola, *s* significant. Itaque monolithus Parisinus spectat ad Amosin, vel Thuthmosin, regem dynastiae XVIII. septimum, vel 46tum Tabulae Bankesiae. Quod vero attinet sarcophagum Parisinum regis Ramsis Meiamuni, hoc nomen (Tab. VI. Z.) plane eodem modo scriptum reperitur in Tabula Bankesia sub finem (No. 51.). Ergo sarcophagus dictus continet natiuitatem Ramsis Meiamuni, regis dynastiae XVIII. penultimi. Quum Amosis II. natus sit anno 1832 ante Ch., nec nisi 9 annis cum 8 mensibus regnauerit, eius pater vero 26 fere annis; probabile est, Amosin imperium demum suscepisse, quum aetate profectior esset. Ponamus, Amosin, quum natus esset 1832, anno aetatis suae 48, siue anno 1784 a. Ch. coronatum fuisse. Hinc vixit Amosis omnino, quum regnauerit 9 annos, 8 menses, annos fere 58. Iam tradunt obseruationes nostrae astronomicae, inter genituram Amosis et Ramsis Meiamun 139 annos praeterlapsos esse. Quum vero Amosis anno 1784 regnum susceperit; ab eius regni initio vsque ad annum natalem Meiamunis anni sunt 91. Totidem fere, nimirum 92 annos numerant historici Aegyptiaci. Iam vero Ramses Meiamun regnauit 66 annos, eius pater vero tantummodo 1 annum et 4 menses; ex quo sequitur, Ramessem Meiamun, patre iuuene mortuo, primo vel secundo aetatis suae anno pro rege habitum fuisse. Quo facto vtique inter Amosis II. et Meiamunis inaugurationem 98 anni,

2) Haec atque alia regum nomina permulta debeo *V. O. Huyot*, Architectae Parisino, qui septem fere annos in Aegypto versatus est.

vt monumenta nostra astronomica tradunt, elapsi sunt. Haec omnia vero adeo inter se consentanea et congrua apparent, vt historia confirmetur astronomia nostra, astronomia nostra autem historia.

Neque vero solus Monolithus Parisiaus atque Sarcophagus Meiamunis cum historia consentiunt, verum quoque sarcophagus Sethosi. Tradit enim, hunc regem natum esse anno a. Ch. 1631. Ramses Meiamun vero, quippe 1693 a. Ch. natus, quum bimulus regnum susceperit atque 66 annos regnasse dicatur, mortuus est anno a. Ch. 1625. Regnum Meiamunis secutum est Amenophii per 19 annos. Ergo Sethos regnum suscepit anno 1606 a. Ch. Sethos vero quippe 1631 a. Ch. natus annum aetatis suae 25 tum temporis agebat. Quod sane conuenit cum numero annorum, quibus Sethos regnasse dicitur. Quum enim 51 annos regnauerit atque 76 annos vsque ad 1555 a. Ch. vixerit, necesse est, imperium iuuenis susceperit. Hinc et clarum, cur Sethi successor, quippe nepos, regnauerit 61 annos.

Iam quum tres illae Aegyptiorum obseruationes astronomicae antiquissimae plane cum historia consentiant; apparet, quod grauissimum est, quodque nulli nostrorum chronologorum successit neque propter veterum discrepantiam succedere potuit, inde antiquissimas historiae epochas mathematica quasi fide et certitudine definiri. Quod non solum valet de chronologia Aegyptiaca, verum quoque de sacra, Graeca aliisque.

Omnes in eo consentiunt, ait Syncellus, sub finem dynastiae XV. Josephum in Aegypto fuisse, regnante vero Amosi, dynastiae XVIII. capite, vt Africanus diserte tradit, Moysen ex Aegypto egressum esse [3]). Hinc vero annus Exodi est 1908 ante Christum. Nam ab Amosis I. anno primo vsque ad Amosis II. vel Thuthmosis II. annum primum, quippe 1784 a. Ch., numerantur 124 anni 6 menses. Etsi hic annus Exodi inuentus plane repugnet communi recentiorum opinioni, quippe qui quatuor aut tribus saeculis post id accidisse docent; negari tamen nequit, si obseruationum nostrarum astronomicarum vlla est fides, sin trium monumentorum antiquissimorum consensus aliquid valet, annum dictum aut verum, aut vero simillimum Exodi esse. Caeterum Syncellus atque Versio LXX. egregie nobis suffragantur. Ipse enim Syncellus Exodum refert ad annum 1835, atque constat, venerandum hunc chronologum in opere suo multos auctores adhibuisse, quorum opera quippe perdita a nostratibus consuli non potuerint. In eo autem haud dubie Syncellus erraut, quod Exodum non ad primum Amosin, vt veteres tradunt reliqui omnes (l. l. Sync.), sed ad secundum Amosin, regem dynastiae XVIII. septimum, retulit. Ergo ex computo Syncelli potius Exodus, ad primum Amosin relata, incidit in annum ante Ch. 1954, quod magis adeo cum nostro computo astronomico conuenit. Qui vero factum sit, vt Chronologi recentiores in epocha Exodi constituenda adeo aberrarent a vero, facile explicatur. Scilicet Chronologiae sacrae epochas compararunt cum falsis Chronologiae profanae epochis, ipsis quidem Codicum perfidia falsis. Huc accedunt interualla in historia sacra, quae alii maiora, alii minora numerarunt, vnde tanta illa Chronologorum nostrorum discrepantia.

Est vero et alia epocha historiae grauissima, quae astronomia Aegyptiaca egregie definiatur, nimirum belli Troiani. Scilicet Sethos ille rex, cuius sarcophagus in Museo Britannico asseruatur,

3) Syncell. p. 61. p. 69. ed. Par. p. 49. 55. Ven. col. pag. 101.

ipse est haud dubie ille Menelaus, qui Troiano bello interfuisse et in Aegypto mortuus esse dicitur cum Canopo nauclero. Quod breuiter demonstrandum habemus. Nomen Sethi scribitur tum in sarcophago Britannico, tum in aliis monumentis, vti in Tabula V. a. Lin. Z. b. c.

Prima nominis phonetici figura est, quod quatuor palmae folia testantur, Sol (p. 174.), appellatus Aegyptiace ⲣⲁ et ⲗⲁ atque Amon. Hieroglyphica duo sequentia pronunciantur ⲙⲉ *amare, amatus.* Habes itaque ⲙⲉ-ⲣⲁ vel ⲙⲉ-ⲗⲁ, vel cum articulo ⲙⲉⲛⲗⲁ, ex quo *Μενελαος* nomen ortum. Accipiter, et ⲫ et ⲝ symbolum (p. 194.), significat Seth, Sethos, Sethus, et reapse Decuria ⲫ in ⲥ *Sothis*, Decuria vero ⲝ *Syth* vel *Σιτ* vocantur. Habes iam Sethum vel *Σεθως*, primum dynastiae XIX. regem, quem veteres plerumque vocant. Sequitur contignatio quaedam vel domicilii species, in quo alias duae figurae sedentes inscriptae cernuntur, symbolum ⲝ scilicet Esmuni, seu domini terrae (p. 193.). Quo symbolo terrarum orbis ⲑⲟ, vel Oecumene ⲧⲏⲣ, *omneitas*, significatur. Quae vox cum praecedente coniuncta efficit nunc *Seth-tho*, nunc *Seth-ter*, *Sethos-tre*, vnde Sesostris nomen, quod aequiualens nomini Sethos a Diodoro affertur. Sin syllaba *tho* praeponitur, habes *tho-or*, ⲑⲟⲩ-ⲱⲣ, *θουωρις*, quo nomine Syncellus (p. 155.), imo antiquior historicus, primum dynastiae XIX. regem, nimirum Sethum appellat. Memorandum enim, accipitrem etiam *ωρ*, Horum, significare (p. 193.). Itaque in sarcophago Britannico haec sunt huius regis nomina: *Thuoris, Sesostris, Sethos, Memnon, Menelaus.*

Non is sim, qui contendam, Menelaum Homeri (Il. *β*. 590.) eundem esse atque Aegyptiacum; fuerunt tamen qui sane id contenderent. Homerus Graecus enim quin multis saeculis post historiae facta in patriae suae gratiam poetice exornauerit et transformauerit, vix dubium est. Ipse frater Menelai Agamemnon (ⲁϩⲉ-ⲙⲉ-ⲁⲙⲟⲩⲛ) nomine quidem est Aegyptiaco. Ceterum constat, Menelaum Homericum e bello Troiano reducem reapse in Aegyptum venisse, atque nouimus vrbem et nomum Menelai in Aegypto, scilicet in vltima Aegypti parte (domo ⲅ decuria ⊙) haud procul ab Alexandria sitam (II. §. 6.). Etiam probabile est, Aegyptios partem habuisse in bello Troiano. Antiqua enim fuit principum Graecorum atque Aegyptiacorum necessitas, quum Aegyptii antiquitus in Graeciam deduxerint colonias. Quum vero Graeci etiam gentes fere barbaras, vt Rhodios, Symenses, Cretenses secum habuerint; mirum sane esset, si Aegyptios sibi affines ad auxilium non euocassent. Nolumus vrgere, a Troianorum partibus stetisse *Πυραιχμην*, quod deriuari potest a ⲡⲟⲩⲣⲱ-ϫⲙⲏ, *rex Aegypti.* Id vero maxime conueniens est, quod veteres omnes tradunt, regem Sethum, siue Sesostridem expeditionem longam fecisse ex Aegypto per Palaestinam, Syriam, Asiamque minorem, Joniam (Her. II. 106.) vsque ad Thraciam, vel Bosporum Thracium. Hac enim in regione sita fuit Troia. Porro traditur, inter expeditionem Sesostridis nouem annos elapsos esse. Post totidem vero annos, quod neminem fugit, Troia demum capta fuit. Addere licet, Menelaum Homericum quoque post totidem fere annos demum in patriam rediisse. Ergo expeditio Sesostridis simillima fuit Troianae. Profecto quidem res gestae Sesostridis nimis auctae et in maius elatae fuerunt, neque obscurum est, Manethonem comparasse Sesostridem primum cum Nimrodo; sed expeditionem Sesostridis non maiorem fuisse ea, quam princeps Aegyptius vsque ad Troiam suscipere possit, vel ex eo apparet, quod Sesostris, quaecunque egit, nouem annorum spatio absoluisse narratur. Denique respiciendum est ad fabulam de Canopo. Canopus scilicet, vel Canobus, ϫⲁⲛ-ⲛⲟⲩⲃ, pariter atque Seth, Sethus, Sothis, Mercurium

(☿) significant (p. 193.). Hic autem Canobus, nauclerus dictus Menelai, cum eo, Troia expugnata, venit in Aegyptum; quo facto ei, morsu viperae letali interfecto, non solum templum, quo diuino honore coleretur, sed et vrbem Canobum exstructam esse, narrant [4]). Quum Aegyptii peregrinos maximopere auersati fuerint et neminem praeter Pharaones suos, vt sola inscriptio Rosettana docet, diuino honore habuerint; clarum est, illum Canobum non fuisse neque peregrinum neque nauclerum proprie. Nauclerus vero Menelai (⊙) sane Canobus (☿) constans ⊙ comes vocari poterat. Huc accedit, quod sarcophagus Sethi vel Sesostridis non in sepulcris Thebanis, vbi reliqui regum sarcophagi inuenti sunt, sed Alexandriae in basilica antiquissima conseruatus fuit [5]), qua quidem in prouincia et vrbe Canobus a Troia redux appulisse dicitur cum Menelao. Quae quidem omnia adeo inter se consentiunt, vt non improbabile sit, Menelaum nostrum siue Sethum, Sesostridem, Thuorin, Aegypti principem, partem habuisse in bello Troiano. Qui quum mortuus sit anno 1555 a. Ch. a Troia redux; inde colligi possit, anno 1554 a. Ch. Troiam excisam fuisse. Sed faciamus haec omnia esse parum certa; veteres saltem in eo consentiunt, Thuori, vel Polybo Homeri regnante Ilium captam esse. Iam duo reges Thuores commemorantur a veteribus, alter dynastiae XIX. primus rex, alter sextus. Ad huius quidem aetatem Syncellus bellum Troianum refert. At Syncellus, quum Mosen non ad primum Amosin, sed ad secundum retulisset, etiam non primo Thuori, sed secundo dynastiae XIX. regi Troiae expugnationem adscribere debuit. Quam ob causam haec epocha sane caderet in annum 1554 a. Ch. Sin recte se habet, quod Syncellus tradit, Troia saltem diruta fuit nonnisi circiter 153 annis post, siue 1400 a. Ch. A Thueris enim primi morte vsque ad secundi sunt anni 153, teste Africano; vel 139, vt Eusebius vult. Itaque Troia est capta aut anno 1554, aut, quod minus probabile, 1400 a. Ch. Ex quo sequitur, multum eos errasse, qui Troiam 800, vel 1100, vel 1200 annis a. Ch. fuisse expugnatam tradiderint.

Iam duabus historiae antiquissimae epochis grauissimis astronomice constitutis, clarum est, inde omnem chronologiam antiquiorem emendari et corrigi debere. Quemadmodum enim Exodus Israelitarum atque bellum Troianum in alia tempora incidunt, quam vulgo putarunt; ita et reliqui tum priores tum posteriores historiae euentus alias ad aetates, quin alia ad saecula revocari debent. Quae quum grauissima sint, hanc apponere licet tabulam chronologicam, ex qua reliqua iam pendent [6]).

---

4) Epiphan. in Ancorat. §. CVIII. Opp. T. II. p. 109. Pet. Schlaeger de Numo Hadriani plumbeo p. 93.

5) Vid. Descript. de l'Eg. Explicat. des Pl. A. Vol. V. Alex. p. 523. ss.

6) Coquerel in libro: Lettre à M. Ch. Coquerel sur le système de M. Champollion, considéré dans ses rapports avec l'Ecriture Sainte. Amsterd. 1825. 8., studuit chronologiam antiquam ad noua principia reuocare. Sed quum chronologia nostra astronomica 130 annis differat a Champollionis, sane epochae historicae inde constitutae multum adhuc a vero alienae sunt.

Dynastiae	*Regum nomina*	*Anni natal.*	*Coronatio*	*Regnum*	*Eventus historici*
XVIII. 1	Amosis I.		1908	30 a. 7 m.	Israelitae ex Aegypto egrediuntur anno 1908 ante Christum.
	Thuthmosis I.				
2	Amenophis I.		1877	13 — - —	
	Chebron				
3	Amenophis		1864	20 — 7 —	
4	Amenemes		1844	21 — 9 —	
	Amenses				
5	Mephres		1822	12 — 9 —	
	Moeris				
6	Amenophis III.		1809	25 — 10 —	
	Misphres				
7	Amosis II.	1832	1784	9 — 8 —	Amosis agit annum aetatis suae 48.
	Thuthmosis II.				
8	Amenophis IV.		1774	30 — 5 —	
9	Horus		1743	38 — 7 —	
10	Ramses		1705	12 — 5 —	
	Acencheres				
11	Osimanthyas		1692	1 — 4 —	
	Armais				
	Danaus				
12	Ramses Meiamun	1693	1691	66 — 2 —	Ramses agit annum aetatis suae 2.
	Aegyptus				
13	Amenophis V.		1625	19 — 6 —	
XIX. 1	Sethus	1631	1606	51 — - —	Sethus agit annum aetatis suae 25, regnum suscipiens.
	Sesostris				
	Thuoris				
	Menelaus				
2	Ramses		1555	61 — - —	Ilium captum anno 1554 (?)
	Rapsaces				
3	Amenophis		1494	20 — - —	
4	Ramesses		1474	60 — - —	
	Rampsis				
5	Amenemes		1414	5 — - —	
6	Thuoris		1402	7 — - —	Ilium captum anno 1400 a. Ch. secundum Syncellum.

Addere licet, astronomia Aegyptiaca non solum historicam chronologiam, sed etiam technicam illustratum iri, quum chronologia quoque civilis in scriptis Aegyptiorum astronomicis indicetur. Nondum v. c. constat certo, inde a quo tempore Aegyptii, Chaldaei aliique primum quinque dies intercalares adhibuerint.

V.

Incrementa Historiae praecipue Aegyptiacae.

Quum chronologia arctissime cohaereat cum historia, quumque historia Aegyptiaca coniuncta sit cum Hebraica, Graeca, Persica, Indica aliisque; per se intelligitur, quanto momento sit astronomia Aegyptiaca ad historiam omnem corrigendam et instruendam. Nemo enim nescit, quam obscura et confusa sit historia maxime antiquissima non solum Aegyptiorum, sed omnium nationum. Repetere licet, superesse adhuc 2000 monumenta astronomica historica, ab antiquissimis temporibus ad imperatores vsque Romanos deinceps facta. Et primum quidem, his monumentis initium historiae Aegyptiacae definiri, clarum erit. Quamuis enim ex eo, quod antiquissima Aegyptiorum monumenta ad dynastiam XVIII., paucissima ad praecedentem pertinent, iam sequeretur, non esse adeo antiquam Aegyptiorum historiam, vt multi putarunt; id tamen vix certius confirmari poterit, quam ipsis obseruationibus monumentorum astronomicis. Exemplo sit Zodiacus Tentyriticus. Nemo nescit, quantopere Zodiacus Tentyriticus et maior et minor, quippe eiusdem styli et aetatis, ingenia humana exercuerint et turbauerint. Quum enim multi haec monumenta ad antiquissima tempora spectare crederent, quippe ad annum 1700, aut 2200. aut 4200, aut 5200 ante Christum, aut priores; historiam incipere docuerunt philosophi nunc 6000, nunc 15000, nunc 25000, nunc 30000, nunc 40000 annis ante dominum nostrum J. Ch. [1]). Hae tales ac tantae nugae nunc satis diluuntur, vera Aegyptiorum astronomia intercedente, ex qua, vt vidimus, Zodiacus Tentyriticus meram Neronis, imperatoris Romani, natiuitatem in se continet. Quemadmodum vero de Zodiacis, Tabulaque Isiaca demonstratum est, ea monumenta multo, quam putarunt, esse iuniora; ita quoque de aliis, quae pro antiquissimis habentur, monumentis demonstrari potest, ea historiae nostrae fines non excedere. Qua de re subsistendum erit in eo, quod dudum nouimus, id esse historiae initium, de quo in vulgus constat, scilicet Diluuium.

Profecto praeter omnem expectationem ab astronomia Aegyptiaca hoc etiam factum historicum mirum in modum confirmatur accuratiusque definitur, ita vt aetas Diluuii eiusque vniuersitas mathematica fere ratione demonstrari possint. Quaeritur, quomodo et quando Zodiacus noster ortus fuerit. Nemo nescit, quam multi de Diluuii, quod Scriptura Sacra narrat, veritate dubitaverint; quam varie chronologi eius epocham definiuerint; quam leuiter eius vniuersitatem negaverint. Scilicet inde a Diluuio vsque ad exodum Israelitarum elapsi sunt 1574 anni. Sic docet vir sanctus, Syncellus (p. 101. A. V.), qui aliis etiam libris vsus est, quam nos nunc habemus, in chronologia antiquissima illustranda et confirmanda. Iam vidimus, secundum communem veterum sententiam Mosen ante initium dynastiae XVIII. regum Aegyptiorum ex Aegypto egressum esse, atque nouimus, id, secundum obseruationes nostras astronomicas, accidisse anno ante Christum 1908. Hinc Diluuium accidit anno 3480 a. Ch., h. e. ante hos 5311 annos. Iam apud astronomos constat, stellas Arietis nunc cerni in Tauro suppositio astronomico. Porro constat, puncta

1) Sententiae Fourieri, Grasberti, Remis-Raigeai, Hermae Trismegisti (Unumstösslicher (!) Beweis, dass die Erde 3 und 4mal älter ist), alior. Vid. Paravey: Nouvelles Considérations sur le planisphère de Dendera Par. 1822.

aequinoctialia verna, in quibus quum ☉ versatur nouum annum naturalem, seu ver incipit, sensim sensimque recedere, et quidem: 1 anno = 50″ 2; 100 annis = 1° 23′ 40″; 1000 annis 13° 56′ 4″. Hinc sequitur, quum stellae Arietis nunc distent ab aequinoctii puncto gradibus ~~30~~, 44
ante hos ~~2160~~ annos, siue anno ~~328~~ a. Ch. punctum aequinoctiale vernum fuisse in stella Arietis prima (♈ 0°). Iam inde concludi possit, imagines Zodiaci ortas esse anno ~~328~~ a. Ch., quum ad naturam imaginum zodiacalium respicimus. Scilicet origo Zodiaci, de qua mira sane et inaudita leguntur tradita, haec potius fuit secundum ea, quae ex astronomia Aegyptiaca didicimus. Postquam cognitum esset, ☉ stellas Zodiaci perlustrare atque post 12 coniunctiones cum ☽ idem rerum naturae iterum praestare, quod circiter 360 diebus antea praestauerat; facile erat distinguere stellas atque tractus Zodiaci XII, quibus ☉ singularem vim in rerum naturam exsereret. Iam ex philosophia antiquissima, siue astrologia, quum omnia et coelestia et terrestria ad aliquem planetam relata essent ceu patronum et auctorem, accidit, vt XII. illis Zodiaci partibus planetae praeficerentur iuxta singulorum planetarum vires veras aut probabiles atque secundum vires Signorum singulorum cum ☉ deinceps per annum coniunctorum. Hinc, vt vidimus (p. 16.), v. c. ☉ accepit id Zodiaci Dodecatemorion, quo tempus calidissimum obtinet; ♄ vero contrarium Signum cum contrario effectu. Hinc quum septem antiquissimae aetatis numina, h. e. planetae, animalibus figurisque humanis sibi affinibus exprimerentur, vt nouimus; factum est, vt XII. Zodiaci Signa iis animalibus personisque significarentur, quae singulis planetis Oecodespotis consecrarentur. Sic Dodecatemorion ☉ Leonem habet, Dodecatemorion ♂ Arietem, quoniam haec animalia ☉ et ♂ symbola putabantur ipsisque consubstantialia. Itaque, quum Aries conueniat ♂ per astrologiam antiquam, Leo ☉ et sic porro; inde, inquam, sequi videtur, Zodiacum nostrum cum animalibus suis anno 328 a. Ch. ortum esse, quo Aries, ♂ animal, occuparet ♂ Dodecatemorion (♈). At vero hic iam obseruari debet, animalia Zodiaci nostri, quae ad certa Signa eorumque Oecodespotas planetas pertinent, eadem spectare etiam Oecodespotas ipsos, illos praecedentes proxime, siue 30° anteriores. Vidimus enim, exprimi imagine arietis (♈) etiam ♃ (♓), sagittis (♐) etiam ♂ (♏), virgine (♍) etiam ☿ (♎), leone (♌) etiam ☽ (♋) et sic in aliis, licet serius Graeci et Latini alia animalia nonnullis in Signis substituerint. Imo cognouimus, antiquissimis in monumentis astronomicis (Tab. VII. VI. V.) ariete potius ♃ (patronum ♓) significari, quam ♂ (♈). Iam hinc clarum est, quum teste Herodoto multo prius, scilicet 17000 annis ante Amosin, Zodiacus ortus sit, punctum aequinoctiale vernum ante annum ~~328~~ a. C. non fuisse in stellis Arietis, sed Tauri. Ergo prius prima ♂ Domus exprimebatur Tauro, altera Sagitta et Arcu, vel Sagittario. Reapse in monumentis antiquissimis ♂ sagittis et arcu expressum vidimus, atque Horapollo testatur, Tauri cornua atque anteriora, quae sola in Zodiaco ♉ significant, ad ♂ pertinere †). Vtique tauri anteriora ♂ significant in Mensa Isiaca (Tab. VIII. Lat. B.). Hinc ergo stellae Arietis antea Signum ♃ (♓) significarunt, quippe arietis patronum; tauri vero anteriora prius Domum ♂, siue ♈ expresserunt. Vltra quidem propellere Arietem et reliqua

---

†) Horapollo II. 17. *Βοος ἀῤῥενος κερας γραφομενον ἐργον σημαινει.* Constat vero de Minerua (♂) Ergana (p. 186. 61.). Quemadmodum animalium vero solarium anteriora ♂ adscribebantur, vt leonis (p. 149.), ita et tauri ad ♂ referri debebant.

Signa absonum esset. Alioquin Aries veniret in ♒, Sagittarius in ♎, Leo in ♊; quod vetat astrologiae antiquae ratio. Minime enim aries ♄ (♒), leo ☿ (♊), arma ♀ (♎) adscribuntur atque plane contrarium est omni veterum philosophiae et astrologiae, adscribere planetis singulis animalia aliasque res ab ipsorum natura plane alienas. Iam ex his omnibus, quum ex astrologia cognoscatur origo Zodiaci nostri, intelligitur, quo tempore Zodiacus ortus sit. Patet enim, eum eo tempore ortum esse, quo punctum aequinoctiale vernum esset prope stellam ♉ splendidissimam Aldebaran; initium ♈ vero constaret primariis ♈ stellis. Cum ♉ oritur Orion, praecipue cingulum cum stella β. Sin vlla coeli pars conueniebat principio et capiti Zodiaci, haec erat constellatio, omnium splendidissima habituque maxime singulari. Hinc vero colligitur, puncta aequinoctialia ab eo inde tempore, quo Zodiacus ortus sit, recessisse 74°. Tenendum enim, initio animalia in Zodiaco ita disposita fuisse, vt quoduis Signum certo planetae proprium id animal contineret, quod per naturam suam et philosophiam communem ei ipsi planetae ac Domino Domus coelestis conveniret. Iam aequinoctia recedunt 74° post 5312 annos, atque totidem reapse anni elapsi sunt a Diluuio ad hunc diem, quum sequimur Scripturam Sacram atque epocham Exodus, obseruationibus nostris antiquissimis erutam. Vidimus enim, Mosen excessisse Aegyptum anno 1908 a. Ch. atque a Diluuio ad Mosen anni numerantur 1574, qui cum superioribus, addita aera Christiana (1831), efficiunt 5312 annos. Itaque has ob causas negari nequit, Zodiacum nostrum ortum esse 5312 annis ante hunc diem. Quum prius statueris, contradixeris rationi Zodiaci nostri et toti veterum religioni. Sin alicui videatur iusto audacius statuere, Zodiacum, cum oriretur, inceptum fuisse a gradu 14 Tauri, siue Orionis β; hoc saltem concedendum, stellam ♈ α antiquitus fuisse initium Signi, cui ♃ praeesset (♓), atque ♉ α initium Zodiaci; quae stellae 65° vel 66° recesserunt nunc a locis suis genuinis. Hinc id saltem sequeretur, Zodiacum 600 annis post Diluuium animalibus apotelesmaticis instructum fuisse. Itaque hic sit annus, quo genus humanum idololatriam et astrologiam susceperit. Centum enim annis post prima periodus Sothica incepit, cuius longitudo et initium iam nota erant tum temporis. Huc facit quoque Herodotus (II. 43.), quum dicit, (circiter) 17000 annis ante Amosin (1908 a. Ch.) prodiisse XII. Deos maiores (12 Zodiaci Signa) ex VIII. Cabiris (planetis cum ☉). Quemadmodum enim Herodotus constanter timide et implicite tradidit, quae ex mysteriis essent; ita et hic pro annis in mente habuit 17000 menses, qui valent 1417 annos. Ipse enim alias nouerat ex ore Aegyptiorum, primum post diluuium regnasse Menen, atque a Mene ad Amosin 3000 annos numerarunt. Quare, quum Herodotus non 17000 menses in mente habuisset, ipse sibi contradixisset. Similiter Diodorus (III. p. 83.) narrat, Chaldaeos annis 473000 ante Alexandrum astronomiam iam coluisse; qui numerus significat dies, quum Simplicius (II. p. 123.) diserte antiquissimas obseruationes ad annum 2253 a. Ch. referat. Vtique mensis et dies typi sunt anni. Ergo ex sententia Herodoti Zodiacus ortus est circiter 5156 annis ante hunc, vel 156 annis post Diluuium. Haec autem epocha adeo respondet ei, quae ex recessu punctorum aequinoctialium sequitur; vt sententia nostra multum inde probabilitatis trahat. Ceterum recessum punctorum aequinoctialium non ab Hipparcho demum inuentum fuisse, ipsae inscriptiones nostrae antiquiores, vt vidimus, testantur.

Ipse Manetho, quum primi reges ab eo memorati sint planetae (p. 83.), confirmat aetatem Diluuii. Tradit enim, dynastiarum XVI. primarum tempore regnasse Deos. Ergo innuit inde a

dynastia XII, cum qua nouum librum incipit, incipere historiam nostram. Tempora vero, quae Manetho primo in historiae suae libro dynastiis primis XII. et Diis antecedentibus adscribit, conveniunt iis, quae ab Adamo vsque ad Diluuium numerantur. Hinc anni inde a dynastia XII. vsque ad Amosin numerati apud Manethonem respondent annis inde a Diluuio vsque ad Mosen.

Quod vero summum est, hinc cognita ratione et aetate, qua Zodiacus noster ortus sit, etiam sequitur, Diluuium in V. T. memoratum non fuisse particulare, sed vniuersale. Quodsi enim omnes antiquitatis nationes non prodiissent ex vna sola patria, non intelligeretur, cur omnes eadem a stella numerare potuerint Signa Zodiaci; cur eosdem ipsis planetas praefecerint, iisdem symbolis apotelesmaticis ea expresserint. Ratio enim Zodiaci, licet mille modis variari possit, eadem est apud omnes populos, cum Europaeos, tum Asiaticos, Africanos, Americanos. Si vero Zodiacus non prodiisset ex gente post diluuium originaria; nunc, quum nulla ciuitas per decem annos sine Zodiaco constare possit, non vnum haberemus Zodiacum, sed multos per terrarum orbem. Prodiit autem Zodiacus ex religione. Sane omnes veterum religiones eaedem sunt. Omnes enim idem mythologiae principium habuerunt, omnes eosdem Deorum ordines, partim et nomina vel cognomina, eadem symbola, animalia, plantas, instrumenta, membra iisdem numinibus consecrata. Quod valet etiam de huius aetatis nationibus, ad quas religio reuelata nondum peruenit, licet aliae a pristina religione ad inferiorem statum, purum nempe Fetischismum, delapsae sint, aliae per magistros ad veriorem Naturalismum redierint. Huc accedit linguarum affinitas. Eo enim iam peruenit philologia, vt demonstrare possit, omnes omnium populorum linguas inter se cohaerere atque eadem ex lingua auia prodiisse. Quid dicam de scriptura? Omnes enim literae ex eadem hieroglyphice prodierunt, iisdem principiis natae. Ceterum fere omnium nationum libri tradunt, media in Asia fuisse gentem post Diluuium primam, ex qua reliquae prodirent. Sic testantur Aegyptii, Chaldaei, Phoenices, Graeci, Itali aliique, se venisse ex oriente. Indi contra Persaeque a septentrione se progressos profitentur, Sinenses vero occidentem agnoscunt patriam suam, vt boreales nationes meridiem. Ergo exstitit natio, a qua communis religio, astronomia, astrologia aliaeque disciplinae originem duxerunt. Omittamus, apud omnes gentes reperiri traditionem de Diluuio generali, veluti apud Graecos Latinosque, Aegyptios, Phoenices, Chaldaeos, Indos, Sinenses, Americanos, cuius diluuii vestigia exstánt in montibus et vallibus. Praeterea omnes tradunt simillima de diluuio illo, idque adscribunt temporibus antiquissimis. Quod iam Graecorum fabulis illustrare liceat. Vidimus supra (p. 41 ss.), veteres periodos quoque planetis adscripsisse, tum minores, vti dies annosque; tum maiores, vti periodum Sothicam 1461 annorum vagorum, quibus regnare dicerent planetas singulos ipsis propositos, tamquam Deos. Nouimus etiam, periodos Sothicas coepisse anno 4242 a. Ch., anno 2782 a. Ch., anno 1322 a. Ch., anno 139 p. Ch., anno 1599 p. Ch. Iam veteres tradunt, initio (post Diluuium) regnasse Saturnum (♄), hinc Iovem (♃), hinc arma et vim (♂), vt Ouidius canit (Met. I. 125.). Proclus (Plat. Crat. MS.) quinque affert aetates: I. auream, argenteam et aeneam (♄ ♃ ♂); II. heroicam et humanam (☉ ♀). Hesiodus, ex aetate Iouis (Diodor. V. 66.), aetatem Saturni laudibus cumulat, vt posteriores omnes. Tum dicunt regnasse pietatem, vitam moresque simplices. Quis non videt, agi de primis post Diluuium saeculis, quae pertinent ad primam periodum Sothicam (p. 47.). Regnante Saturno, vt Pausanias refert (El. prior. c. 7.), templum Olympiacum exstructum dicebatur, atque

Romani vrbes memorant conditas aetate Saturni, h. e. ante annum 2782, quippe septem primis post Diluuium saeculis (3480—2784 a. Ch.). An non his egregie aetas Diluuii eiusque vniuersitas confirmatur? Si enim Diluuium fuisset nullum, aut anterius; veteres profecto aut nihil tradidissent de regno Saturni super totum genus humanum primo, aut aliam ipsi periodum adscripsissent, quam primam ante Hesiodum, tertiam ante Ouidium, quartam ante Proclum. Huc accedit fabula, qua Saturnus progeniem suam deleuit ac deuorauit, postea vero denuo in lucem euomuit. Quum enim abyssus et infernum ♄ propria essent (p. 198.); persuasum mihi habeo, illam progenitorum antiquissimorum submersionem significare ex mystica veterum ratione ipsum Diluuium. Quae quidem omnia contribuunt ad confirmandam communem gentium de Diluuio sententiam. Id autem grauissimum est, Zodiacum neque ante Diluuium generale, neque multo post Diluuii aetatem oriri potuisse secundum omnis astronomiae seu astrologiae rationem. Apparet itaque, Zodiacum ipsum veluti in auxilium fuisse vocatum a primis post Diluuium sapientibus, vt in aeternum testaretur, euenisse ante hos 5300 annos aliquid, quod ad omnes posteros pertineret, quo noua terrae conditio, noua omnium rerum gestarum historia coeperit.

Porro ex monumentis Aegyptiorum astronomicis cognoscetur, qui reges atque dynastiae Aegyptiorum coaetaneae fuerint. Quum per totum terrarum orbem regna maiora e minoribus prodierint, atque iisdem in terris eodem tempore plures reges fuerint, non dubium est, quin in Aegypto quoque variis temporibus plures reguli et dynastiae eodem tempore floruerint. Quum Manetho diserte non tradat, dynastias regum atque singulos reges, quos ille deinceps enumerat, deinceps regnasse: dudum de eo historici nostri viderunt, quaenam regum familiae vno eodemque tempore in Aegypto regnauerint, licet diuersissimas in partes abierint. In his vero eruendis eximiam vel vnicam opem ferre astronomiam Aegyptiacam, non opus est demonstrare. Idem valet de singulis regibus. Eodem enim tempore nonnunquam regum fratres vel filii vel alii affines aliis in Aegypti partibus aut prouinciis exteris regnasse videntur, quos Manethonem in dynastiarum coaeuarum seriem recepisse, consentaneum est. Sic aetate Lagidarum alii reges fuerunt in aliis Aegypti partibus vel prouinciis. Sic in dynastia XVIII. quatuor principes, vt vidimus, enumerantur, qui vix ac ne vix quidem nisi cum aliis, vel aliis in prouinciis regnare potuerunt. Hinc etiam claret, Tabulam Bankesiam cum regum catalogo suo esse veram. Putarunt enim, ibi in serie regum omitti principes. Imo ex obseruationibus nostris astronomicis concluditur, Manethonem in catalogo suo enumerasse reges coaeuos, quos sane Tabula Bankesia omisit. Hinc etiam explicatur, quod veteres passim iisdem dynastiis reges annosque adscripserunt, nunc plures, nunc pauciores. Deinde in regum Aegyptiorum catalogo apud Manethonem aliosque innumera fere nomina desiderantur. Contra in monumentis Aegyptiacis innumera fere regum nomina reperiuntur, eorumque facta traduntur, de quibus, ad quaenam tempora spectent, non constat. Quamuis enim historici recentissimi operam dederint, vt eiusmodi reges incognitos suas ad dynastias iustas referrent; negari tamen nequit, meris coniecturis nihil certi constitui posse, imo saepe numero falsissimas opiniones inde ortas esse. Sic vidimus, quam false Sarcophagus Londinensis ad regum Aegyptiorum dynastias et tempora aliena fuerit relatus. Iam quum in eiusmodi regum incognitorum monumentis praeter historiam etiam constellationes planetarum tradantur, per se intelligitur, quantum historiam astronomia nostra Aegyptiaca illustratura sit. Denique eodem fundamento, artium

literarumque historiam quam maxime concinnam et aequabilem exstruere contigerit. Quum enim monumenta Aegyptiaca, ab antiquissimis inde temporibus vsque ad Constantinum M. facta, fere innumera contineant constellationes, aetatem artificum accuratissime indicantes; inde demonstrari poterit, qualis singulis aetatibus fuerit ratio aedificandi, excidendi statuas, insculpendi imagines, scribendi literas, aliasque artes exercendi. Hinc patebit, quomodo singulis saeculis artes excultae, subinde a pristino statu in deteriorem delapsae fuerint non modo in vniuersum, sed singulis quoque Aegypti in regionibus. Sic gria illa antiquissima artis Aegyptiacae monumenta (Tab. VII. VI. V.) multum differunt a Zodiacis Tentyriticis. Monolithus Parisinus, anno 1832 a. Ch. elaboratus, summa excellit styli elegantia, designatione accuratissima, expressione viua, licet non nimis subtili, atque eo, quod figuras haud profunde in lapidem incisas continet. Eaedem fere virtutes sunt Sarcophagi Parisini et Londinensis, ducentis annis post elaborati; vterque tamen negligentia quadam differt a Monolitho dicto. Zodiacus Tentyriticus vero, anno 37 p. Ch. confectus, ruditate maxima, licet stylo minutali, designatione crassa et negligente est insignis. Item papyrus d'Hermandi (Tab. IX.), anno 1104 a. Ch. scripta, stylo crasso, sed magnifico, literis longis largisque, sed bene designantibus, longe differt a papyris aetate Lagidarum scriptis. Ex his iam clarum est, breue post Mosis aetatem artes quam maxime floruisse in Aegypto; subinde magis magisque in grauioribus et potioribus negligentiam et turpitudinem, in minutiis curam ineptam admisisse. Itaque astronomiae auxilio historia artium Aegyptiacarum profecto accuratissime et certissime describetur. Certe artium Graecarum et Latinarum, aliarumue historia nunquam adeo excoli, dissipari et corrigi poterit, etiamsi ingenia Winckelmanniano potiora exstiterint. Praeterea monere licet, astronomiae Aegyptiacae monumentis, quippe simul theologicis, etiam historiam ecclesiasticam, saltem Gnosticismum illustratum iri. Constat enim, Gnosticos antiquam Aegyptiorum astrologiam et mythologiam consuere studuisse cum religione Christiana.

VI.

Ratio Mythologiae veterum gentium mutanda.

Grauissima totius antiquitatis pars iure meritoque habetur mythologia. Nullum enim est literarum et artium veterum monumentum, nullus fere historiae euentus, nulla terrarum regio et vrbs, quae non spectanerint antiquam ad religionem, aut inde originem habuerint, quae non explicari possint et debeant ex placitis veterum sacratioribus. Praeterea multum interest scire, quaenam veterum fuerit religio; quomodo rerum omnium auctorem et gubernatorem supremum coluerint; quid valeat in religione ratio hominum pura sine reuelatione diuina; quorsum tendant nationes, quae reiecto reuelationis lumine suum arbitrium sequi maluerint. Nulla profecto datur vera antiquitatis cognitio, nulla rerum nostrarum iusta aestumatio sine interiori veterum religionum intelligentia. Quae quo magis perspecta haberent maiores nostri, eo diligentius in hoc argumentum inquisiuerunt. Inde a bonarum literarum instauratione, vix dici potest, quot libri prodierint, qui mythologiam et religionem antiquam illustrare studerent. Nihilominus concedendum, omnem nostram mythologiae cognitionem etiamnum esse maxime imperfectam, mutilam, mancam, inconcinnam, innumeris erroribus confertam. Difficillima enim est haec quaestio atque in obscuro

latuerunt aut, quod valet maxime de libris veterum astrologicis, neglecti fuerunt fontes, vnde vera veteris mythologiae cognitio deriuanda esset. Quaeritur, quid sint veterum nationum Dii Deaeque; quas ideas cum nominibus et simulacris numinum coniunxerint; cur certis nominibus certisque simulacris, insignibus, attributis singula expresserint; cur certis in locis, certis festis, certis modis singula idola, animalia, vegetabilia coluerint; cur alia cum aliis confuderint, aut seiunxerint ab aliis; cur alia pro bonis et propitiis, alia pro malis nefandisque habuerint; cur in terris maxime diuersis eadem sacra reperiantur; quando et quomodo singula populorum numina eorumque ordines fuerint orta; quomodo sacra gentilium, ad quos religio reuelata nondum peruenit, cohaereant cum antiquis ipsorum populorum sacris? Ad haec omnia autem mythologia, qualis nunc est eius ratio, partim nihil respondet, partim imperfecte et false, partim tam varie et diuerse, vt sane nescias, quid credendum sit. Pendent enim haec omnia a iusto veterum religionum principio eruendo. Eo enim iam peruenit mythologia, vt negari nequeat, omnes veterum religiones inter se cohaerere, ex eodem fonte prodiisse, in quo versantur potissimum V. C. Creuzeri merita. Quare, vero omnis mythologiae principio constituto, facile erit indicare de indole et natura religionis cuique populo propriae. At vero in eo potissimum cernere licet mythologorum nostrorum diuersitatem. Maxime enim varia et discrepantia sunt principia mythologiae commendata. Alii principium astronomicum, alii physicum, alii metaphysicum, alii historicum, alii anthropologicum, alii adeo politicum, alii alia pro veris habuerunt. Licet in his omnibus aliquid veri insit; patet tamen, haec principia partim non sufficere ad indolem mythologiae antiquae et hodiernae explicandam, partim pugnare cum ipsius natura. Verum omnis mythologiae principium est astrologicum, quod diserte in libris veterum astrologicis indicatur atque ex monumentis Aegyptiorum astronomicis cognoscitur; cuius haec est ratio.

Natura Dei O. M., omnium rerum auctoris, conseruatoris et gubernatoris, patefacta est in operibus suis, nimirum coelo et terrarum orbe. Vires diuinae conspiciuntur praecipue in coelo cum astris et planetis septem, quorum a motu pendent vicissitudines in rerum natura. Deus O. M. vtitur planetis ceu instrumentis in gubernando mundo (p. 75.). Septem planetae, natura inter se diuersi, sunt symbola septem virtutum principalium diuinarum, quae, seorsim cogitata, totidem personas diuinas valent. Ad planetas pertinent omnium rerum ortus et interitus (p. 75.). Totus terrarum orbis atque omnes res in sensus humanos cadentes, quin ipsarum quoque partes ad aliquem planetam, quippe natura similem spectant, ita vt singuli planetae varia habeant tum in coelo, tum in mundo sua symbola ac partes (p. 79.). Hinc certi numinis notio omnia ea in se comprehendit, quae in rerum natura omnino cum certo planeta simillimas vires exserant. Planetis ac numinibus natura similibus sunt symbola nonnulla communia, partim phonetica, partim physicalia. Planetae potiores, ☉ et ☽, assumunt proprietates numinum cum ipsis certo tempore cooperantium.

Hoc vero omnis mythologiae principium astrologicum, a veteribus ipsis propositum atque monumentis Aegyptiacis confirmatum, non nouum et inauditum est, sed ab ipsa Scriptura sacra dudum iamiam proditum. Leguntur enim, omissis aliis locis, haec verba (Deuter. IV. 16.): *Ne forte, eleuatis oculis ad coelum, videas Solem et Lunam et omnia astra coeli et errore deceptus adores ea et colas, quae creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus,*

quae sub coelo sunt. Ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem aut imaginem masculi vel feminae; similitudinem omnium iumentorum, quae sunt super terra, vel auium sub coelo volantium atque reptilium, quae mouentur in terra, siue piscium, qui sub terra morantur in aquis. His verbis enim clare indicatur, omnem religionem paganam, a qua Moses ex mandato diuino Israelitas ad Monotheismum reuocare debuit, in eo constitisse, quod astra coeli vt personae diuinae colebantur atque singulae naturae partes ad singula numina referebantur.

Iam breuiter demonstremus, non ex alio, sed hoc ex principio omnes veterum atque gentilium hodiernorum religiones et mythologias explicari debere.

Quod primum Aegyptios attinet, constat, quam imperfecte et false recentissimis adeo temporibus horum mythologia exposita fuerit. Nihil dicamus de eo, quod imagines Deorum Dearumque in monumentis depictas ad aliena numina Aegyptiaca a Graecis Latinisque nominata retulerunt et vice versa, quod numina Aegyptiaca compararunt cum Graecis Romanisque alienis; vt accidit maxime in Pantheo Aegyptiaco Champollionis. Praecipue in eo errarunt mythologi, quod numinibus Aegyptiacis significatus metaphysicos et ideales adscripserunt, quod alia ad astronomiam, neque vero ad vires cosmicas et anthropologicas retulerunt; alia ad rerum naturam, neque vero ad coelum. Quid? quod vel nuperrime serio contenderunt, apud Aegyptios primum exstitisse divinam quandam trinitatem, ex qua nata sit secunda, tertia quaedam, quarta et sic porro; quae quidem Aegyptiorum numina fuerint vera et genuina. Vidimus autem, longe aliud fuisse mythologiae Aegyptiacae principium. Primus enim numinum ordo continuit septem Cabyros seu planetas, quorum nomina exhibet prima regum Aegyptiorum dynastia apud Manethonem, quorumque simulacra exstant variis in monumentis (Tab. VIII. VII.), quippe figurae pusillae. Sic Cambyses Cabyros pusillos risit Memphi atque iidem Cabyri pusilli exstant alias inter Deos maiores, vt in porta Tentyritica (Desc. de l'Eg. Vol. IV. Tab. 5.), quae eandem constellationem continet, atque Zodiacus Tentyriticus (Tab. IV.), quippe Neronis natiuitatem. Porro XII. Aegyptiorum numina fuerunt XII Zodiaci Signa, vt vidimus, singulis planetis adscripta. Reliqua numina spectant ad alios partium Zodiacalium Dominos, atque ad ☉ et ☽ in iis versantes. Sic sane trinitas illa Aegyptiorum celeberrima (Kamephi), *Agathodaemon*, *Phtha*, *Amun* (Creuzer Symb. I. 518.), valet Zodiacum tripartitum, siue, ratione temporis, annum tripartitum secundum notissimas tres anni tempestates (p. 39.), vel ☉ vernum, aestiuum, autumnalem hibernumue. Haec omnia autem numina coelestia partes suas habebant in terrarum orbe, tempore vitaque humana. Quare *idem* numen veluti Osiris varias in se continebat notiones. Itaque quod veteres diserte atque sexcentis in locis tradiderunt, omnes Aegyptiorum Deos Deasque primum quidem ad astronomiam spectare, id monumentis nostris astronomicis extra omnem dubitationem positum est.

Iam vero si mythologiae Aegyptiacae principium fuit astrologicum; negari nequit, idem fuisse etiam Graecae et Latinae. Diserte enim Herodotus testatur, religionem et numina Graeca ex Aegypto venisse; sexcenties veteres numina Aegyptiaca cum Graecis compararunt. Eundem apud Graecos et Aegyptios habemus Deorum ordinem, eandem Triadem (Creuzer Symb. II. 484.), eosdem septem Cabyros, eosdem XII. Deos maiores. Nomina Deorum Dearumque Graeca, quod alias demonstrabitur, sunt Aegyptiaca aut idem atque illa significantia, attributa et insignia paria, significatus aequales Aegyptiacis. An plura cupis? Id autem peculiare habet mythologia Graeca, quod

magis quam Aegyptiaca anthropologicas et physicas notiones assumsit. Quod vero genealogias attinet, eae cohaerent cum placitis cosmogonicis atque ideo passim indicantur, vt, cum numina certa, quemadmodum apud Aegyptios, ad varias coeli terraeque vires et facultates pertineant, sciat lector, quas facultates ac personas diuinas scriptor singulis in locis habuerit in mente. Ergo et Graecae mythologiae principium fuit astrologicum, siue cosmologicum, vel astronomico-physicum ex legibus veterum astrologicis.

Hinc idem principium est mythologiae quoque Indicae. Etiam hanc apud nationem reperiuntur ordines deorum, vti constat, numinibus tribus, septem, duodecim, viginti octo, triginta sex constantes, quibus idém significatus, idem fere habitus, eadem insignia adsunt. Sic Trimurtis illa: *Brama*, *Vischnu*, *Siua* exprimunt cyclum anni vel Zodiacum. Quid? quod Indi ipsi indicarunt, quo Zodiaci a Signo singula haec numina (☉ vernus siue progeneratio, aestiuus siue conseruatio, autumnalis siue contritio) regnare incipiant, quae initia tempestatum conueniunt cum Aegyptiacis. Itaque Trias Indica nihil commune habet cum Christiana, quod viri mediis in terris Christianis nati publice contendere non dubitarunt, sed mere est naturalistica, vel astrologica. Zodiacus Indicus plane conuenit cum Aegyptiaco diuisionibus, praepositis partium, animalibus praepositorum symbolis (Transact. of the R. As. Soc. Vol. III. P. I. Tab. I.). Milites Indi in exercitu Aegyptiaco, quum monumenta antiquitatis Aegyptiacae conspexissent cum Deorum Dearumque imaginibus, animalibus, plantis aliisque rebus sacris, suosque Deos recognouissent, tanto stupore correpti fuerunt, vt protinus genua flecterent atque preces facerent tamquam suos ad Deos.

Denique sicuti mythologiae Aegyptiacae, Graecae, Indicae principium est astrologicum, ita et reliquarum omnium nationum religiones ex eodem fonte prodierunt. Negari enim nequit, etiam apud Phoenices et Carthaginenses, Syros et Assyros, Asianos, Persas, Slauos, Germanos aliosque populos Europaeos, Arabes antiquos, Babylonienses, Sinenses, Japanenses, Mexicanos, Peruanos, Insulanos aliosque reperiri eosdem deorum dearumque ordines, eadem ordinum membra, eadem aut idem significantia numinum nomina et cognomina; eadem simulacra, insignia, attributa, animalia et vegetabilia sacra ipsorum; easdem numinum virtutes et proprietates coniunctim praedicatas; eadem festa, eosdem mythos sacros, fabulas, traditiones, cosmogonias eiusque generis alia. Hic autem placitorum consensus talis ac tantus apud diuersissimas gentes non est fortuitus. Consensus enim ille cernitur in rebus minutissimis atque ab arbitrio humano pendentibus. Neque hoc probabile, religionem naturalem, qualem vidimus apud Aegyptios, minutissimis quoque in rebus perpolitissimam, subinde a certa quadam gente per missionarios ad reliquos populos omnes peruenisse. Non enim suffecissent ad hoc perficiendum millia annorum. Nullum fuit inter populos maxime dissitos tale commercium. Quum vero natio nulla sine religione constare possit, nationes alienigenae certe non recepissent religionem aliunde sibi oblatam, praesertim quum oblata religio non alia esset, quam ipsis propria, scilicet naturalis. Quas quidem ob causas redeundum est ad id, de quo dudum constat inter criticos sanos, omnes omnium nationum religiones communi ex fonte prodiisse, neque vero ex polytheismo et fetischismo, sed ex monotheismo; eo quidem tempore, quo gens humana, breue post diluuium tempus, adhuc vnita esset, quo, vt vidimus, Zodiacus noster ortus esset. Omnis vero religionis paganae principium est astrologicum. Haec vero tam grauia sunt, vt non solum Aegyptiorum, Graecorum Indorumque, sed omnium populorum

mythologiae aliter intelligi, pertractari et tradi debeant, quam hucusque factum vidimus, quum noua huic iam disciplinae lux affulserit ex Aegypto.

Iam facilius definiri potest, quomodo variae gentium religiones ortae fuerint, quas vicissitudines subierint sensim sensimque, quomodo gentilium hodiernorum fides cohaereat cum antiqua et genuina religione. Prima gens, quum Deum O. M., quem mente animoque haberet, notionibus concipere vellet, facile eo peruenit, vt naturam diuinam ex operibus diuinis cognoscere et definire studeret, quippe ex coelo et terrarum orbe. Iam quum vicissitudines in rerum natura a coelo pendere videret; primum animum aduertit ad corpora coelestia, nimirum Solem, Lunam et reliquos quinque planetas, stellas fixas atque Zodiaci, quem Luna sponte anni decursu diuiserat, duodecim partes. Iam comparatis viribus coelestibus cum terrestribus inueniebant, vires et facultates Dei esse varias. Alius enim ☉, alia ☽, alius ☿, alia ♀, alii ♂, ♃, ♄; alia efficiunt ☉ ☽ ☿ ♀ cum Signis vernis coniuncti, alia cum autumnalibus, alia cum aestiuis, alia cum hibernis et sic porro. Item alia vis cernitur in montibus, alia in vallibus; quin singulis naturae in partibus aliae vires sunt efficaces, veluti in tempestate, pluuia, variis animalibus, arboribus, hominibus, hominum partibus. Ergo concluserunt naturalistae, facultates et virtutes Dei esse varias. Quaerebatur itaque, quomodo diuidi deberent. Quum terrarum orbem pendere viderent a corporibus coelestibus; quum septem planetae, omnes inter se diuersi, archetypi cernerentur terrestrium rerum, ad naturas planetarum accommodatarum: an mirum, virtutes diuinas secundum planetarum numerum et proprietates fuisse diuisas et descriptas? Nihil sublimius magisque augustum Sole; quare conueniunt ☉, quaecunque in rerum natura sunt sublimia et grandia, vti tonitru, fulmen, dies, leo, taurus, princeps, Signum ♌, in quo ☉ maxime valet. Post ☉ maxima est ☽, sed minus splendens, magisque feminea; quare ☽ est symbolum rerum post solares maximarum, vti Signi ♋, vaccae, leaenae atque omnium, quae vicissitudinem similem ☽ patiuntur. Planetae ☿, qui celeritate, inconstantia, discursione ac dexteritate, comitatu ☉ insignis est, respondent res in rerum natura similes, vt auiculae, dexteritas, cogitatio, sapientes, ministri. At ♀, motu celeri, amabili vespertino lumine resplendens, haud absimilis ☽, habeat necesse est sibi simillima, pulcherrima quaeque, amorosa, cuniculos, columbam. Turbulento, rutilo, ac summo impetu per astra discurrenti ♂ conueniunt similia terrarum in orbe et vita humana, fortia quaeque, cruenta, perniciosa. Denique ad ♃ gravem ac compositum, maiestosum, splendore ☉ similem, atque ad ♄ lentum, pigrum, obscurum ac pallidum referenda sunt quaecunque cernuntur natura his similia (p. 58.). Ergo vere, quum virtutes planetarum in rerum natura reperiantur, symbola rerum naturalium sunt septem planetae. Totus enim mundus diuidebatur inter planetas, teste Cicerone, Clemente, Eusebio (p. 79.). Hinc recte naturalistae, septem virtutes diuinas constituerunt secundum septem planetarum proprietates. In his nihil fere offensionis est. Venerabantur ☉ atque res in rerum natura vitaque humana similes ceu symbolum maiestatis diuinae; significabant ipsis ☽ benignitatem summam, ☿ sapientiam et prouidentiam, ♀ sanctitatem et amorem, ♂ omnipotentiam et fortitudinem, ♃ constantiam et grauitatem, ♄ cum rebus omnibus similibus diuinam iustitiam et vltionem. Iam a diuisione virtutum diuinarum ventum est ad disiunctionem. Videbant enim symbola proprietatum diuinarum tum coelestia, tum terrestria inter se pugnare. Ergo concluserunt, vires septem in planetis atque in rebus similibus et dicatis ipsis efficaces esse totidem personas

diuinas, propria voluntate instructas. Diodorus, *vetustissimi in Aegypto mortales*, inquit (Lib. I. p. 10. W.), *mundum supra contemplati et non sine stupore demirati, vniuersi naturam duos esse Deos existimarunt aeternos et primos, Solem et Lunam. Hos Deos mundum vniuersum gubernare statuunt, nutrientes et gubernantes omnia.* Eusebius, *vni duntaxat Soli*, inquit (P. E. III. 4.), *mundi molitionem tribuerunt Aegyptii. Solis* (septem) *astris rerum vniuersarum causam assignarunt, ex fati necessitate siderumque motu et agitatione cuncta suspendentes.* Sic orti sunt iam ante gentium dispersionem septem illi *Cabiri* (fortes), *Κοσμοκρατορες*, *Kuah* (sortes), אלהים (potentes); quibus accessit octauus Cabirus: terrarum orbis (p. 79.). Apud omnes enim populos reperiuntur haec numina suprema, vti constat, apud Aegyptios, Aethiopes, Graecos, Asianos, Phoenices, Arabes, Chaldaeos, Persas, Europaeos antiquos, Indos, Sinenses, Americanos aliosque.

Iam ex Cabyris prodierunt XII. Dii maiores. Scilicet quum Zodiaci XII. Signa vnius anni decursu Nouiluniis et Pleniluniis distincta essent atque viderent, ☉ et ☽, licet habitu externo nihil per annum mutarentur, alias atque alias vires exserere singulis in Signis; sponte philosophi eo peruenerunt, vt putarent, non solum planetis, sed etiam singulis Zodiaci partibus inesse vires diuinas, quae cum ☉ et ☽ cooperarentur in rerum natura per annum moderanda ac dirigenda. Quamuis initio Zodiacus inter planetas diuisus esset pariter atque terrarum orbis; quamuis facultates Cabyricae initio sidericis aeque ac terrestribus facultatibus constarent; viderunt tamen, singulares Signorum effectus pugnare cum planetarum, maxime cum ☉ indole aequabili. Ergo personae planetarum ac Cabyrorum a personis zodiacalibus diuinis distinguendae erant. Sic orta sunt XII. numina maiora, partim masculina, partim feminina, propter naturas ☉ et ☽ diuersas sexibus humanis accommodatas. Reperiuntur autem omnes apud gentes XII. illa numina, quotquot historia veniunt. Ceterum ad Zodiaci rationem diuiserunt terrarum et prouinciarum tractus atque tempora.

Nondum eo peruenerant gentes, vt simulacra personarum diuinarum colerent. Diserte veteres testantur, antiquissimis temporibus gentes, Aegyptios, Graecos, Persas aliosque coluisse numina in montibus aut templis sine statuis, sine viuis symbolis. Neque dubium est, quin sapientes diu veriorem philosophiam retinuerint. Sciebant, esse Deum O. M., omnium rerum creatorem, Deos Deasque constitutas significare virtutes et facultates Dei O. M., in rerum natura reuelatas. At subinde, quum quod crederent ante oculos habere cuperent, effinxerunt statuas atque animalia introduxerunt in templa, quibus naturae Cabyrorum et Deorum magnorum proprietates expressae essent. Quum colerent symbola numinum, credebant se colere numina ipsa, alia sibi propitia, alia funesta et horrenda.

Subinde, quum viderent alias vires easque singulares suas exercere in humanam gentem planetas, Signa, elementa naturae, animalia, vegetabilia; satius putabant, vires cosmicas non referre ad certas personas diuinas, sed speciatim colere et tamquam numina singularia venerari. Itaque statuebant, alium deum agere in Sole, alium in Signo ♌, alium in tauro, alium in arboribus, plantis rebusque fictis. Sic ventum est a polytheismo ad pantheismum et purum putum Fetischismum. Gratulabantur parentibus, quorum filios Crocodilus deuorasset. Verberibus caedebant animalia sacra et simulacra Deorum, quum cedere precibus nollent. In tanta gentium

peruersitate opus erat, veriorem de Deo doctrinam conseruare. Itaque mysteria fuerunt instituta. In aliis enim, quippe inferioribus, tradendum erat caute, contra vulgi opiniones, quid significarent illa animalia sacra statuaeque rebus sacris insignitae; alia mysteria nobiliora, vt Cabyrorum, inseruiebant ad veriorem de Dei O. M. natura eiusque proprietatibus doctrinam propagandam atque in vitam vsumque reuocandam.

Quum ex vana fide et superstitione oriretur misera vita; exstiterunt subinde varias apud gentes certi sapientes, qui vulgum a pantheismo ad monotheismum reuocarent, vt Zoroaster apud Persas, Confucius apud Sinenses, Buddha apud Indos, aliique. His quidem viris, qui propter sapientiam ad diuinae sapientiae symbolum (☿) relati indeque nominati fuerunt, id saltem contigit, vt dogmata religionis astrologico in principio condita emendarent. Remanserunt tamen antiqua principia etiam his in terris.

Sunt autem gentes, quae nullo tali gauderent doctore, quarum religio eo sensim sensimque peruenit, quo peruenire debuit, nempe ad perfectum naturalismum et fetischismum. Amissis enim notionibus astronomicis et physicalibus, abiectis Cabyris, diis Zodiacalibus, viuis deorum symbolis et mysteriis, colunt nonnisi Solem aliaque naturalia aut factitia, statuas, amuleta aliasque res vilissimas, obseruandis aliquot maiorum suorum moribus et institutis, ex quibus genuina ipsorum origo et cum aliis populis affinitas colligantur. Haec est ratio populorum gentilium recentioribus demum temporibus repertorum, vt Americanorum et Insulanorum.

Itaque astrologico ex principio prodierunt quotquot religiones praeter reuelatas valuerunt apud populos antiquos, quotquot etiamnum in vsu sunt apud gentiles. Demonstrari enim potest, qua ratione genuina fides ad omnes populos propagata, subinde mutata, deprauata ac paene abrogata fuerit, quomodo talis euenerit, qualis nunc sexcentas apud gentes reperitur. Iam claret, ad astrologica principia atque antiquas mythologias reuocari et explicari debere etiam hodiernorum gentilium Deos Deasque, festa, ritus, aliaque sacra, quemadmodum apud Aegyptios.

VII.

Noua philologiae, praesertim Aegyptiacae auxilia.

Philologiam in vniuersum, quum versetur in explicandis et interpretandis veterum scriptis, non solum a verborum, sed etiam quam maxime a rerum scientia pendere constat. Qua de re sine vera antiquitatis cognitione non datur vera veterum scriptorum intelligentia. Omnis vero antiquitatis pars grauissima est mythologia. Ergo rectior mythologiae intelligentia faciet ad innumera Graecorum Latinorumque librorum loca, quin tota veterum opera rectius intelligenda. Sic Homerus et Hesiodus in Orco dicuntur suspensi fuisse in arbore, quoniam secreta religionis tradidissent. Qualia illa fuerint secreta, id sine interiori mythologiae cognitione dici haud poterit. Sic Herodotus, Diodorus, Aelianus aliique multis visi sunt passim inepta tradere; tamen vidimus, quum ratione Aegyptiaca intelligantur, eos vera et concinna, licet prae timore popularium subobscure docuisse. Horapollo, quum fere absurda contineat, profecto crux fuit interpretum. Apparuit autem, nihil in eo esse absurdi, quum astrologice, de quo nemo adhuc cogitauit, accipiatur. Exempla sexcenta habuimus supra in Pantheo Aegyptiaco. Tenendum enim, Hora-

pollinem tradidisse, quibus symbolis planetae, numina Zodiacalia atque cetera Aegyptiorum sacra expressa fuerint in monumentis Aegyptiacis.

Subsistamus in eo potius, quid astronomia Aegyptiaca valeat ad philologiam Aegyptiacam promouendam. Et primo quidem vidimus, maximam scriptorum Aegyptiacorum partem esse argumenti astronomici. Sane tantorum monumentorum nulla esset explicatio, astronomia incognita. In aliis vero Aegyptiorum scriptis innumera fere vocabula astronomica occurrunt, quae nonnisi per astronomiam explicari possunt. Lexicon hieroglyphico-astronomicum nostrum, licet minime thesaurum Aegyptiorum astronomicum exhauserit, facile aliis scriptis astronomicis explicandis magis magisque instrui poterit, praesertim quum, quae veteres astronomi nobis praepararunt (P. II.), vtilissima sint in symbolice Aegyptiorum inuenienda. Plurimum vero iuuat astronomia in nominum propriorum interpretatione. Constat enim e scriptis Graeco-Aegyptiacis, omnia fere Aegyptiorum nomina a Diis, hoc est a stellis, desumta esse. Haec autem nomina hieroglyphice ita scribuntur, vt symbolis Dei cuiusdam eiusdem Dei nomen vulgare exprimatur. Sic v. c. Arniesis significatur symbolo *Hori* atque *Isidis*. Quum iam astronomia doceat, quae singula sint deorum symbola, facile erit nomina propria fere omnia pronunciare, quae, astronomia Aegyptiaca incognita, mansissent obscura. Inprimis hoc cadit in nomina regum. Quamuis enim nunc 100 fere regum nomina habeantur explicita; negari tamen nequit, multa eorum a recentionibus perperam esse intellecta, alia explicari non posse ex legibus hieroglyphicis, hactenus inuentis. Scilicet ignorabatur, rebus Deo cuidam sacris eiusdem quoque nomina et cognomina exprimi, cuius generis nomina insunt in nominibus regum multorum. Sic vidimus supra (p. 214.), inter hieroglyphica, quae regem Sethum significent, esse nulla, quibus literae CEΘ vel CΘ exprimantur. Adest vero accipitris imago, quae, symbolum ☿, *Seth* vel *Sit* pronunciatur. Quum idem in sexcentis nominibus obseruetur, frustra eiusmodi nomina explicare tentaremus absque astronomia. Porro eadem disciplina alia quaedam difficultas superata iam est, quae multis sane obstaculo fuit. Nimirum constat, eidem regi apud Aegyptios non vnum nomen, sed passim bina, terna, quin quaterna maxime inter se diuersa adscribi, vt ipsi veteres testantur. Huius rei ratio nunc facile explicatur. Scilicet quum eadem hieroglyphica nunc astronomice, nunc phonetice pronunciari possent; diuersa earundem personarum nomina orirentur necesse erat. Sic Thuthmosis et Amosis nomina eodem redeunt, vt vidimus supra (p. 388.), quoniam vtraque litera, et Ibis, et Luna, *a* significat, tum quoniam Ibis etiam Thoth vel Thut pronunciari potest. Aliud exemplum offert primus dynastiae XIX. rex, nunc Sethos, nunc Thuoris appellatus. Quae nomina, incognita astronomia, plane nihil inter se commune habere viderentur. Clarum vero est, accipitrem etiam ωρ et sequens signum ΘΩ significare (Tab. V. Lin. Z.); quare iure meritoque idem rex cum Sethos, tum Thuoris vocari poterat. Maximi vero momenti est, quod eadem ratione Eratosthenes cum Manethone conciliatur. Eratosthenes enim, etsi plane differre videatur a Manethone in recensendis Aegyptiorum regibus, reapse eadem nomina regum affert, sed astronomice pronunciata. Eratosthenis vero regum catalogus eo grauior est, quo certius est, eo verum regum ordinem et successionem veramque chronologiam seruatam esse. Praeterea in eo etiam cernitur astronomiae Aegyptiacae vsus, quod inde antiqua Aegyptiorum geographia illustratur. Constat enim, multas a veteribus commemorari Aegypti prouincias et vrbes, quarum loca nunc accuratius definiri ne-

queunt, quaeue perperam a geographis indicantur. Quum vero Aegyptus, vt vidimus supra (p. 90.), iuxta Zodiacum diuisa fuerit, atque etiamnum geographia Aegypti astronomica exstet; operae pretium fuerit, accuratius videre de antiquissima Aegypti geographia, prouinciarumque et vrbium situ. Ceterum commemorare licet, non solum Aegyptum, sed alias etiam terras, vt Graeciam, Palaestinam, Indiam, Sinam, forte omnes terras antiquitus diuisas fuisse ad modum Zodiaci. Denique ne hoc quidem silentio praetereundum est, astronomiam Aegyptiacam aliquid conferre posse ad explicationem inscriptionum Persicarum, quae vulgo dicuntur, cuneoformium. Scilicet diserte Plinius tradit, obseruationes astronomicas laterculis coctilibus inscribi consueuisse antiquitus. *Epigenes*, inquit (Lib. VII. c. 56.), *apud Babylonios DCCXX. annorum obseruationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docet, grauis auctor inprimis.* Quum Babyloniorum et Persarum idem fuerit astronomiae studium eademque artium ratio; non dubito, quin eodem modo obseruationes siderum in Persia quoque conseruatae fuerint. Iam vero non pauci laterculi coctiles cum inscriptionibus cuneoformibus reperti sunt, atque ego praesens Londini in Palatio Indico eiusmodi lapides vidi, qui, nisi omnia fallunt, inscriptionum astronomicarum prae se ferunt speciem. Huc spectare videntur vasa Etrusca. Constat enim, in sepulcris Italis antiquis reperiri certo ordine composita nunc XII, nunc VII, nunc plura vasa atque exstare in iis figuras quasi Signorum patronos cum planetis exprimentes, vt in monumentis Aegyptiacis (Tab. VIII.). Quare persuasum mihi habeo, argumentum vasorum Etruscorum esse astronomicum. Hinc sane magnopere dolendum, nostrates, quum eiusmodi sepulcra et vasorum coniunctus inuenissent, ratione barbarica singula direpsisse. Sic fertur homuncio inuenisse aliquando inscriptionem, quarum literas domum portaret. Sed de his non huius est loci plura disserere. Grauissimum manet, quarti generis hieroglyphicorum (typici Her. II. 136.) clauem latuisse in astronomia.

VIII.

Incrementa exegeseos Veteris Testamenti.

Duplex est Vet. Test. argumentum, alterum dogmaticum, per se clarum atque contextu illustrandum, alterum historicum. Historica quidem Codicis Sacri pars, quippe antiquaria, nonnisi antiquitatis studio illustrari et explicari potest. Populus Israeliticus ab antiquissimis inde temporibus vsque ad interitum suum varium commercium habuit cum aliis populis, potissimum cum Aegyptiis. Praeterea Scriptura Sacra non solum ad aliorum populorum historiam, religionem, mores, vsusque et ritus passim alludit; sed constat queque Israelitas ab antiquissimis inde temporibus multa traxisse ab aliis gentibus, inprimis ab Aegyptiis, suumque in vsum conuertisse, aut per breue tempus, vt idololatricas consuetudines, aut per longius, vt varias artes et disciplinas. Quamquam enim Moses diuina auctoritate omnia abrogauit et coercuit, quae cum Dei O. M. sanctitate et maiestate, cum pietate morumque integritate pugnarent; intacta tamen reliquit ἀδιάφορα quaeque. Quid? quod Moses multos abusus, falsas notiones et alia ita correxit, vt rite retineri possent, vti nomen Dei, de quo infra. Quare nihil offensionis habet, id quod dudum observatum est, apud Israelitas pariter atque Aegyptios aliosque obseruari artium multarum, vt architecturae, scripturae, vsuum variorum, vt chronologiae, mensurarum, ponderum, morum aliarumque rerum quandam similitudinem. Quas quidem ob causas innumera fere Veteris Testamenti loca,

quibus aut ad aliorum populorum antiquitates, aut ad propias Iudaeorum consuetudines respicitur, eo rectius et perfectius intelliguntur, quo magis aliarum nationum cum Israelitis coniunctarum antiquitates dilucidantur. Inprimis huc spectat gentilium religio, nunc astronomia Aegyptiaca illustrata. Clarius nunc apparet, quid sit id, quod narratur, Israelitas vitulum ☉ adorasse, astrum Kium vel Rempha ♄ coluisse, tabernaculum Molochi ♂ portasse, mortem Thammus ☉ deplorasse, eiusque generis alia permulta; hinc, quid sibi velint praecepta de fugiendis deastris, idolis, animalibus, vegetabilibus, de vno solo Deo, quippe domino astrorum, Zebaoth, colendo. Hinc patet, cur Israelitis certa animalia interdicta fuerint, vt sus, lepus, quippe ex communi populorum sententia malo genio ♄ adscripta. Sic etiam somnium Josephi ad astronomiam spectare videtur. Quemadmodum enim Jacob et Rahel 12 filiorum parentes, ita et ☉ et ☽ 12 Signorum auctores valebant [8]). Sic Jacobi benedictio (Gen. 49.), quae crux interpretum fuit, nunc facile explicatur. Continet enim vaticinium de futura singularum tribuum Israeliticarum dispositione. Quemadmodum Aegyptus, Graecia aliaeque terrae, ita et Palaestina antiquitus Zodiaci ad instar in XII. prouincias diuisa erat. Hinc, pulsis gentilibus, singulae tribus, secundum mores et proprietates capitum suorum singulas prouincias a Deo sibi destinatas occuparunt. De chronologia sacra supra vidimus. Maximi sane momenti est, Exodum Israelitarum 400 annis prius accidisse, quam vulgo putarunt. Neque hoc loco praetereundum, chronologiam Aegyptiacam a Manethone propositam non repugnare Sacrae, sed assentiri. Quod nouo exemplo illustrandum. Tradunt tum Chronicon antiquum, tum Manetho, primis XV. dynastiis personas diuinas regnasse. Porro Eusebius ex Manethone quinque Deorum dynastias profert, qui ante Menem regnauerint, fabulosas. Ergo secundum veteres ipsos, quum XI. primae dynastiae Manethonis ad XV. illas fabulosas pertineant, vera historia Aegyptiaca incipiat necesse est cum dynastia XII., cuius caput Sesonchosis, tertius rex Sesostris. Et hanc ob causam haud dubie Manetho nouo in libro, historiae suae secundo, agit de dynastiis XII, XIII. et sequentibus. Dynastias priores ac fabulosas libro primo absoluit. Cum eo consentit Africanus, qui tradit ex Manethone, a diluuio vsque ad Exodum numerari 1464 annos. Quum idem vero auctor a Mene, quem primum post diluuium facit, vsque ad Exodum numeret 3986 annos; clarum est, Africanum vel Manethonem implicite indicasse, omnes reges post Menem vsque ad dynastiam XII. aut non regnasse, aut cum regibus dynastiae XII. simul, quippe coaeuos, aut spectare ad tempus a creatione mundi ad diluuium. Quod plane confirmat Eratosthenes. Hic enim inde a primo rege vsque ad Amosin siue Exodi epocham 30 reges Thebanos atque 900 annos numerat. Hinc, si adduntur dynastiae reliquae, huius Periodi sunt 1600 anni circiter. Manetho ipse inde a dynastia XII. vsque ad Exodum annos 1528 habet. Scriptura sacra vero a Noah vsque ad Exodum 1574 annos numerat. Hi autem numeri: 1574, 1528 vt Manetho vult, 1600 vt Eratosthenes, 1481 vel 1464 secundum Africanum, adeo inter se consentiunt, vt sane coniicere liceat, ex ipsa Manethonis et Eratosthenis sententia circiter 1500 annis ante Amosin I., siue ante dynastiam XVIII, veram Aegyptiorum historiam incipere. Huc facit, quod secundum Persas primus post diluuium rex audiuit Sesostris, quale nomen reperitur inter

8) Genes. XXXVII. 9. Col. Sextus Empir. adv. Astrol. ed. Fabric. p. 343. not. M., Dr. J. F. v. Meyer Blätter für höhere Wahrheit. Vol. III. p. 201.

primos reges dynastiae XII. apud Manethonem. Quum vero inde sequatur, Manethonis dynastias XV priores fabulosas et astrologicas (p. 83.) nunquam et nuspiam regnasse in Aegypto; clarum est, chronologiam Aegyptiacam egregie conuenire cum Sacra. Ceterum Manetho narrat, inde a primo rege Mene vsque ad dynastiam XII elapsos esse 2300 annos. Iam secundum Scripturam Sacram inde ab Adamo vsque ad Noachum elapsi sunt 2250 anni. Nonne haec omnia egregie consentiunt? Scriptura Sacra XI principes antediluuianos numerat vsque ad Noam, atque Manetho XI affert dynastias antediluuianas. Quod vero Manetho Menen dicit post diluuium principem primum, in mente habuit inundationem non Noachicam, sed praeadamiticam (Gen. I. 2.), de qua sermo etiam est alias apud omnes fere gentes, vt Indos, Graecos aliosque.

Verbum addere liceat de terra Gosen. Scilicet plerique interpretes Gosen in Arabiae finibus posuerunt, alii vicinam lacui Moeridis fecerunt, vt Hieronymus et Jablonskius, quae verior sententia esse videtur. Non huius est loci, quae Jablonskius docte disputauit, repetere, sed nouis argumentis confirmare. Vtrique sententiae geographia Aegypti astronomica adstipulatur. Nam גשן *Γοσεν*, *κωχωμ*, *κωχων* significant regionem vel nomum Martis, quippe a ϫω, ϫⲁ, ϫⲁϩ, ϫⲁⲓ (terra, prouincia) atque ϫⲱⲙ, *χωμ*, *σομ*, *σεμ*, *σεν* (fortitudine, Hercule) oriunda, quemadmodum *Coptus* ϫω, (terra) ϕϯ, vel ϕⲑⲁ, *nomum Solis* exprimit. Vtraque vero in regione Herculis vrbes fuerunt: altera, haud procul ab hodierno *Kairo*, Heracleopolis dicta; altera, Heroopolis, inter Arabiam fere et Aegyptum sita. Reapse has in regiones cadunt Decuriae ♂ altera in ♊, altera in ♌ (p. 94.). Quum vero Josephus patri Jacobo obuiam iuisse dicatur vsque in terram Gosen, inde concluserunt, hanc Gosen, quippe orientalem a Pharaonis regia, esse eam, in qua postea Israelitae diuersati fuerint, quod inde quidem non certo sequitur. Praeterea ad terram Gosen pertinebat Raemses (רעמסס) vrbs et regio, quae Crocodilopoli respondet nomine. Nam רא ⲣⲁ cognomen est Saturni, vt in ⲣⲏⲙⲫⲁ (p. 81.); atque מסס, ⲙⲥⲁϩ-ⲉⲥ *(crocodilinus)* ipsam *κροκοδειλων πολιν*, postea Arsinoem dictam, designat. Sin statuas, Israelitas vixisse in valle Faium, facilius intelligitur, quod Manetho tradit, Hicsos Memphin venisse, quippe ex vrbe Raemses (Crocodilopoli) ad mare rubrum progressos. Aegyptii ipsi hodierni credunt, Israelitas in valle Faium habitasse. Ceterum idololatriam, quacum diuisio Aegypti astronomica cohaeret, iam Josephi aetate perfectam fuisse, vel ex eo apparet, quod Israelitae Aegyptiis abominationi essent (Gen. XLIII. 32.). Teste Manethone Labaris primis post diluuiam saeculis (Dyn. XII.) Labyrinthum exstruxit, quare tunc temporis iam vrbium et prouinciarum astronomica et mythologica nomina in vsu fuerint, necesse est.

Grauius est, quod astronomia Aegyptiaca grauissimum argumentum contra authentiam Geneseos prolatum tollitur. Constat, ex eo, quod in Genesi duo Dei nomina adhibentur, conclusum esse, duos esse huius libri auctores. At nomina אֱלֹהִים et יְהוָה antiquae sunt diuinae naturae expressiones, quae, quum diuersa significarent, Moses retinere debuit aptisque in locis adhibere. Scilicet אֱלֹהִים, אֱלוֹהַּ, אֵלִים, אֵל, quum descendant ab איל, איתוה, *vi*, *potentia*, significant *fortes*, *potentes*, ergo Aegyptiorum Cabiros, *κοσμοκρατορας*, sine virtutes Dei efficaces. Contra יְהוָה, deriuatum ab היה, significat substantiam diuinam initialem et originariam, quemadmodum *Jao*, *Jaho*, *Ἰαυω*, *Ja*, Aegyptiorum, Gnosticorum, Sinensium. Colebant enim Solem nouum, initialem et procreantem tamquam symbolum Dei omnium rerum creatoris, ab aeterno increati. Hinc omnia Geneseos loca, quibus diuina natura aut efficacia indicantur, concinna sunt. Nihil autem

offendit, Moseu antiqua Dei nomina eaque tum forte superstitiosa retinuisse. Non enim hoc ei officio fuit, vt noua et inaudita inueniret, sed vt rectiora et salutifera cum populo suo communicaret. Quare, neglectis adiapheris, etiam diuina nomina retinuit non quidem significatu gentili, sed genuino et vero, cuius rei causa verum sensum vocabulorum אלהים et יהוה passim explicuit (Ex. 3, 14.).

IX.

Astronomiae et Cosmologiae correctio.

Quamquam obseruationes veterum Aegyptiorum astronomicae, vt vidimus, neutiquam adeo accuratae et subtiles sunt, vt nostris comparari debeant; negari tamen nequit, eas etiamnum vtiles, imo vtilissimas esse. Primum enim haec sunt antiquissima scripta astronomica, quae ad nostram vsque aetatem peruenerint. Antiquissima enim siderum obseruatio hactenus cognita ad annum 721 ante Ch. pertinet [9]). Vidimus autem iam de quatuor obseruationibus Aegyptiacis longe illa antiquioribus, nimirum annis 1104, 1631, 1693 et 1832 a. Ch. institutis. Neque haec sunt antiquissimae. Cognoui enim, etiamnum superesse monumenta Aegyptiorum astronomica, quae 2000 annis a. Ch., siue 3800 et quod excurrit annis ante hunc diem orta sint. Quod sane memoratu dignissimum est, conseruari adhuc in Aegypto obseruationes astronomicas 1200, quin partim 2000 fere annis antiquiores antiquissimis hactenus cognitis. Porro scripta Aegyptiorum astronomica maxime numerosa sunt. Obseruationes enim a Ptolemaeo aliisque commemoratae non excedunt 100 numerum, Aegyptiacarum vero plures quam 14,000 ad nostram aetatem venerunt. Faciamus, multas earum esse parum accuratas; tanta tamen frequentia superest, vt inde certi aliquid constitui possit de ratione astrorum et cosmologia in vniuersum. Huc accedit, quod Aegyptiorum obseruationes non ad vnum saeculum vel certum tantummodo tempus spectant, sed ad omnia fere saecula, quid? quod decennia deinceps ab antiquissimis temporibus vsque ad Constantinum M. In tanta vero monumentorum astronomicorum successione et continuatione non solum facile corrigi poterunt, quae parum accurate a veteribus obseruata fuerint, sed etiam confirmari, quae noua videantur. Ceterum Aegyptii haud nimis negligenter planetarum loca observarunt. Vidimus enim, in omnibus eorum scriptis singulos gradus, passim graduum minuta indicari. Quum enim accideret, vt planeta inter fines duorum segmentorum zodiacalium cerneretur, id Aegyptii accurate indicarunt. Porro in scriptis astronomicis non solum gradus Zodiaci enumerantur, sed etiam stellae fixae, quibuscum planetae coniuncti apparuerint. Denique hoc quoque memorandum, in monumentis Aegyptiacis non vnius, sed septem planetarum, quae cerni possent, loca obseruata coniunctim indicari. Veterum enim obseruationes, quas Ptolemaeus aliique commemorant, plerumque vnum vel binos planetas solummodo attinent. Quare Aegyptiorum obseruationes multo sunt praestantiores multisque in quaestionibus vtiliores. Ceterum obseruationes nostrae, certe antiquiores, fidem merentur, quoniam cum ipsa religione cohaerebant atque temporibus aptis instituebantur. Vidimus enim, has obseruationes eo semper fere tempore esse in-

---

9) Ptolemaei Almagest. Lib. IV pag. 95.

stitutas, quo ☉ punctis aequinoctialibus vernis propinquus esset, quumque, ingruente nocte, planetae cerni possent.

Sunt autem permulta et varia, quae ex obseruationibus veterum Aegyptiorum astronomicis, quippe antiquissimis et numerosissimis, colligi possint. Omnis enim cosmologiae et astronomiae haec est ratio, vt nonnisi per antiquissimas obseruationes aliquid certi constitui possit de mutationibus, quibus systema nostrum solare, vt vulgo dicitur, subiectum sit. Et primo quidem ex obseruationibus siderum Aegyptiacis 42 antiquissimis, quas iam consulere licet, hoc clarum est, systema planetarum nostrum non ita multum mutatum esse, imo mirum in modum sibi constitisse. Fuerunt enim profecto qui contenderent contra La Place atque omnem astronomiam theoreticam, totum systema nostrum solare mutationes quam maximas subiisse, et vel nuperrime serio aliquis probare studuit, terram nostram semper minores circum ☉ describere circulos adeo, vt annus noster nunc pluribus septimanis breuior sit quam annus aetate Caesaris. Quae omnia falsa esse, nunc fere mathematica ratione potest demonstrari. Etenim loca planetarum paene 4000 annos ante nostram aetatem obseruata satis accurate consentiunt cum iis, quae pro illis temporibus inveniuntur e tabulis nostris astronomicis. Ex quo sequitur sane, systema planetarum, cui nos subiecti sumus, in vniuersum sibi mirum in modum constare. At vero probabile est atque ex parte dudum demonstratum, mutationibus minoribus subiectum esse systema nostrum solare. Quaeritur quas ad leges planetae et Luna aut maiores, aut minores, siue constantes, siue periodicas, describant circulos circum ☉ et ♁; quales et quantae sint planetarum inuicem turbationes; qualis et quanta sit motio apheliorum, nodorum, excentricitatum; quantum recedant puncta aequinoctialia, moueantur inuicem stellae fixae, eiusque generis alia. Quae omnia tot tamque antiquis veterum obseruationibus illustrari posse, nemo neget. Sic Hipparchus antiquis obseruationibus comparatis inuenit rationem recessus punctorum aequinoctialium; sic La Landius comparato Hipparcho tempus anni solaris accuratissime definiuit; sic Halleyus accelerationem cursus ☽ detexit. Vtique vero astronomi nostri respondent ad quaestiones illas; sed concedendum, eos niti obseruationibus, quae partim tribus quatuorue annorum millibus sint iuniores, quam obseruationes nunc demum repertae. Huc referendae sunt cometarum apparitiones. Quum enim cometae antiquitus pro signis diuinis valuerint, praesertim, vt veterum libri astronomici testantur, apud Aegyptios; non dubium est, quin etiam cometarum loca in monumentis eorum astronomicis expressa fuerint. Quo rarius vero cometae in hominum obtutum veniunt, quoue difficilius eorum circuitus et reditus computantur; eo grauius esset, inuenire monumenta antiquiora, quibus cometarum loca significata exstent. Mirum vero esset, si in tanta monumentorum astronomicorum multitudine non exstarent huius quoque generis obseruationes. Subsistamus in eo, quod ex monumentis nostris astronomicis conferri possit ad leges astronomicas et cosmologicas hactenus cognitas aut confirmandas, aut corrigendas. Quare opus est ante omnia comparare loca planetarum antiquitus obseruata cum accuratioribus computationibus. Loca planetarum pro tempore et loco in monumentis Aegyptiacis indicatis accurate secundum La Lande computata, quae sequens tabula exhibet, debeo amico V. C. *Fr. Ed. Thieme*, Phil. Doct. All. Art. Mag., Speculae Lipsiensi adiuncto. Patet obseruationes duas illas recentissimas nihil valere. Differentias inter antiquas obseruationes atque computationes constitui ita, vt planetas, quorum longitudo non accuratius definita sit, medio in gradu ponerem.

	Anni	Computat.	Observat.		Different.
☽	a. Ch. 1832. Aug. 13. h. 22.	0s 20° 37′	0s 20° 0′	—	0s 0° 37′
	a. Ch. 1693. April. 17. h. 4.	11 1 14	11 0 30	—	0 0 44
	a. Ch. 1631. April. 17. h. 4.	9 10 44	9 10 0	—	0 0 44
	a. Ch. 1104. Jan. 8. h. 4.	4 11 25	4 10 30	—	0 0 55
	p. Ch. 37. April. 13. h. 4.	4 15 31	4 15 30	—	0 0 1
	p. Ch. 54. April. 11. h. 4.	6 28 24	6 28 30	+	0 0 6
	p. Ch. 137. Dec. 4. h. 16.	10 14 14	10 3 6	—	0 11 8

	Anni	Computat.	Observat.		Different.
☿	a. Ch. 1832. Aug. 13. h. 22.	4s 29° 58′	4s 27° 30′	—	0s 2° 28′
	a. Ch. 1693. April. 17. h. 4.	0 12 32	0 10 0	—	0 2 32
	a. Ch. 1631. April. 17. h. 4.	11 29 45	0 0 30	+	0 0 45
	a. Ch. 1104. Jan. 8. h. 4.	9 18 12	9 19 0	+	0 0 48
	p. Ch. 37. April. 13. h. 4.	0 20 17	0 20 0	—	0 0 17
	p. Ch. 54. April. 11. h. 4.	0 20 11	0 19 30	—	0 0 41
	p. Ch. 137. Dec. 4. h. 16.	7 21 0	8 15 2	+	0 24 2

	Anni	Computat.	Observat.		Different.
♀	a. Ch. 1832. Aug. 13. h. 22.	5s 1° 8′	5s 0° 30′	—	0s 0° 38′
	a. Ch. 1693. April. 17. h. 4.	11 27 11	11 27 30	+	0 0 19
	a. Ch. 1631. April. 17. h. 4.	10 29 53	11 0 0	+	0 0 7
	a. Ch. 1104. Jan. 8. h. 4.	10 2 31	10 2 30	—	0 0 1
	p. Ch. 37. April. 13. h. 4.	0 26 47	0 26 30	—	0 0 17
	p. Ch. 54. April. 11. h. 4.	11 5 5	11 4 30	—	0 0 35
	p. Ch. 137. Dec. 4. h. 16.	8 12 32	8 9 54	—	0 2 38

	Anni	Computat.	Observat.		Different.
♂	a. Ch. 1832. Aug. 13. h. 22.	8s 25° 36′	8s 26° 30′	+	0s 0° 54′
	a. Ch. 1693. April. 17. h. 4.	5 23 6	5 24 30	+	0 0 24
	a. Ch. 1631. April. 17. h. 4.	4 23 17	4 24 0	+	0 0 43
	a. Ch. 1104. Jan. 8. h. 4.	7 18 0	7 19 30	+	0 1 30
	p. Ch. 37. April. 13. h. 4.	3 13 37	3 14 30	+	0 0 53
	p. Ch. 54. April. 11. h. 4.	3 24 23	3 25 30	+	0 1 7
	p. Ch. 137. Dec. 4. h. 16.	10 3 10	9 30 0	—	0 3 10

	Anni	Computat.	Observat.		Different.
♃	a. Ch. 1832. Aug. 13. h. 22.	11s 25° 16′	11s 24° 30′	—	0s 0° 46′
	a. Ch. 1693. April. 17. h. 4.	7 26 34	7 26 30	—	0 0 4
	a. Ch. 1631. April. 17. h. 4.	10 25 4	10 25 0	—	0 0 4
	a. Ch. 1104. Jan. 8. h. 4.	3 25 49	3 25 30	—	0 0 19
	p. Ch. 37. April. 13. h. 4.	6 17 38	6 17 30	—	0 0 8
	p. Ch. 54. April. 11. h. 4.	0 2 28	0 0 30	—	0 1 58
	p. Ch. 137. Dec. 4. h. 16.	0 10 26	0 7 44	—	0 2 42

	Anni	Computat.	Obseruat.		Different.
♄	a. Ch. 1832. Aug. 13. h. 22.	10s 29° 56′	10s 29° 60′	+	0s 0° 4′
	a. Ch. 1693. April. 17. h. 4.	7 20 29	7 20 30	+	0 0 1
	a. Ch. 1631. April. 17. h. 4.	8 28 44	8 28 30	—	0 0 14
	a. Ch. 1104. Jan. 8. h. 4.	7 24 41	7 24 30	—	0 0 11
	p. Ch. 37. April. 13. h. 4.	5 8 17	5 9 60	+	0 1 43
	p. Ch. 54. April. 11. h. 4.	0 0 42	0 2 30	+	0 1 47
	p. Ch. 137. Dec. 4. h. 16.	9 27 35	10 3 8	+	0 5 33

	Anni	Computat.	Obseruat.		Different.
♂	a. Ch. 1832. Aug. 13. h. 22.	10s 4° 38′	10s 3° 30′	—	0s 1° 8′
	a. Ch. 1693. April. 17. h. 4.	6 10 47	6 9 30	—	0 1 17
	a. Ch. 1631. April. 17. h. 4.	6 11 45	6 11 30	—	0 0 15
	a. Ch. 1104. Jan. 8. h. 4.	3 7 58	3 8 0	+	0 0 2
	p. Ch. 37. April. 13. h. 4.	6 21 5	6 21 30	+	0 0 25
	p. Ch. 54. April. 11. h. 4.	6 19 3	6 18 30	—	0 0 33
	p. Ch. 137. Dec. 4. h. 16.	2 12 36	2 13 23	+	0 0 47

Primum quidem maxime mirum est et singulare, quod obseruationes pleraeque, quippe in monumentis regiis descriptae, vnum idemque fere tempus attinent, vt sequens tabula docet.

Reges	*annus computatus obseruationis*	*dies computatus obseruationis*	*Longitudo Solis*
Ramses	1693 a. Ch.	Aprilis 17.	♈ 10°
Sethos	1631 a. Ch.	Aprilis 17.	♈ 11°
Nero	37 p. Ch.	Aprilis 13.	♈ 21°
Traianus	54 p. Ch.	Aprilis 11.	♈ 19°

Huc accedit, quod etiam anno 1832 a. Ch. obseruatio astronomica fuit instituta, quum planeta primarius in ♈ versaretur. Nescio profecto, quomodo explicari debeat, quod omnes illae planetae primarii obseruationes eundem fere in ♈ gradum incidunt, ita tamen, vt iuniores observationes constanter deinceps tempore posteriores sint antiquioribus, si ab vltima discesseris. Certe non improbabile est, natiuitates regias obseruatas esse, quum ☉ in ♈ versaretur, quoniam ♈ principium Zodiaci, quemadmodum rex princeps populi valebant. Quod vero obseruationes hae astronomicae ita institutae fuerunt, vt ☉ deinceps in gradum longius ab ♈ principio dissitum incideret; id cohaerere videtur cum processu stellarum fixarum, siue cum recessu punctorum aequinoctialium. Certe longitudo ☉ anno 1693 (♈ 10°) atque 1631 (♈ 11°) obseruata docet, hoc temporis spatio puncta aequinoctialia paene 1° recessisse.

Haud facilius est dictu, cur loca ☉ antiquitus obseruata non satis conueniant cum computatione. Vix enim ac ne vix quidem statui potest, ♂ adeo minuisse inde ab anno 1832 a. Ch. circuitionem suam circum ☉, vt certe 38′ vel 47′ retro esset, ergo tum temporis maiori orbita et

lentius circumiret ☉. Hoc saltem probabile, quum tres antiquissimae illae obseruationes inter se consentiant, aphelium et perihelium ♁ tum temporis paullo alia fuisse, quam postea atque nunc. Quod concedendum sit, etiamsi statuas, astronomos Aegyptios annis 1832 et 1693 a. Ch. obseruasse ☉ non occidentem, sed eodem die orientem atque ignorasse refractionis leges, ex quibus ☉ matutinus 40′ altior apparet iusto. Ceterum puto, Aegyptios, quum certius esset, non centrum ☉, sed marginem potius obseruasse.

Quod ☽ attinet, clare apparet, orbitam eius inde ab anno 1832 a. Ch. subinde arctiorem euenisse, circuitionem antiquam maiorem fuisse. Anno 1832 a. Ch., oriente ☽ haec eius in vrbe Thebarum (30° 18′ 6″ Long. Par.) obseruata fuit longitudo: 0^s 20° 0′ 0″. Tempus obseruationis erat diei astronomici 0^h 55′ = 22^h 55′ pro meridiano Parisino, quum ☽ oriretur. Longitudo enim ☉ obseruata erat = 4^s 4° 0′. Iam secundum Tabulas La Landii hoc temporis momento (22^h 55′) longitudo ☽ fuit 21° 7′. Ergo ☽, quippe in ♈ 20° 0′ obseruata, retro fuit 1° 7′. Huic summae accedit paralaxis horizontàlis = 57′. Ex quo sequeretur, motionem ☽, quippe 2° 4′ retro se habentis, adeo decreuisse, vt nunc horis 4 fere citius circum terram moueatur, quam antiquitus. Nolumus iam accuratius hoc in argumentum inquirere. Probabile enim, Aegyptios paralaxeos vim nouisse atque ab obseruata ☽ longitudine detraxisse, nec non, vt apud ☉, marginem potius, quam centrum ☽ cum stellis fixis, quum certius esset, comparasse. Hinc retardatio ☽ esset = 1^h 36^m, siue 96^m. Vtut sit, negari nequit, motionem ☽ nunc esse maiorem, antiquitus fuisse lentiorem. Idem enim sequitur ex reliquis nostris obseruationibus omnibus, vt sequens tabula ex superiori correcta docet:

Anni Juliani	1832	1693	1631	1104	37 p. Ch.	54 p. Ch.
Differentia longit.	— 52′	— 47′	— 44′	— 25′	— 1′	— 0′
Retardatio ☽	96 min.	86 min.	80 min.	46 min.	2 min.	0 min.

Itaque reuera demonstrant monumenta Aegyptiorum astronomica antiquissima, ☽ aut constanter, aut periodice subinde celerius vel circulis minoribus circum ♁ moueri, id quod constat ex Sinensium astronomia. Quod equidem scio, ex antiquioribus Sinensium obseruationibus dudum concluserunt, ☽ circiter 10 min. celerius quam antea ♁ circumire. Nostrae autem obseruationes longe antiquiores sunt.

Differentiae ☿ supra indicatae ita sunt comparatae, vt difficilius inde aliquid concludatur. Quum ☿ anno 1832, quippe in elongatione maxima a ☉, bene obseruari posset, quum differentiae deinceps sint nunc negatiuae, nunc positiuae; probabile videtur, ☿ pati perturbationes periodicas, ita vt aphelium eius atque circuitus obscuris ex legibus varientur. Certe ex antiquissima obseruatione (1832) sequitur, ☿, quum certe 1° 58′ esset retro, heliocentrice in ♏ initio positus, anno 1832 a. Ch. nonnullis diebus lentius circa ☉ iuisse, quam nunc fit, aut aphelium ipsius fuisse alio in loco, quam tabulae nostrae docent.

Quod ♀ attinet, accuratius eius loca obseruata conueniunt cum computatis. Ipsa quoque turbationibus et anomaliis quidem periodicis obnoxia fuisse videtur, sed minoribus. Sin antiquissimam

obseruationem anni 1832 sequimur; negari nequit, ♀ tum temporis, pariter atque ☿, lentius maiori in orbita circumiuisse ☉. Constituta enim erat heliocentrice in ♎ initio, geocentrice maxima fere in elongatione sua a ☉.

Inter differentias ♂ mira obseruatur constantia, quippe positiua. Quamuis ex loco ♂ anno 1104 obseruato sequatur, eum mutare circuitionem periodice; reliquae tamen obseruationes demonstrant, ♂ nunc longiori temporis spatio circumire ☉, antiquitus breuiori. Quodsi enim differentiae superiores corrigantur inter se ex certioribus, habemus haec circiter ♂ loca:

Anni Juliani	1832	1693	1631	1104	37 p. Ch.	54 p. Ch.
Differentiae longit.	+ 46′	+ 44′	+ 43′	+ 36′ (!)	+ 23′	+ 23′ (!)
Acceleratio ♂	34 h	32 h	31 h	27 h	17 h	17 h

Quum igitur obseruationes certiores sequimur, ♂ anno 1832 circiter 34 horis citius ☉ circumiuit. Ceterum, quas iam La Place demonstrauit, turbationes ♂ videntur iisdem in differentiis latere, maxime illis anno 1104 et 54 obtinentibus.

Quod ♃ et ♄ attinet, constat, horum turbationes ita esse comparatas, vt per 880 annos ♃ citius ☉ circumeat, quum ♄ lentius, et contra. Scimus quoque has turbationes *fuisse nullas* anno 1728 a. Ch., inde vero ♃ contraxisse orbitam, ♄ dilatasse. Quae leges vtique obseruationibus nostris confirmari videntur. Differentiae enim supra expositae, si corrigantur, dictis ♃ et ♄ turbationibus respondent.

Haec omnia vero nolo iam omninò pro certis et accuratis vendere. Subinde, pluribus veterum scriptis astronomicis in lucem protractis, obseruationes nostrae aut refutabuntur, aut confirmabuntur, aut corrigentur. Hinc profecto apparebit, an leges astronomicae computando inuentae vere confirmentur obseruationibus antiquis, an nouae constitui debeant, eiusque generis alia. Supersunt autem, vti diximus, etiamnum plures obseruationes, quam 14,000, quae ab aetate imperatorum Romanorum vsque ad annum 2000 a. Ch. et vltra vno quasi tenore sese excipiant. Sufficiat monuisse, monumenta Aegyptiorum astronomica etiam ad astronomiam et cosmologiam esse vtilia. Per se autem memoratu dignum est, iam nunc 42 planetarum obseruationes nouas esse inuentas, quum non ita multas nobis Graeci conseruauerint. Sic de ☿ nonnisi 16 obseruationes antiquae ad nostram aetatem peruenerunt, quarum antiquissima ad annum 462 a. Ch., octo ad aetatem Hadriani pertinent [10]). Iam habemus de ☿ obseruationes multis saeculis antiquiores, nouas septem, *La Landio*, qui primus illas obseruationes examinauit, ignotas. Item de reliquis planetis.

10) Ptolem. Almag. Lib. X. pag. 242.

X.

Verum principium hieroglyphices Aegyptiacae atque omnis literaturae antiquissimae.

Astronomia Aegyptiaca, quemadmodum ad Chronologiam, Historiam, Mythologiam, Philologiam, Exegesin V. T., Cosmologiam, ita et iam ad hieroglyphicen Aegyptiacam denique facit illustrandam. Scilicet systema Aegyptiorum graphicum, quod vniuerse dicitur, tribus constat: hieroglyphice, seu summa regularum ad quas Aegyptii scripserint; vocabulario, seu summa syzygiorum, notiones, aut ideas exprimentium; atque grammatica, seu summa elementorum ad notiones vel vocabula exprimenda pertinentium. Recentiorum vero systemata hieroglyphica, quae vulgo dicuntur, sunt summae legum hieroglyphices, vocabulorum atque elementorum, quas singuli de antiquo Aegyptiorum systemate inuenerunt, aut inuenisse putantur. Nouae enim de antiqua Aegyptiorum scriptura doctrinae esse possunt verae aut falsae, aut ex parte verae et falsae. Ergo recentiorum quoque systemata tribus partibus constant: hieroglyphice, vocabulario atque grammatica. Omnis vero systematis hieroglyphici primaria et grauissima pars est hieroglyphice siue doctrina de legibus et regulis scripturae Aegyptiacae, tum hieroglyphicae, tum hieraticae et demoticae. Ab ea enim reliqua pendent magna ex parte. Inter varias autem hieroglyphices Aegyptiacae leges non nisi vna est generalis et summa, quae principium hieroglyphices dicitur. Quaeritur enim, qua ex lege in vniuersum scripta hieroglyphica explicanda sint, siue quid sint signa hieroglyphica in vniversum. Hactenus analytica ratione tractauimus literas Aegyptiacas, ita vt nomina, et vocabula cognita cum incognitis compararentur, atque inde nouorum hieroglyphicorum valor erueretur. At in his certus est finis. Ergo, quum vltra progrediendum esset, quaerebatur, quae esset causa, ob quam certum sonum certo signo expresserint. Itaque tria hieroglyphices Aegyptiacae principia inter se diuersa a recentioribus commendata sunt, vnum a Youngio, alterum a Champollione, tertium a me ipso.

Beatus Youngius, V. E., qui primus aliquid veri de scriptura Aegyptiorum hieroglyphica, proprie sic dicta, vidit, hoc fere hieroglyphices principium constituit. Scriptura hieroglyphica est ideographica ad instar Sinensis. Ex quo etiam fit, vt figuris hieroglyphicis, licet ideographicis syllabae et literae singulae vocabulorum nonnullorum, scilicet nominum propriorum, significentur. Sinenses enim syzygiis ideographicis suis etiam syllabas passim et literas, vel simplices sonos nominum propriorum exprimunt. Sic nomen *Ping-Vang* exprimitur quodam syzygio, quod significet vocabulum litera P incipiens atque sic deinceps. Sic et Youngius docuit, vasculum (Tab. IX. Lin. D. 1.) significare corbem (Bip); in nomine Berenices vero literam B. Item leonem sumsit pro literis OLE. Hac qualicunque ratione Youngius eo peruenit, vt omnium primus nomina Ptolemaei, Cleopatrae, Berenices aliaque nonnulla hieroglyphice scripta explicaret, quae syzygia hieroglyphica a nemine nunc non habentur pro Ptolemaei, Cleopatrae et Berenices nominibus atque in vocabularium Aegyptiacum recepta sunt. Itaque principium hieroglyphices a Youngio commendatum hoc est potissimum: *figurae hieroglyphicae licet alias ideographicae etiam sonos valent eos, qui in vocabulo, quod significet certum hieroglyphicum, audiuntur, nunc quidem syllabas, nunc simplices literas, siue vocales, siue consonas.*

Champollion, V. Cl., aliud principium commendauit, quod acrophonicum dicitur. Docuit enim, figura quadam hieroglyphica nonnisi vnum sonum, siue vocalem, siue consonam, exprimi, scilicet eum, a quo nomen figurae certae hieroglyphicae incipit. Hinc leonis figura solam literam *l*, non literas *ole* ex Youngii principio, significare dicit, quoniam leo Coptice λΑΒΟι (pr. vrsus) appellatus a λ litera incipit. Itaque e Champollionis sententia maxime de eo videndum erat, quid singulae figurae hieroglyphicae significarent in rerum natura. Ceterum Champollion, quum plura nomina propria praecipue regia inter se compararet, vocabularium et grammaticam Aegyptiacam pluribus partibus instruxit.

Quum a principio Champollionis non solum pronunciatio omnium figurarum hieroglyphicarum, sed etiam omnis scriptorum Aegyptiacorum interpretatio aut vera, aut falsa penderent; operae pretium erat, accuratius videre, an hieroglyphice Champollionis recte se habeat. Cognoui autem, ex principio acrophonico Inscriptionem Rosettanam, quam Champollion ipse nunquam explicare valuit, explicari non posse; nomina propria, quorum pronunciationem Graeci et Latini exhibeant, permulta alia integra, alia ex parte perperam pronunciari debere. Itaque noua via ingredienda, nouaque quaestio instituenda videbantur. Qua in re sic versatus sum. Ante omnia accuratius quaesiui, quid veteres de Aegyptiorum scriptura aut in vniuersum, aut speciatim tradiderint. Multa enim veterum loca nondum satis inspecta et intellecta, expensa, comparata atque ad communem concentum reuocata esse apparebant. Praecipue antem id agendum erat, vt textus paralleli atque varia eiusdem libelli exempla inter se compararentur. Quum enim huiusmodi in exemplis eiusdem argumenti quidem, sed varie scriptis, hieroglyphica homoeophona inter se commutarentur; inde multum lucis in totam hieroglyphicen redundare videbatur. Huius generis sunt grauissimus locus inscriptionis Rosettanae parallelus, atque papyri sepulcrales, quas ante inueneram inter se consentientes [11]). Itaque inter se comparaui textus parallelos hieroglyphicos cum hieroglyphicis, hieraticis, demoticis; hieraticos cum hieraticis et demoticos. Quae tum temporis inueneram, ea omnia candide in Rudimentis meis Hieroglyphices tradidi. Quamquam enim multa contraria essent vulgari de scriptura Aegyptiorum opinioni, multa noua et inaudita ac fere improbabilia; ea tamen grauissima videbantur et digna, quae aliis ad nouum et strenue examen proponerentur, licet propter paucitatem monumentorum a me adhibitorum persuasum mihi haberem, singularibus in rebus me forsan peccasse. Hieroglyphices vero meae haec fere summa fuit.

I. Figurae hieroglyphicae non sunt literae, sed literarum Signa siue symbola.

II. Figurae hieroglyphicae omnes ad alphabetum 25 sonorum pertinent.

III. Alphabetum Aegyptiacum in se continet Hebraicum, tribus nouis sonis auctum.

IV. Alphabetum Aegyptiacum non differt ab Hebraico ordine literarum.

V. Alphabetum Hebraicum atque literas hieroglyphicas similitudo quaedam intercedit.

VI. Plerumque vno signo hieroglyphico sonus quidam orationis humanae exprimitur.

VII. Haud raro tamen pluribus figuris vna sola litera significatur.

VIII. Quoduis signum hieroglyphicum non vnam literam certam, sed alias etiam plane ab eo sono diuersas significare cernitur.

---

11) V. libell. m. Bemerkungen über d. Aeg. Papyrus auf d. Königl. Biblioth. zu Berlin p. 9. (Beiträge Fasc. I.)

In his quidem omnibus, vt etiamnum mihi persuasum habeo, nihil erraui. Quum enim postea mihi contigisset, innumera fere literarum Aegyptiacarum monumenta eaque ad instruendam hieroglyphicen aptissima, vt bilinguia, conferre et examinare; intellexi, systema meum hieroglyphicum in genere quidem recte se habere. Erraui autem in eo haud dubie, quod figuras hieroglyphicas vere pro symbolis characterum literariorum habui. Nam quamquam diserte Cosmas Indicopleustes tradit, hieroglyphica Aegyptiorum non esse *γραμματα*, *μαλλον γραμματων συμβολα*; tamen iusto citius collegi inde, principium hieroglyphices esse *calligraphicum*. Quum enim verbis: *ἱερογλυφικα ἐστι γραμματων συμβολα* id quoque auctor indicare potuerit, hieroglyphicas figuras exprimere sonos literarum, siue symbola vocalium et consonarum auribus perceptarum valere; quumque diserte addat verba: *οὐ γαρ ἦν γραμματα* [12]), *nondum enim erant literae*, h. e. literarum certi characteres: nunc potius hoc credo esse summum hieroglyphices principium: *Hieroglyphica sunt symbola sonorum*. Intelligendi autem sunt vocis humanae soni in oratione humana distincti, antiquissimo Aegyptiorum alphabeto adhibiti. Iam Aegyptii habuerunt initio 22 literas, quippe Hebraicas, siue Phoenicias, siue Chaldaicas, postea, tribus nouis adiectis, 25 literas siue sonos diuersos [13]); ergo figurae hieroglyphicae illae 1000 et quod excurrit, sunt symbola sonorum alphabeto Hebraico expressorum cum tribus nouis. Hoc iubet saltem astronomiae Aegyptiacae ratio. Quod principium hieroglyphices astronomicum breuiter demonstrare iam officium est.

Vidimus supra, totum terrarum orbem cum omnibus rebus, tum visibilibus, tum inuisibilibus, tum naturalibus, tum artefactis, septem in partes ab Aegyptiis diuisum, quamcunque vero partem et particulam alicui planetae subiectam et consecratam fuisse. Sic quaeuis coeli pars, quin imo quaeuis stella alicui planetae dedicata fuit. Sic sphaeras singulas, terrae tractus, regiones, loca singula alicui planetae adscripserunt. Sic quaeuis hominum classis, quoduis magisterium et artificium, quoduis animal, quaeuis arbor et planta, quoduis saxorum, terrarum, colorum genus, quoduis metallum vnum e septem planetis dominum habuit ac patronum. Iam vero non solum res naturales sed etiam artefactae planetis subiectae erant. Cuius generis sunt domicilia, vasa, instrumenta, ornamenta. Porro non solum res in obtutum humanum cadentia, sed etiam inuisibilia singula singulis planetis adscripta erant. Cuius generis sunt tempora, vitae aetates, animi facultates, affectus, passiones eiusque generis alia. Iam vero, quum omnes res, tum naturales, tum artefactas singulas, aut ☽, aut ☿, aut ♀, aut ☉, aut ♂, aut ♃, aut ♄ consecratae fuerint; clarum est, etiam sonos vocis humanae singulos singulis planetis deditos ac dicatos fuisse. Quae quidem sententia non nititur mera coniectura, sed disertis veterum testimoniis confirmatur. Sic Aegyptii septem sonos musicae septem planetis consecrarunt. Ex Dione Cassio constat, septem sonos septem planetis hoc ordine adscriptos fuisse [14]).

vt	si	la	sol	fa	mi	re	ut
c	h	a	g	f	e	d	c
☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄	☽

12) Cosmas Indicopl. Cosmograph. p. 161. ed. Montfauc. Collectio noua Patrum. Tom. II.

13) Vid. Rudimenta Hieroglyphices cet. Lipsiae 1826. pag. 30. 31. not. 82. Locus Eusebii Praeparat. Euangel. Lib. I. cap. 10. p. 25. ed. Lutet.

14) Dio Cass. L. XXXVII. cap. 17. Coll. Ideler Chronologie Vol. I. p. 178.

Qua ex tabula apparet, sonum maxime profundum et obscurum planetae maxime obscuro quippe ♄; sonum vero maxime clarum ac, si vibrationum numerus respicitur, celerem planetae maxime celeri ☽ adscriptas fuisse. Domini reliquorum sunt planetae inter ☽ et ♄ deinceps positi, ordine vulgari et naturali. Aegyptii enim, vt vidimus, constanter hunc seruant planetarum ordinem, quippe a celeritate planetarum eorumque circuitione circum terram desumtum.

Quum vero soni vocis humanae musici septem planetis siue diis subiecti fuerint; claret, idem accidisse vocalibus. Nihil enim similius sono vocali, quam sonus musicus. Et hoc quidem diserte veteres ipsi testantur. Diserte enim traduntur Aegyptii septem vocalibus septem deos siue planetas celebrasse. *In Aegypto vero*, inquit Demetrius, *sacerdotes etiam per VII vocales, quasi hymnis deos* (planetas) *celebrant, dum eas ordine continuo sonant, et apud ipsos loco tibiae literarum harum* (*των γραμματων τουτων*) *sonus auditur* [15]. *Theurgici*, inquit Nicomachus, *cum sanctissime colunt numen aliquod* (Deum O. M.), *inuocant illud symbolice quidem, sibilis tantum vtentes et poppysmis, sonisque, qui articulationes et consonas non habent* (*σιγμοις τε και ἐναρθροις και ἀσυμφωνοις ἠχοις*) [16]. Similia exstant apud Eusebium: *Septem me vocales Deum magnum* (dominum planetarum) *immortalemque laudant literae* [17]. Plura loca congesserunt Jablonskius aliique [18]. Iam vero quaeritur, quaenam singulae vocales singulis planetis consecratae fuerint. Primo quidem consentaneum est, vocalem maxime obscuram quippe *u* per suam naturam ♄, maxime claram vero quippe *a* primo planetae, ☽ opposito, nimirum ☽ respondere, quemadmodum in sonis musicis obseruatum. Est autem hic naturalis vocalium septem ordo [19]:

a	ä	ê	e	i	o	u
1	2	3	4	5	6	7
☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄

Idem vero ordo est literarum vocalium in antiquissimis omnium gentium alphabetis. Quod primum attinet alphabetum hebraicum, etsi, vt multi contendunt, literas vocales nullas continet, id tamen habet proprium, vt 6 literae nunc consonae, nunc vocales valeant, scilicet א ה ו ח י ע. Quam ob causam Hieronymus aliique has literas vocales nuncuparunt, vt alias demonstraui [20]. Ceterum vere in his signis duplicem vim fuisse, ex eo cognoscitur, quod Graeci antiquissimis temporibus, vt ex inscriptionibus constat, *H* siue ח nunc pro consona, nunc pro vocali habuerunt, vt in vocabulo *Ηλιος*, *helios*. Porro easdem literas Graeci, abiecta earum potestate

15) Demet. Phaler. *περι ἑρμηνειας* §. LXXI.

16) Nicom. Gerasenus Harmon. Manual. L. II. in Meibomii auct. ant. Mus. Vol. I. p. 87.

17) Euseb. Praepar. Euangel. L. XI. c. 6.

18) Jablonskii Panth. Aegypt. Prol. pag. LVI. al. Lobeckii Achlaopham. p. 932. not. 941 ss. et sub finem. Müllerus in Göttinger Anzeigen 1830. Septem. No. 144. Fischerus Rhetores elect. Lips. 1773. a. Galaeum. Didymi Taurinens. Rud. linguae Copt. p. 44. Irenaeus L. I. c. X. Demetrius de elocutione §. 71. Quinctilian. de Musica III. 158. Lydus de mensibus p. 14. Plutarch de *ει* Delphico L. IV. 219. Etymolog. Gudianum ed. Sturtz p. 595. Kopp Palaeographie p. 303. Gessner de laude Dei per septem vocales in Comment. Götting. I. p. 245. Beckeri Anecdota p. 796. Plurima haec loca debeo viro doctissimo, Ben. Gotth. Weiske, Prof. Lipsiens. amico carissimo.

19) Accuratius hac de re disputaui in libro: De pronunciatione literarum Graecarum libri duo pag. 22. seqq. Lipsiae 1824.

20) Ueber die ursprünglichen Laute der Hebraischen Buchstaben. Lipsiae 1824.

consona, vt vocales literas in alphabetum suum, antiquitus a Cadmo acceptum, receperunt. Valent enim apud Graecos א = α, ה = ε, ח = η, י = ι, ע = ο. Apud Latinos vero, qui non multo iuniores esse videntur Graecis, quippe apud antiquissimos Italiae incolas sex illae literae pronunciantur א = a, ה = e, ו = f, ח = h, י = i, ע = o. Deerat itaque vocalis υ tum in alphabeto Graeco, tum in Latino; quam ob causam vtraque natio in fine alphabeti literam V vel Y adiecit. Demonstraui enim alias, Y et V initio υ sonuisse [21]). Si vero ex antiquissimis alphabetis Aegyptiaci quoque indoles cognoscitur; sane hic fuit vocalium apud Aegyptios quoque ordo et successio א α a, ה ε e, ח η ê, י ι i, ע ο o, u υ. Deest adhuc vocalis Aegyptiorum septima. Cuius naturam non arduum erit eruere. Scilicet tradit Plutarchus, primam Aegyptiorum literam Ibin vocatam fuisse [22]). Quum vero prima alphabeti litera sit taurus אלף; sequitur, literam, priorem illa, Ibin appellatam, pariter atque υ vel ι ex iis tribus literis fuisse, quas Aegyptii ad antiquum alphabetum 22 literis constans adiecerunt. Iam vero Ibis, vt supra vidimus in nomine Amosis (Thuthmosis), vocalem α significat; ex quo perspicuum est, septimam siue primam Aegyptiorum vocalem fuisse α. Ceterum Ibis ☽ symbolum erat (p. 159.), quare recte conuenit ☽ prima litera, vt Plutarchus ait. Quae quum ita sint, ipsis antiquissimis populorum alphabetis confirmatur, id quod coniectura assequi tentauimus, scilicet septem vocales septem planetis dicatas et consecratas fuisse his:

1	2	3	4	5	6	7
Ibis a,	א α a,	ה ε vel ε e,	ח η ê,	י ι i,	ע ο o,	υ u.
☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄

Hoc vnum offensionis quid habet, quod vocales ☽ et ☿ fere idem significare videntur. Etsi hoc ipsum scriptis hieroglyphicis confirmetur, in quibus, vt supra in nomine Amosi, et Ibis et Lunae species vocalem α exprimit; probabile tamen est, aut discrimen fuisse inter primae et secundae Aegyptiorum vocalis sonos tale, quale veluti inter Hebraeorum ָ ȧ et ַ a intercedit, aut quantitate alteram ab altera distulisse, vt ָ ā et ַ ă, vel Aethiopum ā et ă. Certe commemorandum, ipsam ☽ cum ☿ e sententia astrologorum maxime affinem esse (I. §. 54. p. 68.), imo alterius symbola alteri tribui, forte hanc ipsam ob causam (Tab. II. signum ♊). Hinc in numis Hermopolitanis (☿) coniuncta sunt symbola Thouti (☿) et Luni (☽); vtrique planetae permulta tribuuntur communia (Champoll. Panth. Tab. 30. A. ib. p. 2. explic.). Sin haec alicui videantur nimis incerta et inepta, audiamus Graecos atque ipsos auctores Aegyptios. Exstat in Museo Aegyptiaco Lugduni Batauorum libellus astrologicus graece scriptus, quo non solum septem vocales septem planetis comparantur, sed etiam eodem fere, quo diximus, ordine enumerantur [23]). Scilicet haec est earum successio.

1	2	3	4	5	6	7
α,	εε,	ηηη,	ιιι (pro ηηη),	οοοοο,	υυυυυ,	ωωωωωωω
☿	♀	☉	♂	♃	♄	☽

21) De pronunciatione literarum Graec. pag. 336. 412. al.

22) Plutarch. de Iside et Osir. p. 374.

23) Lettres à M. Letronne sur le papyrus bilingues et Grecs et sur quelques autres monuments Graeco-Egyptiens par C. J. C. Reuvens. 1830. Leide. pag. 153. ss.

Facile intelligitur, cur Gnostici, antiquis Aegyptiis multo iuniores, quippe Graecis literis addicti, vocalem ω Lunae adscripserint. Scilicet ω Graecorum inter simplices literas, siue vocales numeratur, quod, cum α Aegyptiacum ☽ consecratum non esset in vsu apud Graecos, Lunae concessum fuit. Ceterum ω serioris aetatis Aegyptiisque incognitum fuisse, vel ex eo intelligitur, quod Graecis incognitum erat, quum colonias in Italiam deducerent, quodque a Simonide demum circiter 500 annis a. Ch. diserte inuentum dicitur a veteribus. Ceterum Plutarchus l. l. vocales non solum septem diis maximis siue planetis adscribit, sed ipsi Veneri et Apollini, h. e. ♀, vocalem ε siue ה tribuit, quod cum Aegyptiorum ratione, vt vidimus, reapse conuenit. Itaque 7 vocales 7 planetis adscriptae erant et subiectae.

Denique, quum omnes res in vita humana venientes, praesertim quum soni musices ipsi, nec non vocales septem planetis apud Aegyptios consecratae fuerint; clarum est, etiam reliquos orationis humanae sonos, quippe consonas singulas ad singulos planetas spectasse. Inter vocales enim et semiuocales consonasque proprie sic dictas parum discriminis intercedit. Non arduum erit, demonstrare quae consonae singulis planetis dicatae fuerint, quum constet de ordine et planetarum (☽ ☿ ♀ ☉ cet. p. 10.), et consonarum (א ב ג ד cet.). Scilicet א, vt vidimus, ☿ conuenit; quare ב ♀, ג ☉ attribuantur, necesse est, et sic porro. Hoc quidem ex ordine ד siue δ ad ♂, ז siue ζ ad ♄ pertinent. Id ipsum vero Etymologicum Gudianum confirmare videtur. Tradit enim loco citato, δ quarto coelo, quippe cui praeest ♂, ζ vero septimo, quippe ♄ proprio, conuenire (p. 59. 5.). Porro hoc ex ordine ס, quae litera 60 valet, cadit in ♄. At ♄ sacer est numerus 60, teste Aeliano (An. X. 21.). Deinde vocalis ε conuenit ♄. Atqui ♄ sacer est perdix, qui ε pronunciatur atque numerum septenarium significat (Aelian. An. L. XVII. c. 15.) Iam ex his, quae hactenus disputauimus, sequitur, literas Aegyptiorum 25 illas iis planetis adscriptas fuisse, quos sequens tabula exhibet. Vocales vncinis inclusae sunt.

Ordo	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
Hebraice	א	א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ח	ט	י	כ	ל	מ	נ	ס	ע	פ	צ	ק	ר	ש	ת	
Graece	α	α	β	γ	δ	ε	—	ζ	η	η	ϑ	ι	κ	λ	μ	ν	—	ο	π	—	—	ρ	σ	τ	υ
Latine	a	a	b	c	d	e	f	g	h	—	—	i	k	l	m	n	—	o	p	—	q	r	s	t	u
Coptice	Λ	Λ	Β	Γ	Δ	Ε	Ϥ	Ζ	Ϩ	Η	Θ	Ι	Κ	Λ	Μ	Ν	Ϲ	Ο	Π	Ϫ	Ϭ	Ρ	Ϣ	Τ	Υ
Aegypt.	Ibis (a)	(a)	b	g	d	(e)	f	ds	h hh	(é)	th	(i)	k	l	m	n	s	(o)	p	ts	q	r	sch	t	(u)
Dominii	(☽) 1	(☿) 2	♀	☉	♂	(♀) 3	♃	♄	☽	(☉) 4	☿	(♂) 5	♀	☉	♂	♃	♄	(♃) 6	☽	☿	♀	☉	♂	♃	(♄) 7

Itaque hac in tabula idem est ordo tum literarum, tum planetarum conueniens. Etenim septem vocales, quum septem planetis speciatim addictae essent, in ordine planetarum ad consonas spectantium singularem suum ordinem seruent, necesse est. Iam vero apparet, literarum seriei accidisse, id quod Zodiaci partibus accidit. Quemadmodum enim veluti de 12 Signis, de 24 Horis, 36 Decuriis plures vnum eundemque planetam habent dominum, ita et literae siue soni diuersi plures in vnum planetam cadunt, quod sequens tabula docet:

Classes	I.	II.	III.	IV.
☽	a	(Ibis)	h	p
☿	â	(ꞡ)	th	ts
♀	e	b	k	q
☉	ê	g	l	r
♂	i	d	m	sch
♃	o	f	n	t
♄	u	ds	s	

Iam eo processit disputatio nostra, vt perspicuum sit, quas literas, siue sonos, tum vocales, tum consonantes, quiuis planeta proprios habeat. Quaeritur, cui bono? Scilicet figurae hieroglyphicae omnino sunt imagines rerum septem diis vel planetis consecratarum. Ergo, quum nouimus, quae imagines ad certum quendam planetam pertineant, scimus etiam, quam literam eius generis imago hieroglyphica exprimat. Et hoc veteres clarissime tradunt. Herodotus constanter figuras hieroglyphicas vocat τυπους θεων, imagines deorum [24]). Diuino vero honore non solum simulacra planetarum, sed etiam animalia, arbores, instrumenta, corporumque partes habebantur in Aegypto. Inscriptio Rosettana vero nuncupat hieroglyphica ἱερα γραμματα, characteres sacros. Quo iure autem Aegyptii figuras hieroglyphicas dicere potuissent sacras, si simulacra rerum planetis consecratarum non fuissent [25])? Item Manetho hieroglyphica appellat ἱερογραφικα γραμματα atque in vulgus notum est illud: των θεων γραμματα [26]). Quid multis? Eadem signa hieroglyphica, quae in Zodiaco Taurinensi (Tab. II.) atque in omnibus scriptis astronomicis adhuc explicatis occurrunt, eadem in Rosettana inscriptione omnibusque titulis hieroglyphicis reperiuntur. Itaque negari nequit, planetarum symbola exprimere etiam literas, tum vocales, tum consonas.

Superest demonstrare, vere symbola cuiusque planetae propria eas literas expressisse, quas nos singulis planetis ex veterum sententia adscripsimus, atque in vniuersum videre, an nostrum hieroglyphices principium astronomicum confirmet id, quod analytica ratione iamiam de scripturae hieroglyphicae atque singulorum hieroglyphicorum pronunciatione inuenerunt. Sunt autem tria potissimum respicienda, *significatio hieroglyphicorum solemnis*, *amphibolia* figurarum, coniunctio signorum siue *symphonia*. Qua in re ita versabimur, vt nonnisi hieroglyphica afferamus ea, quorum pronunciatio certa, quorumque significationem astronomicam supra cognouimus. Certa hieroglyphica pari ratione pronunciata sunt a Youngio, a Champollione, a me ipso aliisque.

I. *Hieroglyphica solemnia ad astronomiam reuocata.*

Vid. Tab. IX. Lin. D E F seqq.

D. 1. Thuribulum, omnium consensu, vt vidimus, significat *b*. Significat vero idem etiam ♀ planetam in Zodiaco Taurinensi (Tab. II. signum ♉). Planetae ♀ autem sonus *b* consecratus est. Ergo thuribulum ex principio hieroglyphices astronomico *b* significare debuit.

24) Herod. II. §. 138. 25) Inscript. Roset. Tit. Graecus Lin. 54. 26) Georg. Syncellus pag. 40. ed. Paris.

D. 2. Manus, significat ⲑ ϑ th, pariter atque ☿ (p. 194.), teste Firmico; ergo propter astronomicas rationes manus *t*, quippe ☿ sacrum, exprimere debet.

D. 3. Brachium, ϣⲱⲃϣ, significat *a* nec non ☿ (p. 194.). Mercurio vero et brachium et *a* propria sunt.

D. 4. Brachium cum caduceo significat *a*, ☿ sacrum, atque ☿ sacer erat caduceus (p. 195.).

D. 5. Orbis terrarum, significat ⲑ ϑ *t* atque ☿ siue Esmunus (Tab. II. ♍), cui terrarum orbis conuenit (p. 104.); Mercurii vero est ⲑ.

D. 6. Mercurius, siue Ibis ϩⲓⲡ, significat *a*, ☿ literam, in Amos. Eadem vero figura exprimit ☿ in Zodiaco Taurinensi (Tab. II. sig. ♊).

D. 7. Oculus, ⲃⲁⲗ, significat *a* et *η* pariter atque ☉ et ☽ (p. 192. 193.). ☉ vero et ☽ sunt literae *a* et *η*.

D. 8. Accipiter, ⲃⲁⲓⲥ, ⲃⲏⲭ, ⲃⲏⲃ, ϣⲟⲧⲣⲉϥ significat *a* et *e*, nec non ♀ et ☿ (Tab. II. ♉ p. 194. 195.). Literas vero *a* et *e* habent ♀ et ☿.

D. 9. Pyramis et manus pyramidem ferens significant *d*, quae ♂ est litera. Martis vero sunt omnis opera herculea, maxime aedificia (p. 197.).

D. 10. Aries, ⲱⲓⲗⲓ, ⲟⲉⲓⲗⲉ significat *f*, quae ♃ est litera. Aries vero ♃ symbolum (p. 197.).

D. 11. Pes, ⲣⲁⲧ, ϭⲁⲗⲟⲭ, significat *f*, quae ♃ est litera. Pes vero ♃ symbolum (p. 197.).

D. 12. Pedes, ⲣⲁⲧ significant et *th*, et ♃ (p. 198.). Ioui vero sonus ⲧ conuenit.

D. 13. Vipera, ⲁⲭⲱ, aspis ϩⲟϥ, ϩⲃⲱ, ϩϥⲱ, significat *d*, quae est ♂ litera. Vipera vero ♂ sacra (p. 197.).

D. 14. Scarabaeus, ϭⲁⲗⲟⲩⲕⲥ, significat *d* ♂ literam. Scarabaeus et ♂ sacer (p. 197.).

D. 15. Coturnix, ⲡⲏⲣⲓ significat *o*, quae ♃ est vocalis. Coturnix vero ♃ symbolum (p. 197.).

D. 16. Auris, ⲙⲁϣⲭ, significat *o*, ♃ vocalem. Auris vero ad ♃ pertinet (p. 198.).

D. 17. Securis, ascia, ⲕⲉⲗⲉⲃⲓⲛ, ⲙⲁⲭⲓ, significat *o*, ♃ sacrum. Securis vero ♃ symbolum solemne (Lex. ♃).

D. 18. Aedificium, seu fundamentum domus significat *i*, ♂ vocalem. Aedificia vero ♂ sacra (p. 197.).

D. 19. Luna falcata significat *a*, ☽ proprium, atque falcibus lunaribus ☽ exprimitur (Lex. s. ☽).

D. 20. Leo, ⲙⲟⲩⲓ, significat *l* et *r*, quae sunt ☉ literae, Leo vero solemne est ☉ symbolum (Lex. s. ☉).

D. 22. Murus, ⲥⲟⲃⲧ, ϫⲟⲉ, ϫⲟⲓ, ϫⲟ, significat *m*, quae ♂ est litera. Marti vero muri sunt consecrati (p. 197.).

D. 23. Noctua ⲙⲟⲩⲗⲁϫ, significat *m*, ♂ proprium. Noctua vera Aegyptiis pariter atque Graecis ♂ symbolum (p. 197.).

D. 24. Aratrum, ϩⲃⲃⲉ, ϩⲉⲃⲓ, significat *m*, ♂ proprium. Aratio vero ♂ sacra (p. 197.).

D. 25. Pondus significat *s*, quae ♄ est consona. Pondera vero ♄ sacra (p. 200.).

D. 26. Subsellium, scala, significat *sch*, quae ♂ litera. Subsellium vero ♂ sacrum (Tab. Is. v. Lex.)

D. 27. Stella, ⲥⲓⲟⲩ, significat *sch* ♂. Stella vero ♂ symbolum (Tab. II. ♈).

D. 28. Penna struthionis significat *s*, literam ♄. Penna autem illa constanter ♄ significat (Tab. II. signum ♊).

D. 28 a. Anser, ⲕⲉⲛⲉⲥⲱⲟⲥ, significat *s*, ♄ literam. Anser vero ♄ symbolum (p. 199.).

D. 29. Lotus significat *s*, ♄ literam. Lotus vero ♄ sacra (p. 199.).

D. 30. Serpens cornutus, ⲕⲛⲏⲫ, significat *o*, quae ♃ est litera. Kneph vero ♃ symbolum (p. 198.).

Haec exempla, quae facile aliis sexcentis augeri possent, sufficiant ad demonstrandum, significatum hieroglyphicorum simplicem neque ex principio Youngii ideographico, neque ex principio Champollionis acrophonico explicari posse. Explicantur autem vere astronomiae et mythologiae Aegyptiacae auxilio. Qui accuratius rem explorauerit, videbit, omnia illa planetarum symbola sacra, quae supra in Pantheo, veterum auctorum ope, explicuimus, eas vocales easque consonas significare, quae singulis planetis conueniunt. Idem [illegible]dit in sequentia.

II. *Hieroglyphica ambigua astronomice explicata.*

Dudum obseruatum est, figuras hieroglyphicas, quum nomina propria atque alia vocabula certa hieroglyphice scripta inter se comparantur, non vnum certum sonum, sed duos, quin plures eosque maxime diuersos significare. Sic Champollion, V. Cl., iam vidit, iisdem hieroglyphicis, veluti leone *l* et *r*, pennis duabus *sch* et *i*, aliis *m* et *sch* exprimi. Haec vero adeo cum hieroglyphice recepta pugnare videbantur, vt ea obiter memorare, partim silentio praeterire putaret in systemate hieroglyphico; neque dubitauit, nomina non pauca hieroglyphica inde contra Graecam et orthographiam, et pronunciationem praescriptam enunciare, veluti *Alsinoe* pro *Arsinoe*. Ego vero ipse, quum scripta hieroglyphica plura inter se conferrem, intellexi, permulta esse hieroglyphica ambigua, vt in Rudimentis meis hieroglyphices demonstraui. En exempla.

Hieroglyphica *l* et *r* significant omnia ea, quae ☉ sunt symbola, vt leo, circulus, oculus caecus. Vtraque enim litera ☉ conuenit, quum 25 illae Aegyptiorum literae deinceps inter septem planetas, vt vidimus, diuiduntur.

Hieroglyphica *i* et *s* vel *sch* (𓇋, 𓊃) significant ea, quae ♂ sunt symbola. Nam ♂ literae sunt *i* et *sch*, quum alphabetum inter planetas diuiditur.

D. 26. Subsellium significat *m* et *sch*, quod, cum absonum videretur, Champollionem induxit, vt sententiam mutaret. Vere autem sonat, vt docui alias, tum *m*, tum *sch*. Neque mirum hoc, quum scala ♂, ad quem *m* et *sch* literae pertinent, fuerit symbolum (v. supra ad D. 26.).

G. 2. Lotus significat non solum *s*, sed etiam vocalem *u*, vt in Rudimentis meis demonstraui. Et recte quidem. Nam lotus ad ♄ spectat, qui et *u* et *s* possidet. Hinc v. g. non Osortasen, sed, vt Graeci scripserunt, Osortun pronunciandum. Idem habes in vocabulo ⲟⲩⲛⲓ (Insc. Ros.).

G. 3. Serpens auritus significat non solum *f*, sed etiam *o*, vt alias demonstraui. Profecto serpens auritus ♃ symbolum, literae vero et *f* et *o* ♃ consecratae sunt, vt vidimus. Hinc nomina suis cum translationibus Graecis consentire videbuntur multa, hactenus perperam pronunciata.

G. 4. Discus significat non solum *l*, *r*, sed etiam ⲁ vel *g* (Rud. Tab. XXXVI. ⲣ). Sane discus symbolum est ☉ (p. 192.), cuius literae *l*, *r* et *g* sunt. Hinc pronunciatio mea ⲕⲉⲗ *sacrificium* (Ins. Ros.) recte se habet.

G. 5. Hamus non solum *s*, sed et *u* significat, quum hieroglyphicum illud pariter atque *s* et *u* ad ♄ pertineant.

G. 6. Oculus caecus non solum *r*, *l*, sed etiam *ê* et *g* vel *k* significant, vt in ϩⲉ *et*, ⲕⲉ ⲟⲩⲛⲓ *et cetera* (Insc. Ros.). Omnes enim hae literae ☉ sunt, pariter atque obcoecatio (p. 63.).

G. 7. Oculus non solum *a*, sed *h* et *p* quoque significat, quippe ⲏ literas. Hinc recte nomen *Phusen* vel *Prusen*, vt Graeci volunt, pronunciatur (dynast. XXI.).

Clarum est, hanc hieroglyphicorum ambiguitatem, quae non opinionibus vanis, sed obseruationibus nititur, explicari non posse, nisi astronomia. Saltem ex principio hieroglyphices ideologico atque acrologico non intelligitur, cur Aegyptii *l* et *r*, item *i* et *s* iisdem figuris hieroglyphicis expresserint in tanta hieroglyphicorum abundantia. Quid dicam de reliquis ambiguitatibus dictis? Pergamus ad tertium.

III. *Hieroglyphica coniuncta, siue symphonica.*

Dudum obseruatum, passim hieroglyphica coniuncta vnum tantummodo sonum exprimere. Sic Youngius atque Campollion, VV. Cll. demonstrarunt, *i* binis et ternis figuris exprimi. Quum vero haec obseruatio cum hieroglyphice commendata pugnaret, haec prouincia derelicta fuit adeo, vt maluerint nomina regum torquere et contra Graecorum Latinorumque auctoritatem enunciare, quam de nouo hieroglyphices principio videre. In *Rudimentis* vero meis demonstraui, non solum *i*, sed plurimas fere alias literas passim binis vel ternis signis exprimi. En exempla:

G. 12. 13. Duae pennae, quum vna significet *a*, significent *aa*, necesse est. At duo pennae, vt vidimus, significant ⲓ (Lex. ♂), ergo et *i*, quae ♂ est litera. Constat vero, duas pennas constanter exprimere *i*.

G. 16. Tellus cum duabus lineolis, vt in Rudimentis meis demonstraui, significant *i*, ♂ literam. Eadem vero signa in scriptis Aegyptiorum astronomicis ⲓ significant, vt in Zodiaco Taurinensi (Tab. II. ♍). Duae vero lineolae per se, vti constat, significant *i* et *s*, ⲓ literas.

G. 17. Tellus cum fundamento domus significant *i*, ⲓ literam, vt in nomine *Πεταμενωφις*, Petamenophis (Mumia Caillaudi Parisina). Domus vero species, vt vidimus, per se *i* et *s* significant, ♂ literas.

G. 18. Tellus cum quadrato significat *i*, vt in nominibus Amenophis, Phius [27]). Quadratum vero cum tellure alias significat *Phtha*, ⲓ nomen (p. 196.), atque ♂ conuenit *i*.

G. 19. Auris cum tellure significat *o*, ϥ literam, vt alias demonstraui (Insc. Rosett.). Auris vero figura per se, vt vidimus, literas ϥ designat.

G. 20. Caduceus cum sceptro significat *i*, ⲓ literam, vt in *Amenophis*. Sceptrum vero solum ♂ est symbolum in Zodiaco Taurinensi (Tab. II. ♈).

G. 21. Serpens cornutus cum tellure aut lineola significat *o*, vt alias, serius in tractatu dicto ad nomen Othoes, demonstraui, quae est litera ϥ. Ioui vero symbolum, vt vidimus, est serpens auritus.

G. 23. Leonis anteriora cum tellure *i* valent pluribus in nominibus secundum Graecam hominum pronunciationem. Vidimus autem ⲓ conuenire et *i*, et leonis anteriora (p. 196.).

Itaque ex his exemplis, quae sexcentis aliis augeri potuissent, apparet, hieroglyphica symphonica, de quibus constat, neque facilius, neque concinnius explicari posse, quam ex principio

---

27) Vid. tractatum meum: Remarks upon an Egyptian history etc. London 1828. Extracted from the London Literary Gazette 1828.

hieroglyphices astronomico, quemadmodum reliqua. Quas quidem ob causas persuasum mihi habeo, si est clauis scripturae Aegyptiorum hieroglyphicae, astrologiam esse eius clauem in vniuersum. Primo enim clarum est, hanc sententiam accuratissime consentire cum veterum testimoniis. Tradunt enim, hieroglyphica esse deorum imagines, vt Herodotus, atque symbola. Tradunt porro, easdem figuras non esse literas, sed symbola sonorum orationis humanae. Tradunt deinde, omnibus, quotquot sint, figuris hieroglyphicis nonnisi 25 sonos exprimi, quippe antiquissimum alphabetum cum tribus literis nouis. Tradunt denique, non solum omnes alias res, sed etiam sonos vocis humanae, quin ipsas vocales et consonantes singulis septem planetis adscriptas fuisse. Deinde vero etiam haec sententia per se ipsa valde commendatur. Hinc enim patet, principium hieroglyphices apud Aegyptios tum facile fuisse, tum genio Aegyptiaco accommodatum. Quum vero per totam Aegyptum constaret, quae idola, quae animalia, vegetabilia, artefacta, instrumenta et corporum partes singulis quibusque diis vel planetis conuenirent; quumque scirent, quae literae cuique numini propriae essent: facillimum erat peritis non solum scribere, sed etiam recitare et intelligere scripta hieroglyphica. Hoc vnum offendit sane, figuras hieroglyphicas singulas quatuor sonos significasse. Etsi probabile sit, Aegyptios aliis mediis adhibitis hanc talem ambiguitatem sustulisse, confitendum tamen, hanc rem adhuc obscuram esse. Fuisse autem hieroglyphica ambigua, negari nequit. Dicam, quod sentio. Quum hieroglyphica composita siue symphonica accuratius inspiciuntur; apparet, tum ea fere omnia esse vocales, tum vero iis omnibus adiecta esse symbola Mercurii, veluti semicirculum, caduceum, lineolam. Ex quo sequi videtur, Aegyptios, quum hieroglyphicum aliquod vocalem significaret, quod raro accidit, ei figurae aliud signum diacriticum, plerumque semicirculum ☿, adscripsisse. Sane ☿ praefuit sonis vocalibus, vt ex eo patet, quod ☿ patronus omnium oscinum valuit (p. 66.). Hac quidem ratione maximam iam tolli ambiguitatem, satis perspicitur. Ceterum ne hoc quidem improbabile, Aegyptios non solum primam literarum classem, sed etiam tres reliquas simili modo distinxisse. Nimirum, quum, missa prima litera inepta, 24 literae conuenirent cum 24 horis coelestibus in circulo aequatoris descriptis; reapse totidem literarum classes erant, quot quadrantes in circulo coelesti. Quemadmodum vero quaeuis quadrans suum ex planetis dominum habuit, ita et cuique quatuor literarum classi planeta aliquis praeesse potuit ac debuit. Saltem primae quadrantis coelestis inde a ♈ vsque ad ♋ dominus fuit ☿, primae vero literarum classis, scilicet vocalium, dominus idem ☿ fuisse videtur. Qui vero scripta hieratica adierint, videbunt, ibi signa diacritica, quae diximus (Rudimenta Hieroglyphices p. 25.), multo frequentiora esse; quam in hieroglyphicis. Praeterea haec grauissima sunt. Quum enim iam constet, partim quaenam res singulis planetis sacrae fuerint, partim quos sonos singula hieroglyphica, quippe planetarum vel deorum symbola, exprimant; omnis scriptorum Aegyptiacorum explicatio nunc facilius succedet.

Hoc vnum addere licet, non solum apud Aegyptios, sed etiam apud Chaldaeos, vel Phoenices, vel Hebraeos singulas literas singulis planetis adscriptas fuisse. Ordinem habuimus hunc:

א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט	י	כ	ל	מ	נ	ס	ע	פ	צ	ק	ר	ש	ת		
(♈ ☿)	♀	☉	♂	(♀)	♃	♄	♈	(☉)	☿	(♂)	♀	☉	♂	♃	♄	(♃)	♈	☿	♀	☉	♂	♃	(♄)

Iam cum figuris literarum Hebraicarum antiquissimis earumque nominibus conuenient hiero-

glyphica ea, quae planetis earundem literarum propositis conueniunt, quod breuiter demonstremus. Vide Tab. IX. Lin. H. I. K.

♉ אלף *taurus*. Taurus Memphiticus atque vacca in vniuersum ♉ symbola fuerunt. Simillima sunt ⲧⲱ ⲁ antiquo hieroglyphica vaccam designantia.

♀ בית, *vasculum*. Vasculum ♀ sacrum erat, vt Zodiacus Taurinensis demonstrat (Tab. II. ♉), atque *b* significabat. Conf. בתי נמש olfactoriola, ܒܝܬ ܩܛܘܪܬܐ thuribulum. Huc spectat forte בת *modius*, magnitudine non differens ab איפה.

☉ גמל, *camelus*. Reapse hoc animal ☉ consecratum fuit (p. 192.).

♂ דלת, *porta*. Porta hieroglyphica, quae ♂ sacra *d* sonuit, literae Hebraicae simillima est (Vid. Lex. ♂).

(♀) חי, ζω, ⲁⲛϧ, κροκη, *subtemen*, et contignatio (textoris); col. ܚܝ, ܚܝܬ *texere*. Illa vero textrina, vel subtemen, ♀ symbolum est in Zodiaco Taurinensi (Tab. II. ♉).

♃ וו, *clauus, paxillus*. Hieroglyphicum adscriptum cum securi, ♃ symbolo (Tab. IX. A.), passim permutatur; ex quo sequitur, omnes has literas ad ♃ pertinere.

♄ זין, *culter, gladius*. Culter, ♄ symbolum, exstat in Tab. VI. Lin. F. al.

♑ חית, *cinctio, sepes*. Figura hieroglyphica, quae sane conuenit cum literis Semiticis, pronunciatur *h*, quae ♑ symbolum fuerit, necesse est.

♉ טים, *cornu*. Figura hieroglyphica, quippe cornu, *ts* et *t* significat, quare ♉ symbolum fuit. Sin malueris טים interpretari serpentem, serpens conferendus. In ipso caduceo Mercurii serpentes fuerunt, atque Zodiacus Tentyriticus (Tab. IV. Lin. H.) serpente exprimit ♉, vt vidimus.

(♂) יוד, *manus cum digitis*, vel vngula auis rapacis. Vtrumque hieroglyphicum *i* sonat, quare ♂ symbolum fuerit necesse est. Praeterea rapacitas, atque aues rapaces ♂ consecratae (I. §. 49. p. 196.).

♀ כף, *cauitas, vasculum*. Signum hieroglyphicum atque demoticum *k* significat. Sin כף malueris interpretari *cochleare, spatha*, haec ipsa instrumenta sunt ♀ symbola, vt vidimus (Tab. VII. IX. Vid. Lex. ♀).

☉ למד *flagellum*. Instrumentum hieroglyphicum in picturis papyrorum adhiberi cernitur ad boues instigandos, neque solum *è* significat, sed etiam ☉ symbolum adhibetur (Lex. ☉).

♂ מם, *aqua*. Signa Hebraica plurimum cum hieroglyphico congruunt. Ceterum figura hieroglyphica non solum aquam denotat, sed etiam apertum ♂ symbolum adhibetur in Zodiaco Taurinensi (Tab. II. sig. ♏).

♃ נון, *piscis*. Piscem ♃ sacrum fuisse, vel ex eo apparet, quod ♓ Signum ♃ domus est astronomiae Aegyptiacae ratione. Ceterum eadem piscium specie, quam adscripsimus, in Zodiaco Tentyritico Signum ♓ exprimitur (Lex. ♓). Constat enim, deos Aegyptios, siue XII. Signorum dominos, quum fugerent Typhonem, sua se mutasse in animalia.

♄ סמך, *consessus; triclinium*. Hieroglyphica adscripta, quae triclinia sunt, ♄ symbola fuisse, ex eo sequitur, quod ♄ seni et pigro conueniunt sedilia, quodque ♄ vtensilium fabricatio adscribitur. Praeterea pro hieroglyphicis his scripta Aegyptiaca passim alia, *s* significantia ad-

hibent, cuius soni dominus ♄ habetur. Litera ס vero significat 60, qui numerus ♄ sacer erat in Aegypto (Aelian. An. L. X. c. 21. p. 566.).

(♃) עין, *oculus*. Reapse oculus et visus ♃ atque ☉ symbola erant e sententia veterum mythologorum et astrologorum.

ᴅ מא, ⲙⲓ, *portio, fasciculus, onus*. (Conf. מה portio; ϥⲓ, ϕⲱ, ferre, onus, βαρη, φερειν, φορτιον). Hieroglyphica comparata solenniter pro *p* adhibentur, quae ᴅ est litera.

☿ צדי, *rete, tendicula*. Rete vero et omne aucipium ☿ erant propria eique consecrata, vt veteres testantur (p. 65.).

♀ קוף, ⲕⲱⲫⲓ, *foramen*. Sin malueris vertere *cophinus, capsa*, quod rectius se habere videtur, maior est inter literas hebraicas atque Aegyptiacas conuenientia. Vtrumque vero hieroglyphicum *q* exprimit, ♀ literam.

☉ ריש, *caput*. Omne caput Aegyptii Soli sacrum putabant (p. 192.), cui et litera *r* propria erat.

♂ שין, *dens*. Aegyptiace dentes, vt hieroglyphica adscripta docent, inter labia pinguntur, quod conuenit cum Hebraica ratione, misso labio superno. Ceterum dentes ♂ proprios fuisse ex eo colligitur, quod omnis contritio et confrictio subita est ♂ (p. 197.).

♃ תו, *complicatio, nodus, funis*; Germanice *Tau* (Conf. طوى, *plicuit, conuoluit, incessus*). Certe femora et pedes et funiculus hieroglyphicus significant *th*, ♃ literam, atque pedes sunt ♃ consecrati (p. 198.).

His itaque exemplis, etiamsi nonnulla videantur dubia, demonstratur, etiam Phoenicum vel Hebraeorum alphabetum ad astronomiam antiquissimam spectare. Animalia enim et ceterae res, a quibus nomina et figurae literarum Hebraicarum prouenerunt, iis diis vel planetis sacra sunt, quibus eaedem literae ordine conueniunt. Scilicet Moses, quum Israelitas ex Aegypto educeret, retinuit literas populo suo satis cognitas, cuius in gratiam iussu et auctoritate diuino scripsit. Nouum alphabetum sane Israelitis incommodum fuisset. Tamen Mosis de alphabeto merita sunt maxima. Nimirum, quum literarum apud Aegyptios symbola essent fere innumera; Moses tantummodo 22 elegit figuras, quibus omnes orationis soni satis accurate exprimi possent. Pro figuris adumbratis adhibuit simplices characteres, siue solas lineas breui manu compositas, vt in scriptura hieratica accidit. Varia autem veterum alphabeta adeo inter se conueniunt suis lineis, vt putes, inde a Mose scripturam deuenisse simpliciorem. Hinc vero etiam clarum est, Graecos nonnisi post Mosen, quippe a Cadmo Phoenicio literas suas accepisse, non ab Aegyptiis. Porro Moses, omnes literas primum inuerso ordine conscripsit, quod manui humanae accommodatius est. Apparet enim (Tab. IX.), in omnibus characteribus Mosaicis eas partes ad sinistram spectare, quae apud Aegyptios ad dextram spectant. Deinde hoc etiam egit, vt singulae literae non amplius Aegyptiacis, sed Hebraicis nominibus appellarentur. Sic nomina literarum antiquarum Coptica, quae tum hieroglyphicis tum Hebraicis respondent, longe differunt ab Hebraicis, vt עין et ⲃⲁⲗ oculus. Denique Moses hanc legem secutus est, vt acrophoniam in appellandis literis adhiberet. Quamquam enim hieroglyphicas figuras retineret, tamen eas tantum in alphabetum suum recepit, quae, si Hebraice appellarentur, ab ea litera vel sono incipiunt, quem litera exprimit. Sic א vocatur *aleph*, quoniam *aleph* ab *a* incipit, quippe quem sonum א, siue figura tauri exprimere

debebat. Et haec quidem ob merita Mosis maxima haud dubie traditum est a scriptoribus quibusdam, Mosen alphabetum Hebraicum primo inuenisse.

Ceterum persuasum mihi habeo, non solum Aegyptiorum et Hebraeorum literas planetis adscriptas fuisse, sed etiam aliarum gentium, quin totam literaturam communi ex fonte prodiisse. Ars scribendi non nisi semel nata. Apud omnes gentes idem literarum ordo reperitur, idem fere numerus, idem valor numericus, eadem vel affinis pronunciatio. Eadem hieroglyphica, quibus Aegyptii dudum ante Mosen scripserunt, reperiuntur apud Mexicanos, Sinenses aliosque. Sic aquam Sinenses pariter atque Aegyptii tribus lineis exprimunt (Tab. II. m). Vnde vero haec tanta conuenientia? Quo tempore Zodiacus noster astrologicus ortus est, scilicet anno 5300 ante hunc, quo communis religio astrologica, communis lingua viguerunt, quo prima post diluuium gens Asiam altiorem inhabitans totum mundum, visibilia et inuisibilia, tempora, sonos, voces inter septem planetas diuisit; eodem etiam ars hieroglyphica, seu scriptura ex astronomia progenita fuit. Exprimebant visibilia rerum imaginibus, vocabulorum sonos singulis diis sacros symbolis singulorum deorum seu planetarum. Non sine ratione veteres, vti constat, primis post diluuium hominibus scripturam fuisse cognitam, testantur. Quum digrederentur gentes, scripturam secum portarunt suaque singulae ratione excoluerunt. Hinc tanta scripturarum conuenientia omnes apud populos, etiam maxime dissitos et diuersos, quae aliunde saltem concinnius explicari haud facile poterit.

Ceterum haec omnia obiter. Redeundum enim ad id, a quo profecti sumus, nimirum ad astronomiam Aegyptiacam. Si vere astronomia Aegyptiaca talis est, qualem descripsimus; si obseruationes siderum in Aegypto institutae vere ea ratione, quam diximus, expressae fuerunt: sane hoc ex fonte nouo multa scitu digna hauriri, multae opiniones dilui et ablui, multa iam in dubium vocata denuo confirmari posse videntur. De quo iam penes alios est iudicare.

Scripsi in Vniuersitate Lipsiensi die XXVIII. Septem. anni MDCCCXXXI.

G. Seyffarth.

BEITRAEGE ZUR KENNTNISS

DER

LITERATUR, KUNST, MYTHOLOGIE

UND

GESCHICHTE

DES ALTEN AEGYPTEN

VON

GUSTAV SEYFFARTH,

MAG. D. FR. K., DOCT. D. PHIL., A. PROF. D. ARCHAEOL. A. D. UNIV. LEIPZIG, COR. MITGL. D. KOENIGL. ACAD. D. W. ZU TURIN. AUSW. MITGL. D. KOENIGL. ASIAT. GESELLSCH. ZU LONDON. OR. MITGL. D. DEUTSCH. GESELLSCH. Z. ERFORSCH. VATERL. SPR. U. ALTERTH., D. HIST. THEOL. GESELLSCH., D. OECON SOCIETAET, DER NAT. HIST. GESELLSCH. ZU LEIPZIG.

FÜNFTES HEFT.

LEIPZIG

VERLAG VON JOH. AMBROS. BARTH.

1833.

PARS IV.

LEXICON ASTRONOMICO - HIEROGLYPHICUM

CUM

PERMULTIS FIGURIS HIEROGLYPHICIS IMPRESSIS.

(VARIETAS)

Ex traditione Aegyptiorum mystice perhibetur, Solem in singulis Zodiaci Signis aliam aliamque formam induere, aut varios per singula Zodiaci Signa vultus induere, et singulis horis formam immutare.

PROCLUS et PORPHYRIUS.

(MULTITUDO)

Ne faciatis vobis (vt Aegyptii) sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel feminae, similitudinem omnium iumentorum, quae sunt super terra, vel auium sub coelo volantium, atque reptilium, quae mouentur in terra, siue piscium, qui sub terra morantur in aquis. Ne forte eleuetis oculis ad coelum videas Solem et Lunam et omnia astra coeli et adores ea. Vos tulit Dominus et eduxit de fornace ferrea Aegypti.

DEUTERONOMIUM.

Explicatio siglorum in Lexico adhibitorum.

Ber. M. R. *Museum Aegyptiacum Berolinense Regium.*
Brit. M. L. *Museum Britannicum Londinense.*
Cad. Pap. Fun. *Papyrus funeralis Cadet. Vid. Descript. de l'Egypt. Vol. II. P.* 72.
Ch. P. A. *Champollion Pantheon Aegyptiacum.*
Des. A. M. *Description de l'Egypte ed. Panckoucke.*
Geog. Taur. *Geographia Aeg. astronomica in altari Musei Taurinensis Tab. II.* 2.
Mon. Am. P. *Monolithus Amosis Parisinus Tab. VII.*
Men. Is. T. *Mensa Isiaca Taurinensis stue Tabula Bembina Tab. VIII.*
Pap. Her. F. *Papyrus funeralis d'Hermandi. Tab. IX. Desc. de l'Eg. V.* 44.
Pap. Taur. Zod. *Papyrus Zodiacalis Taurinensis. Tab. II.* 1. *Tab. III.*
Par. Mus. Reg. *Museum Aegyptiacum Parisinum Regium.*
Sar. R. P. *Sarcophagus Ramessis Parisinus. Tab. VI.*
Sar. S. L. *Sarcophagus Sethi Londinensis. Tab. V. a. b.*
Taur. Mus. R. *Museum Aegyptiacum Taurinense Regium.*
Vind. M. J. R. *Museum Aegyptiacum Vindobonae Imp. Reg.*
Zod. Lat. Maj. *Zodiacus Latopolitanus Maior. Descript. de l'Eg. Vol.* I. *P.* 79.
Zod. Lat. Min. *Zodiacus Latopolitanus Minor. Desc. de l'Eg. Vol.* I. *P.* 87.
Zod. Tent. Maj. *Zodiacus Tentyriticus Maior. Tab. IV. Desc. de l'Eg. Vol IV. P.* 19.
Zod. Tent. Min. *Zodiacus Tentyriticus Minor. Desc. de l'Eg. Vol. IV. Tab.* 22.
Numeri adscripti in variis Museis laud. pertinent ad bibliothecam meam Aeg.

Nota. Pars. I. Lexici continet planetarum ☉ ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄ symbola, ita vt potiora praecedant deinceps reliquis. Pars II. zodiacalia numina continet, ita vt post maiora sequantur deinceps minorum segmentorum domini. Figurae ex opere Description de l'Egypte descriptae maxima ex parte sunt vitiosa et incorrecta.

SYMBOLA SOLIS

tum planetae, tum domini segmentorum zodiacalium.

1) Planeta, Hypsomate suo in ♈ constitutus. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. D. 2. Simul Trigonodespota, Tetragonodespota, Hexagonodespota in ♈. Ibid. Tab. IV. Lin. D. 4. 6. 8.



2) Agathodaemon, Tetragonodespota in ♎. Men. Is. Taur. Tab. VIII. Area XI. lit. f. Alias passim, aliisque in monumentis.

3) Agathodaemon, superioris seu solaris Hemisphaerii dominus. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. C. 1. Alias passim planeta.

4) Kneph, Oecodespota, Trigonodespota, Tetragonodespota. Men. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. XI. d. 5) Mon. Amos. Par. Tab. VII. A. bb. 6) Sar. Seth. Lond. Tab. V. b. Lin. L. No. 15. a., O. 8. e., H. 18. a. Planeta et Trigonodespota in ♈. Alias ♃ significant. Decuria ♃ Zod. Tent. Maj. Tab. IV. F. 3.

7) Discus solaris, nunc planeta, nunc Oecodespota, nunc Trigonodespota, nunc Tetragonodespota, nunc aliarum Zodiaci partium dominus solemnis. Monumenta maiora lapidea. 8) Pap. Fun. Herm. Tab. IX. Lin. B. 4. a. Trigonodespota. 9) Sarc. Rames. Par. Tab. VI. Lin. C. a., J. 1. Planeta in ♈. Ib. et Trigonodespota. Al. frequent. Passim ☉ significat, in capitis deorum positus, planetam omnino.

10) Discus solaris, loco capitis in corpore humano; Decanus ♈. Zod. Tent. Min. Descript. de l'Eg. Vol. IV. Tab. 22. 11) Dodecatemorion ♎, simul ♂ (remus) Decanus ♎. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. Lin. C. 7. abcd.

12) Oculus solaris, planeta et Oecodespota. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. E. 4. 13) Oecodespota in ♌. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. A. a. Simul Moera in ♌. 14) Sarc. Seth. Lon. Tab. V. b. Lin. Q. 11. 15) Mensa Is. Taur. Tab. VIII. A. g. Oecodespota vel Trigonodespota in ♌.

16) Leo, Trigonodespota in ♈. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. A. 4 a. 17) Tetragonodespota in ♈. Ib. Lin. C. 37 a. B. 35 a. 18) Oecodespota in ♌, etiam Dominus Hemisphaerii superioris. Men. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. VIII. c. Item leo solus Oecodespota in ♌ ib. A. e.

19) Leo Oecodespota cum Trigonodespota in ♌. Pap. Fun. d'Hermandi. Tab. IX. Lin. A. 7. a. c.

20) Planeta in ♌, Amun. Mon. Amos. Par. Tab. VII. D. 2. g. 21) Leo, cornibus Mneuis, Trigonodespota in ♐. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. G. b. 22) Planeta in ♈. Sar. Sethi Lond. Tab. V. Q. 11.

23) Leo hieracocephalus, Planeta in ♈ eiusque Horio, ♀ sacro. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. J. a. 24) Oecodespota in ♌. Ib. G. a., simul Trigonodespota ♌. 25) Tetragonodespota in ♎, simul ♀ Oecodespota. Ib. F. f. et VII. c.

26) Leonis capita, naui astron. affixa, Tetragonodespota in ♑. Sarcoph. Seth. Londin. Tab. V. b. Lin. O. 6. a. h., 7 a h.

27) Leontocephala, Decuria in ♏. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. Lin. E. 11. 28) Oecodespota cum ☉ Trigonodespota. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. XIII. 29) Oecodespota cum ♄ Trigonodespota. Vid. Champ. Panth. Aeg. Tab. 6. sext. 30) Oecodespota cum ♀ et ☉. Trigonodespota et Tetragonodespota. Vid. Cham. Panth. Tab. 6. quinquies a.

31) Leontocephala, Oecodespota ♌. Sarc. Sethi L. Tab. V. Lin. T. 19. 32) Hexagonodespota ♏. Zod. Tent. M. Tab. IV. Lin. E. 13. 29. 33) Moera ♌. Sarc. Sethi L. Tab. V. F. 16.

34) Mneuis, Planeta in ♈. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. IX. g. 35) Tetragonodespota ♋. Ib. T. d.

36) Accipiter, Trigonodespota in ♈. Mon. Amos. Par. Tab. VII. D. 1 a. 37) Trigonodespota in ♈. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. G. 27 a. 38) Planeta, adspectu △ ♂, □ ☽. Mon. Amos. Par. Tab. VII. D. 1 c.

39) Horus hieracocephalus, ☉ adspectu △ ♄ et ♂. Sarc. Sethi Lond. Tab. V. Lin. O. 5.

40) Hieracocephalus, Planeta adspectu □ ♃ et ♂, simul ♀ ☿. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. B. 35 c. Lin. C. 37 c. 41) Planeta oppositus ♂, simul ☿ Oecodespota ♍. Sarcoph. Rames. Par. Tab. VI. G. 26.

42) Hieracocephalus Kneph, Trigonodespota in ♐. Zod. Aeg. Taurinens. Tab. II. No. 1. sign. ♐. Col. Tab. III. ♐.

43) Accipiter criocephalus, dominus semicirculi superioris vel solaris. Zod. Tentyr. Maj. Tab. IV. Lin. E. 1. 16.

44) Planeta in ♈. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. A. 4. d. 45) Dominus hemisphaerii solaris seu superioris. Ib. Lin. E. 16. 46) Planeta in ♈. Mens. Is. Taur. Ar. O. d. 47) Dominus semicirculi superioris. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. E. 1. Alias ♃ significat.

48) Criocephalus, Planeta in ♈. Sarc. Seth. Lon. Tab. V. b. Lin. O. 8 e. 49) Item ib. Lin. V. 9. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. Lin. J. 1. 50) It. ib. Tab. V. Lin. R. 20 f. Tab. VI. C. 13 e. 51) Planeta in ♈. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. G. 27 c. Alias passim.



52) Criocephalus, Decanus et Dodecatemorion ♈. Sar. Sethi Lon. Tab. V. C. 7. 53) Planeta ☉ in ♈. Ib. B. 26. Sar. Ram. P. Tab. VI. Lin. B. 8. Alias passim, ☉ in ♈ versante.



54) Nilometrium, Oecodespota et Trigonodespota in ♌. Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. 1. sign. ♌. 55) Trientis aestiui seu solaris

(♋ ♌ ♍ ♎) dominus. Mon. Amos. Par. Tab. VII. B. C. D. 3. 56) Planeta in ♌ V. Champoll. Panth. Aeg. Item statio ☽ IV. XI. XVIII., sacra ☉. Tab. IV. H. 4.

57) Palmifer, Hemisphaerii superioris, seu solaris dominus. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. B. I. 36. 58) Planeta, seu Cabirus. Geogr. Aeg. Taur. Tab. II. No. II. Nomen Sethi. 59) Planeta adspectu □ ♃ et ♂. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. B. 35 c., C. 37 c.

60) Accipiter anthropocephalus palmifer, Moera ♒. Sar. Sethi Lond. Tab. V. Lin. H. 5. Forte palmae folia sola valent.

61) Sacerdos discophorus, Planeta in ♈, adspectu □ ♂ et ♃. Zod. Tent. Maj. Tab. IV, Lin. B. 35 d. C. 37. b.

62) Osiris cum flagello et inhibitorio, Decanus ♈. Sarc. Sethi Lond. Tab. V. Q. 8.

63) Corona Aegyptiaca, Pschent appellata, regum summorum ornamentum, hic Decuriae ♍ insigne. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. F. 34.

64) Pyramis, Trigonodespota et Oecodespota in ♌. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. G. 65) Mon. Amos. Par. Tab. VII. D. 3. d. Ibidem pyramis significat ♂ planetam et Decanum, vt alias passim.

66) Instrumentum quoddam, Oecodespota et Trigonodespota in ♌. Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. 1. Sig. ♌.

67) Planeta in domo ♄ ♑, Crocodilocephalus. Pap. Fun. Hermandi. Tab. IX. Lin. B. 4 e.

68) Zom, Somus, Hercules, nudus, caluus, membris fortibus, genitalia prae se ferens. Oecodespota ♌. Mon. Amos. Par. Tab. VII. D. 2 f.

69) Zom currens, Trigonodespota et Oecodesp. ♌, simul ♂ Trig. Sar. Sethi L. Tab. V. Lin. X. 21—24.

70) Zom currens, vt supra Tetragonodespota ♑. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. II. Fig. a.; simul ♂ Trigonodespota atque ☿ (sceptrum) Trigonod. ♒.

71) Sacerdos, nomine ☉ ⲣⲏ distinctus, Dodecatemorion ♈. Sar. Sethi Lond. Tab. V. Lin. Q. 9.

72) Aelurocephalus, Trigonodespota ♉, simul Oecodespota in ♌. Mon. Amos. Paris. Tab. VII. B. 1. a.

73) Horus, Harpocrates, tener Jao, Decanus atque Trigonodespota in ♌. Vid. Desc. de l'Eg. Vol. I. Pl. 63. Fig. 5. 74) Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. A. 7 a. Ibidem ♄ Trigonodespotam significare videtur. 75) Decuria et Dodecat. ♍. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. C. 4.

76) Nomina Leontocephales, Oecodespotae in ♌. Vid. Champoll. Panth. Aeg. Tab. 6. sext. alias.

77) Caput humanum, symbolum Decani in ♈. Vid. Zod. Tentyr. Maj. Descrip. de l'Eg. Vol. IV. Tab. 19.



78) Solemnia ☉ nomina, ⲣⲁ, ⲣⲏ, planetae potissimum. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. Lin. B. x. a. al.



79) Osiridis, nunc ☉ nunc ♃ valentis, solemnia nomina. Item Trigonodespota in ♐. Mon. Amos. Par. Tab. VII. C. 3. a.

80) Templi fundamentum, Decuria ♍. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. C. 4 c.

81) Flagellum, Tetragonodespota ♎. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. Lin. Y. a.

82) Nomina ☉ in ♈. Sarcoph. Seth. Lond. Tab. V. Lin. V. 5. g. H. 18. L. 15. e. R. 20. f. al. No. d. stellam quoque significat.

83) Dodecatemorion in ♓, cum ♂ Trigonodespota (hamis). Sarcoph. Seth. Lond. Tab. V. b. Lin. L. Item Sarc. Rames. Par. Tab. VI. Lin. J. 16.

SYMBOLA LUNAE

tum planetae, tum praesidis partium Zodiaci.

☽ 84) Falcata ☽ Hemisphaerii lunaris domina. Zod. Tentyr. Maj. Tab. IV. Lin. G. 33. Planeta, Oecodespota, Trigonodespota et cet. Mon. Amos. Par. Tab. VII. B. C. D. oo. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. F. a. P. 2 d. B. 2 d. al. Nonnunquam falces ☽ significant ☿ quippe similem et affinem ☽.

 85) Tetragonodespota, simul Trigonodespota ♄ in ♒. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. B. 2 f. 86) Planeta in ♎, cum ☿ Trigonodespota Ibid. P. 2 d. 87) Tetragonodespota ♌, simul Oecodespota ♋. Ibid. H. a.

88) Discus oculatus cum falcibus ☽, Planeta in ♌. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. E. 11.

89) Planeta in ♌. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. Lin. A. 7. It. Pap. Fun. Cadet. Desc. de l'Eg. Vol. V. Pl. 44., II. 73. 90) Planeta in ♒. Sar. Ram. Par. Tab. VI. Lin. A. b.

91) Scarabaeus vulgaris, solemne ☽ symbolum. Planeta in ♈. Mon. Amos. Par. Tab. VII. D. 1 d. 92) Planeta in ♒. Sar. Ram. Par. Tab. VI. Lin. A. b. Planeta et Oecodespota in ♑. Sar. Seth. Lon. Tab. V. a. Lin. D. 15. 93) Trigonodespota in ♓. Sar. Seth. Lond. Tab. V. Lin. L. 1. 2. 3. 94) Planeta adspectu □ ♀, aut Trigonodespota in ♓. Ib. Lin. V. 2. b. Item statio lunaris Mus. Aeg. Ber. Pap. Fun. No. 10. Al.

 95) Oecodespota cum Trigonodespota ♂ in ♋. Vid. Champol. Panth. Aeg. Tab. XIII. 96) Trigonodespota in ♎. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. VII. a. It. planeta in ♎.

97) Oecodespota in ♋. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. XII. e. 98) Planeta inter stationem ☽ 11 et 12. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. O. 12.

99) Oecodespota Lunus, simul ♄ Oecodespota. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. VIII. c. 100. 101) Oecodespota Lunus. Vid. Descript. de l'Egypte Vol. II. Pl. 73. 75. al. passim.

102) Scarabaeus anthropocephalus, Tetragonodespota, simul ♄ Oecodesp. ♒. Mens. Is. T. Tab. VIII. R. c.

103) Apis, planeta in ♎. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. V. 104) Trigonodespota in ♏. Ib. M. a. 105) Planeta in ♎. Ib. C. c. It. Trigonodespota in ♋. Ib. T. d. 106) Trigonodespota in ♓. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. A. 5. a.

 107) Oecodespota, simul Trigonodespota in ♋. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. T. c. 108) Decanus in ♒. Sarcophag. Seth. Lond. Tab. V. a. Lin. H. 3.

 109) Isis, cornibus bubulis, Trigonodespota in ♉. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. XII. d. 110) It. in ♓. ib. Ar. III. d. 111) It. in ♋. ib. Ar. VI. a. VIII. e. 112. 113) Stella in ♈. Sarc. Seth. Lond. Tab. V. a. b. Lin. L. 15. d. V. 5. f. R. 20. e. 114) Mus. Ber. Aeg. 11, 328. Oecodespota. It. Trigonodespota in ♑. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. Lin. B. 4. b. al. passim.

115) Leontocephalus, Oecodespota, Trigonodespota, Tetragonodespota ♋ ♍. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. B. 4. 8. 12. 13., F. 8. 12. al.

116) Leontocephalus Trigonodespota ♍, Oecodesp. ♋. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. B. 3. cet., F. 7. 11. cet., simul stellae ib.

117) Isis Hedriophora, Oecodespota et Trigonodespota ♎. Mon. Am. Par. Tab. VII. B. 2. b. 118) Stella in ♈. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. F. 13. a. 119) Tetragonodespota in ♌. Mon. Amos. Par. Tab. VII. Lin. C. 3. c. 120) Decuria ♐, simul Horion ♀. Sar. Ram. Par. Tab. VI. Lin. B. 5. 121) Oecodespota, regina. Mus. Aeg. Taur. 9157. 122) Isis sedens, Oecodespota et Trigonodespota in ♋. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. A. 6. 123) Mus. Aeg. Vien. 11,329. *Nota:* Plerumque hae Deae cum deabus sequentibus coniunguntur, ita vt bina numina simul ☽ valeant.

124) Isis Naophora, Planeta, Oecodespota, Moera cet. Sarcop. Seth. Lond. Tab. V. a. Lin. D. 3. Mon. Am. Par. Tab. VII. Lin. B. 2. c. Mus. Ber. Aeg. 11,329. al. 125) Ib. 126) Tetragonodespota in ♌. Mon. Am. Par. Tab. VII. Lin. C. 3. d. 127) Decuria ♐, simul Horion ♀. Sar. Ram. Par. Tab. VI. Lin. B. 6. 128) Mus. Aeg. Taur. 9157. 129) Oecodespota et Trigonodespota in ♋. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. A. 6. 130) It. *Nota:* Iisdem figuris planeta quoque ♀ eiusque possessiones Zodiacales exprimuntur.

131) Isis, altera parte Pschenti insignis, atque Meisi serpente. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. X. a. Tetragonodespota ♏. 132) Oecodespota, simul ♂ Trigonodespota in ♋ (hamus). Mens. Is. Taur. Tab. VIII. K. a. 133) Decanus in ♑. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. Lin. A. 4.



134) Meisi serpens, nomine Isidis; Planeta, adspectu △ ♂ in ♍. Sarc. Seth. Lond. Tab. V. Lin. V. 5. b.



135) Oecodespota ♋. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. K. a. 136) Trigonodespota ♏ et Planeta in ♎. Mens. Is. T. Tab. VIII. Ar. X. a; V. f.

137) Isis Thermuthis; Oecodespota, Decuria, Moera ♋; Trigonodespota ♑. Pap. Fun. Her. Tab. IX. A. 2. C. 10. (Versatur ☽ in ♌, ergo in quadrante ♂).



138) Menes, μην, Lunus, Trigonodespota in ♍. Sar. Seth. Lond. Tab. V. Lin. V. 4. c. e. 139) Oecodespota, simul ♂ Trigonodespota in ♋. Mus. Aeg. Ber. No. 11,328.



140) Sacerdos manibus elatis, religiosus; Dodecatemorion ♈, simul ♀ Horion. Sarc. Ramsis Par. Tab. VI. Lin. B. 9. 11. D. 1. 2.

141) Isis mulier, Dodecatemorion ♏. Sarc. Ram. P. Tab. VI. F. 1., simul ♀. Moera et Horion ♈. Sar. Sethi L. Tab. V. C. 8.

142) Isis Venus, nuda; Planeta in ♑, Trigono ♂. Mus. Aeg. Taurin. stele lapid. Bibl. m. Aeg. No. 9185. Passim in aliis stelis lapid.

143) Isis, eiusue caput, auribus felinis, capillatura, ornamentis insignis, Naophora, nunc ☽ nunc ♀ designans. Vid. infra symbola ♀.

144) Felis, Oecodespota cum ♂ Trigonodespota in ♋ (instrumento) Mens. Is. Taur. Tab. VIII. A. b. Ar. XIII. F.

145) Grus, aut alia auis, symbolum Tetragonodespotae in ♏. Vid. Description de l'Egypte. Vol. II. Tab. 75.



146) Oecodespota, numero XXX. (mensis diebus) expressus; Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. I. sign. ♋.

147) Oecodespota, phonetice expressus. Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. I. sign. ♋.



148) Oecodespota, prouinciae lunaris Aegypti dominus. Geogr. Aeg. Taur. Tab. II. No. II. 41.

149) Planeta aut Oecodespota. Vid. Champ. Panth. Aeg. Tab. XII. et XIII.

150) Planeta in ♐; simul Oecodespota ♐. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. Lin. B. 7. c.

151) Menes, μην, Dodecatemorion in ♐, Trigono ♂, hamis expressi. Sarc. Sethi Lond. Tab. V. Lin. L. 8. 152) Sarc. Ram. Par. Tab. VI. Lin. J. 15.

SYMBOLA MERCURII

tum planetae, tum praepositi partium Zodiaci.

☿

153) Simius Cynocephalus, solemne ☿ symbolum. Oecodespota in ♊. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Q. b. 154) Planeta Stele Mus. Brit.

155) Planeta in ♈. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. IX. e. 156) Statio lunar. XI. XXII. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. H. 11. 157) Trigonodespota in ♎, deridens ♃ retrocedentem. Ib. Lin. C. 33. 158) Tetragonodespota in ♐. Ib. Lin. A. 3. d.; simul (arcus) Oecodespota ♐.

159) Planeta in ♈. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. II. b. 160) Trigonodespota in ♒. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. A. 1. a. 161) Trigonodespota in ♎. Ib. Lin. C. 32. a. 162) Moera vel Stella in ♑. Sarc. Seth. L. Tab. V. Lin. N. 27. 163) Horiocrator in ♎, Mens. Is. Taur. Tab. VIII. F. a., simul planeta ib. al. pas.

164) Stellae in ♈. Sar. Seth. Lon. Tab. V. Lin. R. 19. Lin. Q. 18. Item pro planeta sumi potest..

165) Vertagus, Anubis, Aegyptius canis; solemne ☿ symbolum. Oecod. ♍ vel Trig. ♎. Zod. Tent Maj. Tab. IV. Lin. C. 34. 166) Trig. in ♒. Ib. Lin. A. 11. a. Statio lun. Ib. Lin. H. 12. 14. 167) Trigonodesp. ♎. Ib. Lin. B. 36. a. 168) Trigonodespota in ♒ Mens. Is. T. Tab. VIII. R. d. 169) Trigonodespota in ♎. Sarc. Ram. P. Tab. VI. Lin. Y. It. Anubis Horiocrator in ♍. Sar. Seth. Lon. Tab. V. Lin. N. 19. Alias passim.

170) Anubis, Oecodespota in ♊. Mon. Am. Par. Tab. VII. A. Lin. 1. b. It. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. A. 2. e. 171) Statio lun. ib. O. 5. 172) Planeta ☉ comes ib. Lin. E. 2. 173) Stat. lun. ib. Lin. H. 9. 14. 174) Trigonodespota in ♏. Pap. Fun. Her. Tab. IX. Lin. C. 6. al.

175) Anubis, latrator, Moera in ♑. Sar. Seth. Lond. Tab. V. Lin. X. 11. al. passim Oecodesp. 176) Trigonodesp. in ♍. Mens. Is. T. Tab. VIII. Q. a. 177) Planeta in ♏ transpositus. Mens. Is. T. Tab. VIII. Lin. X. a. 178) Planeta in ♈. Sar. Ram. Par. Tab. VI. Lin. B. 10.

179) Accipiter, Oecodespota in ♊. Mens. Is. T. Tab. VIII. D. c. 180. 181) Planeta et Dodecatemorion in ♌. Mon. Amos. Par. Tab. VII. D. 2. a. b. al. 182) Trigonodespota in ♎. Ib. Lat. A. Lin. 1. b. b.

183) Horus hieracocephalus, Planeta, Oecodespota, cet. 184) Statio lunaris Zod. Tent. Tab. IV. Lin. H. 185) Oecodespota, simul ♂ (corpus) Trigonodespota ♍. Zod. Tent. M. Tab. IV. Lin. F. 30. 186) Oecodespota in ♍, Trigono ♂. Sar. Seth. L. Tab. V. Lin. O. 5. c. 187) Trigonodespota in ♐ Zod. Tent. M. Tab. IV. Lin. A. 10. a. 188) Planeta in ♑. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. Lin. B. 5. 189) Trigonodespota ♒. Zod. Tent. M. Tab. IV. Lin. E. 14. i. It., adiecto disco cornuto in capite, Trigonodespota in ♋. Mens. Is. T. Tab. VIII. T. a.

190) Horus hieracocephalus discophorus, cruce ansata insignis; Oecodespota ♍, simul ☉ oppositione ♂. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. Lin. G. 26.

191) Accipiter capite vertagi, Stationes lunares. Zod. Tent. M. Tab. IV. Lin. P. 1. 12.

192) Accipiter anthropocephalus; Horiocrator et Planeta in ♈. Sarc. Ram. P. Tab. VI. Lin. D. 4. 193) Trigonodespota in ♎. Zod. Tent. M. Tab. IV. Lin. A. 6. It. Horiocrator in ♌ Mens. Is. T. Tab. VIII. A. d. It. Statio lun. Zod. Tent. M. Tab. IV. Lin. H. 6. 194) Statio lun. ib. Lin. H. 1. 11. 195) Trigonodespota in ♊. Men. Is. T. Tab. VIII. Ar. VI. e. Alias frequentissime.

196 — 198) Planeta in ♌. Mon. Am. P. Tab. VII. D. 1. c. d. al. It. Dodecatemorion et Horion in ♐. Oecodespota ♍. Zod. Tent. M. Tab. IV. Lin. F. 31. 199) Dodecatemorion ♏. Sar. Rams. Par. Tab. VI. Lin. E. 2. 200) Trigonodesp. in ♐, dom. ♃ Amuni (palm.).

201) Trigonodesp. in ♐. Mens. Is. T. Tab. VIII. H. e. 202) Trigonodespota in ♐ et Tetragonodespota ♃ (cornua). Ib. S. c. 203) Agathodaemon volans Oecodespota. Pap. Cad. Fun. Descript. de l'Eg. Vol. V. Pl. 73.



204) Ibis vulgaris, Planeta in ♈, simul Dodecatemorion. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. J. c. 205) Oecodespota in ♍. Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. I. sign. ♍.



206. 207) Ibicephalus, Esmunus, Oecodespota in ♊. Mon. Amos. Par. Tab. VII. Lat. B. 3. c. A. 1. b. 208) Statio Lunae in ♉. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. P. 209) Stella et seruus planetarum et Oecodespotarum Ib. Lin. A. passim, Lin. G. 28. al. Trigonodesp. ♎ Ib. C. 15.

210) Thoth, Ibicephalus, scriba, planeta, comes ☉. Passim in papp. fun. Desc. de l'Eg. Vol. V. Tab. 73. 211) Seruus ♃ planetae in Horio ♃. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. C. 29. a. 212) Stella in ♒. Ib. Lin. A. 1. e. 213) Moera et Trigonodespota ♋. Ib. Lin. B. 21.

214) Ibicephalus, Tetragonodespota, simul culter ♂ Dodecatemorion ♐. Sarc. Sethi L. Tab. V. Lin. P. 16 – 20.

215) Oecodespota in ♊. simul ♄ (pennae) Oecodespota in ♑. Men. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. VI. c. 216) Oecodespota in ♊. Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. I. sign. ♊. bis. 217) Dominus prouinciae ☿ ♊. Geogr. Aeg. Taur. Tab. II. No. II. 20. al.

218 — 220) Serpens capite accipitris Hori; Trigonodespota ♐; Tetragonodespota ♐. Mens. Is. T. Tab. VIII. B. a; Ib. Ar. III. a.

221. 222) Serpens Mercurialis habitu seruientis et adorantis; Trigonodespota ♎ et statio lunaris. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. B. 6. 14. H. 8.

223) Seruus, Oecodespota in ♊. Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. I. sign. ♊. 224) It. ib. sign. ♍. 225) Tetragonod. ♐. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. Lin. B. 7. c. 226) Trigonodespota in ♒. Sar. Seth. Lond. Tab. V. Lin. H. 6. 227) Dodecatemorion et Trigonodespota ♏. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. Lin. C. 6.

228) Seruus, corporis inclinatione insignis, Tetragonodespota in ♊; simul Trigonodespota in ♎. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. II. a. 229) Oecodespota in ♍, simul ♂ (culter) Oecodespota in ♏ per transpositionem. Ib. Ar. I. b.

230) Seruus, Tetragonodespota ♐. Sar. Sethi Lond. Tab. V. Lin. P. 3 — 5.

231) Rhabdophorus Horus, Planeta in ♑. Pap. Fun. Her. Tab. IX. Lin. B. 5. 232) Tetragonodespota ♐. Mon. Amos. Par. Tab. VII. D. 3. a. 233) Tetragonodespota ♊. Vid. praecedens. 234) Oecodespota in ♍. Mens. Is. T. Tab. VIII. Y. a. 235) Statio ☽. Zod. Tent. M. Tab. IV. Lin. H. 7.

236) Harpocrates, labia digito premens Trigonodespota in ♊ et ♎. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. C. 35. A. 2. a. 237—239) Decani in ♉. Zod. Latop. Min. Vid. Des. de l'Eg. Vol. I. Tab. 87. Zod. Tent. Maj. et Min. Vid. Descrip. de l'Eg. Vol. IV. Tab. 19. et Tab. 22. 240) Planeta in ♈. Sar. Seth. Lond. Tab. V. R. 1. 241) Trigonodespota et Moera ♏. Pap. Herm. Tab. IX. C. 3.

242) Vasa Canopica. Trigonodespota in ♎. Mens. Is. T. Tab. VIII. F. e. Ar VII. D. 243) Tetragonodespota in ♓ cum ♀ planeta. Ib. L. a.



244) Nomina quatuor Canopicorum, symbola Oecodespotae in ♍ et Moerae vel planetae in ♈. Mon. Amos. P. Tab. VII. A. 2. Sar. Seth. Lond. Tab. V. b. Lin. S. 16. 17. 18. 19.

245) Oecodespota in ♍, auis quaedam (accipiter?) capite Canopico. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. N. a.

246) Grus, Trigonodespota in ♎. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. P. 2. cum ☽ planeta.

247) Sabina, Traiani filia, qua Hebe Aegyptiaca, accipitre et offertorio insignis. Mens. Is. Taur. Tab. IX. Ar. X. c.

248) Hebe Aegyptiaca, Oecodespota in ♍. Pap. Zod. Taur. Tab. II. sign. ♍. atque 249) Trigonodespota in ♎. Ib. No. I. sign. ♎ 2.

250) Hebe sedens, Horion ♒, simul ♃ (vraeus) Decanus. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. Lin. A. 4.

251) Dodecatemorion ♌, pileo et capite imberbi expressum, simul ♂ Moera ibidem. Monolithus Amosis Parisinus Tab. VII. B. 1. f.

252) Trigonodespota in ♓, Anubis femininus. Sarc. Seth. Lond. Tab. V. Lin. V. 2. c. 253) Comes et serua ☉ Zod. Tent. M. Tab. IV. Lin. E. 7.

254) Trigonodespota in ♒. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. A. a. 255. 256) Stellae in ♈. Sarc. Seth. Lond. Tab. V. Lin. C. 13. b. H. 18. c. O. 8. b. al.

257) Hebe cum nomine ☿, Trigonodespota vel Tetragonodespota in ♊. Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. I. sign. ♊.

258) Oecodespota ♍ Anubis, instrumento quodam, vel plantae specie expressus. Sarc. Seth. Lond. Tab. V. Lin. V. 4. b. f.

259) Instrumentum quoddam, vel plantae ignotae imago ac symbolum, Trigonodespota in ♎. Pap. Zodiac. Taur. Tab. II. No. I. sign. ♎.

260) Tabula scriptoria cum calamis, Trigonodespota in ♒. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. A. a. Vid. Champ. Pan. Tab. 30. E.

261) Instrumentum scriptorium, dominus Trigoni ♏. Pap. Fun. Hermand. Tab. IX. C. d. supra.

262) Symbolum, Oecumenen siue terrarum orbem significans, Trigonodespota in ♎. Pap. Zodiac. Taur. Tab. II. No. I. sign. ♎.

263) Pannus ad lauandum aurum adhibitus, Trigonodespota ♎. Sar. Seth. Lond. Tab. V. Lin. Z. Sarc. Ram. Par. Y. X. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. D. VIII.

264) Crux ansata, quae dicitur, Oecodespota in ♎, atque Dominus signorum vernorum. Mon. Amos. Par. Tab. VII. A. 1. bb. B. C. D. 1. o. Alias ♀ significat. Vid. infra.

265) Caput hirci Mendesii, Tetragonodespota ♉. Mens. Isiac. Taur. Tab. VIII. D. d. Infra significat ♀ Oecodespotam; q. v.

266) Octo lineolae, VIII. numerum, siue Esmunum significantes, Oecodespota in ♊. Mon. Amos. Par. Tab. VII. A. 1. c. al. passim.



267. 268) Dodecatemoria in ♓, Trigono ♂. Sar. Seth. Lond. Tab. V. Lin. L. 6. g. It. Sar. Ram. Par. Tab. VI. Lin. J. 17. 14.

SYMBOLA VENERIS

tum planetae, tum domini segmentorum zodiacalium.

269) Orbis cum cornibus vaccae, Trigonodespota in ♑. Sarc. Sethi Lond. Tab. V. b. Lin. V. 1. b. 270) Oecodespota in ♎. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. P. 2. e.

271. 272) Discus falcatus cum ☉ et ☽ oculo; Decuria ♈. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. E. 11. G. 28. Prior simul ☽ in ♌. 273) Moera ♓. Mon. Amos. P. Tab. VII. Lat. C. 2. f.

274) Isis Oecodespota ♎. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. B. 36. b. 275) Moera, simul ♂ Decuria, ♃ Dodecatemorion (corpus, caput) in ♓. Mon. Amos. Par. Tab. VII. Lat. C. Lin. 2. f. 276) Oecodespota in ♎. Mens. Is. T. Tab. VIII. Ar. VII. Simul ☽ in ♎. 277) Tetragonodespota ♉; ib. XII. d.

278) Planeta in ♍. Isis residens, cornibus bubulis. Mon. Amos. Par. Tab. IV. Lat. B. Lin. 3. defg.

279) Accipiter discophorus, Planeta in ♌, simul ☿ planeta ibid. Mon. Amos. Par. Tab. VII. Lat. D. Lin. 2. a. 280) Accipiter solus, Oecodespota in ♉. Geograph. astr. Taur. Tab. II. No. II. IX. Item Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. I. sign. ♉. Zod. Tent. Tab. IV. E. 9. Planeta, aut Decuria ♈.

281) Planeta inter Dodecatemoria ♉. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. G. 14. 282) Decanus in ♈, simul planeta in ♍ adspectu △ ♂. Mon. Amos. Par. Tab. VII. Lat. D. f. c.

283) Accipitres, insignibus Isidis ornati, symbolum Trigonodespotae in ♏. Vid. Descript. de l'Eg. Vol. II. Tab. 75.

284) Horus hieracocephalus Planeta in ♉. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. A. 5. d. 285) Oecodespota in ♎. Ib. Lin. C. 32. g. 286) Oecodesp. ♎. Ib. Lin. C. 26. 287) Planeta in ♓. Sar. Seth. Lond. Tab. V. b. Lin. O. 5. 288) Vltima stella vel pars ♈. Ib. Tab. V. b. R. 20. k. passim. Tab. VI. F. 13. al.

289) Trigonodespota in ♉, simul ☿, Trigonodespota in ♊. Mon. Amos. Par. Tab. VII. Lat. A. 1. a. c. 290) It. 291) Planeta in ♋ vel ♍. Mon. Am. Lat. B. 2. d. 292) Oecodespota ♎, simul Tetragonodespota in ♒. Ib. C. 2. e. 293) Oecod. ♎. Zod. Tent. Tab. IV. C. 26—29.

294) Oecodespota in ♎. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. XII. c. 295) Oecodespota in ♉ cum ♂ Trigonodespota. Vid. Champoll. Panth. Tab. 10.

296) Horus discophorus, Trigonodespota in ♐. 297) Item. 298) Oecodespota in ♉. Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. I. 299) Oecodespota in ♎. Geogr myth. Taur. ib. No. II. Prov. IX. al. pass.

300) Planeta in ♓. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. III. c. 301) Tetragonodespota cum ☉ in ♌. Ib. G. a. 302) Oecodespota cum ☉ Tetragonodespota et ☿ Trigonodespota in ♎. ib. VII. d. F. f.

303) Planeta in signo ♓, simul ☿ Trigonodespota ♓, canopico vasculo expressus. Vid. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. L. a.

304) Oecodespota in ♎, cum ♄ (penna) Trigonodespota. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. C. a. 305) Oecodespota in ♉. Ib. Tab. VIII. O. a., cum ♂ Trigonodespota, pileo expresso.

306) Hirci Chemmisensis caput; Trigonodespota ♑. Mensa Is. Taur. Tab. VIII. Lin. P, 1; b. Idem alias ☿ valet.

307) Felis qua Oecodespota ♎. Mens. Is. Taur. VII. b. 308) Dodecatemorion ♋, simul ☽ Oecodespota et ♂ (instrumentum), Trigonodespota ♋. Tab. Is. Taur. Tab. VIII. A. b.

309) Aelurocephalus ac Bubastis mas. Oecodespota in ♉, simul ☉ Oecodespota ♌ per transpositionem. Mon. Amos. Par. Tab. VII. Lat B. Lin. 1. a.

310) Bubastis vel Isis Naophora, Planeta in ♐. Sarc. Sethi Lond. Tab. V. b. Lin. V. 2. 311) Oecodespota in ♎. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. D. VIII., simul Trigonodespota ♋. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. XII. a. 312) Ib. V. b.

313) Oecodespota in ♎, vt supra. Mens. Isiaca Taur. Tab. VIII. Ar. V. b. 314) Trigonodespota ♉; ib. Ar. XII. a. Vid. fig. praecedens.

315) Isidis solemnis imago, sedilis et templi specie expressa. Oecodespota ♎ Horoscopi. Mon. Amos. Par. Tab. VII. Lat. A. Lin. 1. a. a. Vid. seqq.

316) Isis, duabus imaginibus ♀ expressa, Oecodespota ♎ Horoscopi. Sarcoph. Sethi Lond. Tab. V. a. Z. Sarc. Rams. Par. Tab. VI. Y. X.

317) Isis, qua mulier sedens; Horiocrator ♍. Zodiacus Tentyriticus Major Tab. IV. Lin. F. Fig. 4. et 33.

318) Isis pileata. Horion ♒, Dodecatemorion ♋, in vraeo ♃ Decani insidens. Pap. Fun. Her. Tab. IX. A. 4. 319) Trigonodespota ♍. Zod. Taur. Tab. II. 1.

320) Isis, Dodecatemorion et Moera ♐; simul ♄ Horion. Mon. Amos. Par. Tab. VII. Lat. D. Lin. 3. f. g.

321) Isis, vt supra, Trigonodespota ♒, simul ♄ Oecodesp. Mon. Amos. Par. Tab. VII. Lat. C. Lin. 3. c. d. 322) Dodecatemor. ♎. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. C. 28. 323) Trigon. ♍. ib. F. 2.

324) Isis, vt supra expressa, accedente Meisi serpente, domina Decuriae. Sar. Ram. Par. Tab. VI. L. A. 5. 6.

325) Isis, simul ☽, Trigonodespota ♎. Papyrus funeralis Hermandi Tab. IX. Lin. B. 1.

326) Isis, Decuriae ♈ domina. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. E. 7. 327) Stella ♎. Sar. Sethi L. Tab. V. F. 9. 328) Oecodesp. ♎. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. C. 4. 6. 8. E. 7. Planeta in ♈.

329) Isis mulier, Decuria ♏. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. Lin. F. 1. Tetragonodesp. ♍. ib. G. 2. seqq. Horion ♈. Sar. Sethi L. Tab. V. Lin. C. 8.

330) Isis recubans, Horion et Moera ♈. Sarc. Sethi Lond. Tab. V. Lin 10. 13—16.

331) Tener Jao, Trigonodespota in ♍. Zod. Tent. Maj. Tab. IV. Lin. C. 35. 332) Decanus in ♈. Ib. Vid. Descript. de l'Egypt. Vol. IV. Tab. 19.

333) Sacerdos religiosus, Trigonod. ♐ et Moera ♈. Sarcoph. Rams. Par. Tab. VI. Lin. A. c. Lin. B. 9. 11. Lin. D. 1. 2.

334) Meisi serpens, Oecodespota in ♉. Geographic. Aeg. Taur. Tab. II. No. II. Sect. IV. 335) Trigonodespota in ♐. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. S. b. 336) Trigonodespota ♋, Decuria et Moera ♈. Ib. K. c; J. e. 337) Decanus ♏. Sar. Ram. P. Tab. VI. E. 10.

338) Meisi in Isidis capite, Dodecatemorion ♌. Sarc. Sethi Lon. Tab. V. T. 17. 18.

339) Instrumentum ignotum ♀, Tetragonodespota in ♌. Vid. Champ. Pan. Aeg. Tab. 6. sext. 340) Oecodespota in ♎. Sarc. Ram. Par. in latere cum ☿ vertago, passim. 341) Planeta in ♒. Pap. Fun. Her. Tab. IX. A. 5. 342) Oecodespota in ♎. Sarc. Seth. Lond. Tab. V. b. Lin. V. 3.

343) Thuribulum, Oecodespota in ♍. Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. 1. signa ♎ et ♍. Item ☽.

344) Crux ansata, quae dicitur, Decanus in ♏. Sarc. Rams. Par. Tab. VI. Lin. B. 14. 345) Trigonodespota in ♑. Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. 1. 346) Planeta et Horion in ♏. Sarc. Ram. P. Tab. VI. G. 5. c. B. 2. a.

347) Scarabaei, symbolum planetae in finibus ♐ et ♈. Sar. Sethi Lond. Tab. V. Lin. L. I.



348) Instrumentum quoddam, Oecodespota in ♎ et ♉. Mens. Is. Taur. Tab. IX. Ar. V. b; XII. c. 349) Horiocrator et Moera. Ib. Ar. XIII. c. 350) Tetragonodespota et Horiocrator in ☊. Mon. Amos. P. Tab. VII. D. 2. a. C. 2. g.

351) Instrumentum, forte textorium, symbolum ♀, Oecodespotae in ♎. Vid. Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. 1. signo ♎.

352) Vasculum fumatorium sacrum, symbolum ♀, Oecodespotae in ♉. Pap. Zod. Taur. Vid. Tab. II. No. 2. signum ♉.

353) Nomina ♀ Oecodespotae et praesidis all. part. Zod. Vid. Mon. Amos. Tab. VII. C. 3. c. d. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. A. 5. 6.

354) Nomina ♀ Oecodespotae in ♉. Mon. Am. P. Tab. VII. B. 1. a. Moera ♐. Ib. C. 2. g. ib. D. 2. a.

355) Nomina ♀ Decani in ♏. Sarc. Ram. Par. Tab. VII. B. 12. Tetragonodespotae in ♏, ib. B. 7. Oecodespotae in ♎, ib. D. 1. b. Decani in ♏. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. C. 4. b.



356) Planeta in ♐, stella in ♈. Sarcoph. Rams. Par. Tab. VI. K. 19. f. Sarcoph. Sethi L. Tab. V. Lin. C. H. L. R. O. al.



357) Nomina ♀, Dominae Dodecatemoriorum in ♐. Tetragoni ♂. Sarc. Seth. Lond. Tab. V. b. Lin. L. 5. 10. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. Lin. F. 6. 10.

SYMBOLA MARTIS

tum planetae, tum domini segmentorum zodiacalium.

358) Bellator, hastam gladiumque gerens, capite duabus pennis Martialibus ornatus, Oecodespota ♏. Sar. Ram. P. Tab. VI. B. 9. 359) Planeta, stele Mus. Taur. No. 9185. Bib. m. Aeg., insignis pileo et capite Orygis. 360) Pharetra et gladio insignis, Decanus ♑ Zod. Latop. V. Desc. Aeg. Maj. Vol. II. Tab. 82.

361. 362) Pharetrophorus, Oecodespota et Trigonodespota ♏. Pap. Fun. Herm. Tab. IX. Lin. A. 8. a. d. 363) Oecodespota. Pap. Cad. Descript. de l'Eg. Vol. II. Tab. 72. 364) Planeta in ☊. Sar. Sethi Lond. Tab. V. Lin. X. 13.

365) Trigonodespota ☊, simul Oecodespota. Sar. Sethi Lond. Tab. V. Lin. X. 2. ss.

366) Machaerophorus, Planeta inter Dodecatemoria. Sar. Seth. Lon. Tab. V. a. C. 10. b. 367) Dom. domus, simul ☿ Dodecatemorii dom. Pap. Fun. Herm. 368) Decanus in ♏. Sarc. Rams. Par. Tab. VI. E. 12.

369) Captiui decapitati, Tetragonodespota aut Trigonodespota in ♏. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. B. 10.

370) Decapitati; Planeta in ♍. Zod. Tent. Maj. Vid. Tab. IV. Lin. A. 8. e. 371) Oecodespota in ♈. Pap. Zod. Taur. Tab. II. No. 1. 372) Trigonodesp. ♐, simul ☿ Oecodespota. Sarc. Ram. Par. Tab. VI. Lin. B. 7.

373) Cadauer, Oecodespota ♈. Sarc. Ram. Par. Vid. Tab. VI. Lin. D. 10.

374) Captiui vincti, symbola Tetragonodespotae aut Trigonodespotae ♏; forte simul ♄ Hor. Sar. Ram. Par. Tab. VI. Lin. E. 6.

375) Phtha caluus pedibus coniunctis, Planeta in ♌. in fine ♋. Mens. Is. Taur. Tab. VIII. Ar. XIII. a. 376) Oecodespota in ♈ cum ☉ Trigonodespota. Mon. Amos. Par. Tab. VII. D. 1. b. 377) Oecodespota ♏. Descrip. Aeg. Maj. Vol. II. Tab. 74. 378) Horiocrator aut Dodecat. in ♎. Sarc. Seth. L. Tab. V. b. Lin. N. 20.

379) Phtha Oecodespota in ♏ cum ☽ Trigonodespota. Mon. Amos. P. Tab. VII. Lat. B. 3. a. 380) Decanus ♌ et Horion. 381) Moera ♌. Ib. Lat. B. 1. e. f.

382) Phtha generator, Trigonodespota in ♐ cum ♃ Oecodespota. Mon. Amos. Par. Tab. VII. Ar. C. 2. c. Forte Oecodespota in ♈ cum ♃ Trigonodespota. 383) Idem. Vid. Champoll. Panth. Aeg. Tab. 4.

384. 385) Horiocrator in ♈, pileo insignis et Dodecatemorii dom. ib. Mon. Amos. Par. Tab. VII. D. 1. e. f. 386) Oecodespota et Trigonodespota et Tetragonodespota ♈. Sarc. Ram. P. Tab. VI. C. d. e. f.

387) Horion et Dodecatemor. ♐. Sarc. Sethi L. Tab. V. N. 9—12; simul ♀ Dodecatemor.



388) Trigonodesp. ♎. Zod. Tentyr. Maj. Tab. IV. Lin. A. 12. a. 389) Planeta in ♎. Sar. Seth. L. Tab. V. b. Lin. O. 6. e. 390) Oecodespota ♈ ib. 391) Trigonodesp. ♎. Ib. O. 7. f. 392) Dodecatemor. Sar. Ram. P. Tab. VI. K. 11. rel.

